

Universitätsbibliothek Wuppertal

Totius Latinitatis lexicon

secundum tertiam editionem, ..., correctum et auctum labore variorum

Forcellini, Egidio

Schneebergae, 1833

O

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1644](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1644)

quod et Curt. docet l. c. Mart. 4, 44. Haec juga, quam Nysae colles, plus Bacchus amavit. P Acron ad Hor. Od. 2, 1. extr. et Lactant. ad Stat. Th. 7, 347. docent, duo esse Parnassi juga, Cirrham, et Nysam: alterum Musis, alterum Baccho sacrum: de quo fortasse Juven. 7, 63. cum se carmine solo Vexant, et dominis Cirrhae, Nysaeque feruntur, etc. V. CIRRHIA. [*Cf. Curt. ad Lucan. 1, 65.] P *Nysa, urbs Cappadociae. Ant. Itin. In Caria ponit Plin. 5, 29. P Dicta etiam olim Nysa est Scythopolis, urbs Samariae vel regionis Decapoli-tanae, teste Plin. 5, 18. P Et nomen Nymphae, Aristae filiae, quae Bacchum in Nysa monte edu-cavit. Hyg. fab. 182. V. et Diod. 3, 70. Ab ea, ibi sepulta, nomen traxisse Nysam urbem, quae et Scythopolis (V. supra), testatur Plin. 5, 18. Cf. et Serv. ad Virg. Ecl. 6, 15. Dionysus alius est is, qui Nysam dicitur interemisse a Cic. N. D. 3, 23. P Denique Nysa nomen fuit filiae Nico-medis Bithyniae regis. Suet. Caes. 49. B. A.

*NYSAEUS, a, um, adj. Νυσῆος, ad Nysam, et Bacchum pertinens. Prop. 3, 15, 22. Indica Ny-saeis arma fugata choris. Sil. 7, 198. Festas Ny-saeo redimivit palmitis mensas. Sen. Oedip. 405. Mollia Nysaeis armatae brachia thyrsis. Lucan. 8, 227. Nysaeus Hydaspes, h. e. Nysam alluens. Sil. 12, 160. Nysaea cacumina Gauri, h. e. Gau-rum montem vini fertilem. P Nysaei, orum, sunt incolae urbis Nysae ad Maecandrum, quam Strabo l. 14. Lydiae, Plin. 5, 29, 29. et Ptolem. 5, 2. Cariae attribuunt. Cic. Fam. 13, 64. Nysaeos ha-beas tibi commendatissimos, ut intelligat illa civi-tas, etc. P *Fuit et Nysaeus nomen filii Diony-sii senioris, Syracusii, ex Aristomacha. Nep. Dion. 1. B. A.

[NYSĒ, es, f. clauda: a νῦσος, η, or, claudus. Est cogn. R. Inscr. ap. Grut. 577, 5. Julia Ny-se. F.]

NYSEIS, idis, f. adj. a Nyseo, Νυσῆος. Ov. Met. 3, 314. de Baccho: inde datum Nymphae Ny-seides antris Occuluerit suis.

NYSEIUS, a, um, adj. Nysaeus, Νυσῆος. Lu-can. 8, 801. Et juga tota vacant Bromio Nyseia.

NYSEUS, i, m. disyll. Νυσῆος, cogn. Bacchi, a Nysa urbe. Ov. Met. 4, 13. Additur his Nyseus, indetonsusque Thyoneus.

NYSIACUS, a, um, adj. ad Nyseum, seu Bacchum pertinens. Capell. 2. in. Hoc quoque Ny-siacis quod sparsum floribus ardet, Multiplici am-bitum redimitur lumine sertum, h. e. corona Ariad-nae a Baccho in coelum translata.

NYSIAS, adis, f. patronymicum a Nyseo, hoc est Baccho, Νυσῆος. Ov. Fast. 3, 769. Nysides Nymphae, puerum quaerente noverca, Hanc fronde cunis opposuere novis.

NYSIGĒNA, ae, m. Nysae natus, ut Nysigenae Sileni, qui una cum Baccho Nysae educati. Catull. 64, 252. Cum thyaso Satyrorum, et Nysige-nis Silenis.

NYSION, ii; n. vivator, hedera, a Nyseo, seu Baccho. Appul. Herb. 98.

NYSIUS, a, um, adj. Nysaeus. Arnob. 5, 176. Cum inter homines esset adhuc Nysius et Seme-leius Liber. Plin. de genere quodam hederiae ver-ba faciens, 16, 34, 62. Quam quidam Nysiam, alii Bacchicam vocant, maximis inter nigras cor-ymbis.

*NYSSOS, i, opp. Macedoniae, in paeninsula Pallene. Plin. 3, 10. ed. Hard. ubi antea legebat-ur Nissos. B. A.

[NYSUS, i, m. Bacchi nutricius, cui, cum in In-diam exercitum duceret, dum ipse inde rediret, regni Thebani potestatem tradidit: sed posteaquam inde reversus est Liber, Nysus regno cedere no-luit. Post annum tertium simulat Bacchus in re-gno se sacra facere velle, quae Trieterica dicitur, militesque muliebri ornatu pro Bacchis intro-duxit, et Nysum cepit, regnumque suum recupera-vit. Haec Hyg. fab. 131. Adde fab. 167. F.]

O

O, quarta Latinorum vocalis, rotundae figurae, et rotundo ore proferenda, sonum plenissimum ha-bens supra ceteras. De ejus mutationibus multa Prisc. 1, 553 et 554. Praecipue vero pro u, et e ponitur, ut Davos, voltis, vorsus, voster, etc., quae tamen nunc antiqua habentur: item pro au, ut co-da, plodo, etc. V. et Quint. 1, 4 et 7. [*De hu-jus literae natura ejusque cum aliis permutatione accuratissime exposuit Schneid. Gr. Lat. 1. p. 26 — 33. P In notis inscriptionum varie usurpatur: ita pro omnibus. V. ap. Orell. 1218. pro omnium: ib. 4415. pro omni (vel optima): ib. 3700. pro ossa. V. ib. 4489. O. E. B. Q. C. Ossa ejus bene quiescant condita; et 4483. 4490. OIBQ. Ossa illius bene quiescant; pro ollam: ib. 4653. pro optimi: ib. 5037. optimo 4135.]

O, o, w, adv. vocandi. Construitur cum vocati-vo. Cic. Fam. 10, 26. O mi Furni, quam tu cau-

sam tuam non nosti! P Item adv. optandi, idem ac utinam. Virg. Ecl. 2, 28. O tantum libeat mecum tibi sordida rura, Atque humiles habitare casas! P Aliquando utrumque jungimus, ita tamen, ut o praecedat, utinam sequatur. Ov. Her. 1, 5. O utinam tunc, cum Lacedaemona classe petebat, Obrutus insanis esset adulter aquis! P Jungitur quoque ei particula si. Virg. A. 11, 415. Quamquam o si solitae quicquam virtutis adesset! [*V. Ramsh. Gr. Lat. §. 193, 6. p. 877. P O iterum frequens est Arnobii loquendi genus. V. c. gent. 1, 20.] P Est etiam interjectio exclaman-tis. Et adjungitur vel nominativo. Ter. Ph. 2, 2, 10. O vir fortis, atque amicus! P [*Vel geniti-vo. Catull. 9, 5. O mihi nuntii beati!] P Vel accusat. Cic. Or. 3, 2. O fallacem hominum spem, fragilemque fortunam! P Vel vocativo. Cic. Pis. 26. O paterni generis oblite, materni vix memor! P Item admirantis, w. Juven. 10, 157. O qualis facies, et quali digna tabella! Ter. Eun. 2, 3, 5. O faciem pulchram! P Item dolentis, w. Cic. Fam. 14, 4. O me perditum, o me afflictum! P Item indignantis. Cic. Cat. 1, 1. O tempora, o mores! P Item exsultantis. Ter. Andr. 1, 1, 78. o factum bene! Beasti me. P Item irridentis. Cic. Phil. 3, 11. O praeclearum custodem ovium, ut ajunt, lupum! P Item optati adventus, aut repente per-culsi, ut ait Donat. ad illud Ter. Andr. 1, 5, 32. o salve, Pamphile. Sic 4, 5, 7. o Mysis, salve. P Interdum o omittitur: et sicut ait Id. ad illud Ter. Eun. 3, 1, 28. hominem perditum, Miserum-que, et illum sacrilegum! majoris stuporis est sen-tentia hoc modo pronuntiata, et quandoque melius sonat. Cic. Pis. 1. f. Miserum me! cum hac me peste, atque labe confero. Id. Att. 10, 10. Me caecum, qui haec ante non viderim! P [*Postpo-sitae hujus particulae exempla haec sunt: Virg. A. 2, 281. O lux Dardaniae, spes o fidissima Teu-erum. Lucan. 7, 588. O decus imperii, spes o su-prema senatus.] P In carmine fere producitur etiam sequente vocali. Hor. A. P. 302. o ego laevis, Qui purgo bilem, etc. P Aliquando corripitur Graeco more. Virg. Ecl. 2, 65. Te Corydon, o Alexi, trahit sua quemque voluptas.

[OAEONES, um, m. plur. incolae insularum maris septentrionalis, de quibus ita Mela 3, [*6, 8.] Quae Sarmatis adversa sunt, ob alternos accessus, recursusque pelagi, et quod spatia, quae distant, modo operiuntur undis, modo nuda sunt, alias in-sulae videntur, alias una et continens terra. In his esse Oaeonas, qui ovis avium palustrium, et avenis tantum aluntur. P Easdem insulas Oonas vocat Plin. 4, 43, 27. Feruntur et Oonae, in qui-bus ovis avium et avenis incolae vivunt. His si-milia habet Solin. 19. med. P Sunt qui putant, eas insulas, earumque incolae a Cimbrica voce oe, quae insulam significat, [*et vover, i. e. incola] ita appellatos fuisse; deinde vero Graecos, cum aliquam vocis cognationem cum oov, ovum, deprenderent, Oeones populos, et Oonas insulas vocitas-se, easque esse, quarum primariae nunc Usedom, et Wollin in mari Baltico appellantur. F.]

*OAEONEUM, i, n. opp. Illyridis Graecae (postea Macedoniae partis), in Penestia. Liv. 43, 19. B. A.

[OARINUS, i, m. oarivros, uxorius: ab oar, uxor; ut oarivros, vernus, ab iag, ver. Est cogn. serv. R. Inscr. ap. Mur. 335, 6. et in Giorn. di Pisa T. 16. p. 197. Oarinus Augustor. N. servus etc. F.]

OARION, onis, m. idem qui Orion, per epenthes-in, ut etiam ap. Callim. hymn. in Dian. v. 265. Oivd' μὲν Oarivros, etc. Catull. 66, 94. Proximus Hydrochoi fulgeret Oarion. Rutil. Itin. 1, 637. Namque procelloso subjungitur Oarioni. Al. leg. Orioni.

OASENUS, a, um, adj. ad Oasin pertinens, qui locus est Libyae Aegyptio conterminae, desertus, siticulosus, infestus culcibus, et muscis grandioribus, quo deportabantur certorum criminum rei, poenae exsiliique causa. Imp. Honor. et Theodos. Cod. Theod. 9, 32. Consciis et consortibus ejus Oasena deportationi constringendis. Oasis mentio fit etiam in Cod. Just. 9, 47, 26. et Oasitae nomi duo memorantur a Plin. 5, 9, 9., ubi notat Hard. duplicem Oasin esse, majorem, et minorem, *Oasiv μὲν οὖν [*hod. Alzagar,] et *Oasiv μὲν οὖν [*hod. Gademez.]: hanc haud multum ab Alexandria di-stare, illam juxta Moeridis lacum esse.

OASITES, ae, m. ad Oasin pertinens, ut Oasitae nomi. V. v. praec.

OAXES, is, m. *Oaxis, fluvius Cretae, a quo ci-vitas Oaxia. Varro (Atacinus) hoc docet: Quos magno Anchiale partus adducta dolore, Et geminis capiens tellurem Oaxida palmis. Ita Vibius Se-quest. de fluminib. etc. Virg. Ecl. 1, 66. Pars Scy-thiam, et rapidum Cretae veniunt Oaxem. Var-ronis locum affert etiam Serv. hic: negat tamen in Creta eum fluvium esse, sed in Mesopotamia, vel Scythia, ubi velocitate sua rapiens albam terram, turbulentus efficitur. Unde rapidum cretae dici, quod cretam rapiat, h. e. terram albam. Item ad Ecl. 2, 24. ait, Virgilium, exemplo Theocriti, ut ostendat rusticam simplicitatem, multa aliter, quam res habeat, dicere. Ita et Actaeum Aracynthum di-

xisse, cum non sit Atheniensis, sed Thebanus, et Cretae Oaxem, cum in Scythia sit. Hard. ad Plin. 6, 16, 18. aliam Virgiliani versus interpretationem affert: Oaxem eundem esse, atque Oxum, qui flu-vius est Scythiae Asiaticae, et per Margianam ejus regionem fluit: Margianae regioni nomen esse, vel creditum esse, a marga, quae genus est cretae, qua laetificantur agri. Rusticum illum, qui a Vir-gilio inducitur, cum margam nosset, Oaxem Cre-tae per imperitiam dixisse: atque talis loci ob id praecipue fecisse mentionem, quod recens erat me-moria cladis Crassianae, post quam Romani milites captivi a Parthis victoribus in ea loca ducti fue-rant.

OAXIS, idis, f. adj. ut Oaxis terra, Varr. Ata-cin., h. e. quae amne Oaxe alluitur. V. v. praec.

OB

[*OB, praep. accus. regens, significat proprie, ut Gr. ἐν, (a quo ortum ducere fertur eodem modo, quo ab ab ἀπό, et sub ab ὑπό) super, ad, contra, ut recte Lindem. ad Pl. Mil. 3, 2, 22. Semper enim spectat aliquid, quod coram quasi extenditur, ob-viam est, obest, prostat etc. Nostr. ob, auf, vor, für etc. Cf. Ramsh. Gr. Lat. §. 137, 3. p. 408. sq. Pl. Mil. 2, 5, 51. Nunc demum exterior, prius ob oculos mihi caliginem obstiisse.] Id. ib. 5, 37. Ille qui lanam ob oculum habebat, nauta non erat. Cic. Rab. 14. Mors ob oculos saepe versata est. [*Huc pertinet etiam] Pl. Aul. 2, 4, 23. Quin cum it dormitum, foilem obstringit ob gulam, ne quid animae forte amittat dormiens [*i. e. in, circum. Porro: quae Festus affert ex Ennio:] Ob Romam noctu legiones ducere coepit, [*i. e. ad. Simili ratione dictum ob etiam in his, quae Id. al. profert ex eodem:] Acheruntem obibo, ubi mortis thesauri obiacent: et paulo post: Ob os, ad os significat, quibus verbis fortasse respi-cit illud Vet. Poet. ap. Cic. Tusc. 3, 18. etc. Fam. 9, 26. Quem aspectabant? cujus ob os Graji ora obvertebant sua? Plaut. fragm. ap. Non. 4, 429. Intro ad uxorem: sufferamque meum tergum ob injuriam. V. alia huc pertinentia in OBEO. — [*Porro ea, in quibus ob usurpatur ad significan-dum pretium, vel id, quod pretii loco datur.] Ter. Phorm. 4, 3, 56. Ager oppositus est pignori ob Decem minas. Pl. Asin. 2, 2, 80. Ob asinos ferre argentum. Id. Rud. 3, 6, 23. arrhabonem a me accepisti ob mulierem. C. Gracch. ap. Gell. 11, 10. f. Talentum magnum ob unam fabulam datum esse. Festus: Ob vos sacro, in quibusdam pre-cationibus est, pro vobis obsecro. [*A quibus pa-rum differt loquendi genus, quo vv. ob rem (op-pom. frustra) adhibentur, cum aliquid in rem, cum lucro, utilitate fieri dicitur.] Ter. Phorm. 3, 2, 41. Non pudet Vanitatis? Dom. minime, dum ob rem; et Sall. Jug. 33. Verum id frustra an ob rem faci-am, in vestra manu situm. P [*Hinc factum est, ut ob in universum causam, consilium, fi-nem, quem quis consequi studeat, etc. designet, eademque fere ratione ponatur, qua alias gratia, causa, propter, ad etc., Gr. ἕνεκα, διὰ, ἐν. Qui longe frequentissimus est hujus verbi usus. Hic prae ceteris commemorari poterant ista: ob hoc, ob haec, ob id, ob ea pro propterea, apud omnes quidem latini sermonis scriptores usitatissi-ma.] Caes. B. G. 1, 13. Ne ob eam rem ipsos despiceret. Cic. Fat. 10. f. Hanc rationem Epicurus induxit ob eam rem, quod veritas est, ne, etc. Id. Font. 8. Qui ob aliquid emolumentum suum cupidius aliquid dicere videntur. Id. Verr. 2, 2, 32. Si est flagitiosum, ob rem judicandam pecuniam accipere, quanto illud flagitiosius, eum, a quo pecuniam ob absolvendum acceperis, con-demnare? [*V. Matth. ad Mur. 1.] Virg. A. 1, 255. Navibus (infandum!) amissis, unus ob iram Prodimur. [*Huc pertinet etiam illud, quod No-ster, in suo scil. hujus loci ordine, tanquam ab his alienum separatim collocaverat.] Pl. Cas. 4, 3, 6. Quid illaec nunc Tandiu intus remoratur, quasi ob industriam? h. e. de industria. Eodem modo locutus est 2, 3, 58.; [*et Men. 1, 2, 14. Bailey. Adde Tac. A. 1, 68. Raro super milite, et quasi ob metum defixo, i. e. prae metu; et ib. 2, 83. Germanicum — mortem ob republicam obiisse, i. e. pro republ.; et 6, 5. cum quibus ob rem pecuniariam disceptabat, i. e. de re p.] P In compositione suam consonantem retinet sequente vocali, aut liquida, item b, d, s, t, et v conso-nante: ut obba, obduco, obloquor, obmutesco, ob-nubo, obruo, observo, obtundo, oborto: cum aliis aut mutat, aut retinet, ut obcaeco, et occaeco, officio, et obficio, oggannio, et obgannio, oppeto, et obpeto, etc., quamquam frequentius mutare videatur. P [*Confund. ob et ad. V. Curt. ad Lucan. 2, 362.]

OBACERBAT, exacerbare. Festus.

OBACERO, as, a. i. Obacerare, obloqui, atque alterius sermonem moleste impedire: quod sumptum videtur a paleis, quas Graeci ὄξυρα vocant. Haec Paul. ex Festo. Sunt qui suspicantur legendum Obacerbare. Addunt in veteribus libr. legi etiam

obacore, ab *acore* ductum, ut sit *acorem*, h. e. molestiam exhibere.

OBAEMULOR, aris, dep. I. contra *aemulor*, irrito, provoco. *Tert. adv. Marc.* 4, 31. *med. ex Deuter.* 32, 21. Illi obaemulati sunt me in non Deo: et ego obaemulabor eos in non natione. Ubi *Vulgata* verbo *provocare* utitur.

[OBAERARIUS, ii, m. qui aere alieno obstrictus, operam suam agriculturae praestare cogitur. *Varr. R. R.* 1, 17. Liberi colunt agros cum iis, quos obaerarios nostri vocitarunt. Quidam Codd. habent *obaeratos*, sed praestantiores *obaerarios*: alii tamen legendum putant *operarios*. F.]

OBAERATUS, a, um, adj. [**χραιοφειλέτης*.] aere alieno ita obstrictus, ut cum solvendo non sit, corpore et opera servire cogatur, addictus, nexus. [**V. Herz.* ad *Caes.* 1. mox l.] *Varr. L. L.* 6, 5. f. Liber, qui suas operas in servitute pro pecunia, quam debeat, dat, dum solveret, nexus vocatur, ut ab aere obaeratus. *Caes. B. G.* 1, 4. Orgetorix ad iudicium omnem suam familiam undique coegit, et omnes clientes, obaeratosque suos eodem conduxit. *Liv.* 26, 40. f. Exsules, obaerati, capitalia ausi perire. P. Item simpliciter aere alieno obstrictus. [**Verschuldet*.] *Suet. Caes.* 46. Villam magno sumptu absolutam, quia non tota ad animum ei responderat, totam diruit, quamquam tenuis adhuc, et obaeratus. *Tac. A.* 6, 17. Quanto quis obaerati, aegrius distrahebant.

OBAGITO, as, a. I. agito, exagito. *Enn. ap. Non.* 2, 605. Restitant, occurrunt, obstant, obstrigillat, obagitant. Al. minus recte leg. *obganiant*. Ap. *Fest.* habetur *obigitat*, mutata vocali, qui mos est in compositis frequens, ut *subigitat*. *Obigitat*, inquit, ante agitat, ut obambulat. [**Quaedam emendavit F.*]

OBAMBULATIO, onis, f. *περιόδεσις*, actus obambulandi, discursus. *Auct. ad Her.* 3, 19. Commodius est in derelicta, quam in celebri regione locos (*memoriae*) comparare, propterea quod frequentia et obambulatio hominum conturbat, et infirmat imaginum notas. [**Cf. obambulo*.]

OBAMBULO, as, avi, atum, n. I. *περιόδεω*, *περιπατέω*, circum ambulo, circumeo, obeo, ultro citroque discuro, perambulo. [**Cf. Doederl.* 3, 50.] *Or. Trist.* 2, 459. Scit, cui latretur, cum solus obambulet ipse, [**ubi recte Doederl.* l. I. p. 51. *solum* per oxymoron quasi suum ipsius comitem significari dicit.] *Liv.* 25, 39. Milites obambulantes ante vallum portasque. *Or. Met.* 2, 851. Mugit, et in teneris formosus obambulat herbis. *Virg. G.* 3, 538. nec (*lupus*) gregibus nocturnus obambulat. *Liv.* 36, 31. Obambulare muris, ut facile nosceretur ab Aetolis, coepit. P. Cum accusat, vi praeposit. *Or. Met.* 14, 188. totam fremebundus obambulat Aetnam. *Suet. Tib.* 11. Sine lictore gymnasia obambulans. [**Recte Brem. gymnasio* retinuit, quia hujus v. cum accus. constructio poetis convenit, et quod Rhodus unum tantummodo gymnasio continere a Plutarcho, citante Torrent, dicitur.] P. *Paul. ex Festo*, obambulare interpretatur, adversum alios ambulare, et quasi ambulanti sese opponere. [**Male! V. Doederl.* l. I. ab initio l.]

OBARATOR. V. IMPORCITOR.

OBARDEO, es, n. contra, vel ante aliquem ardeo. *Stat. Th.* 9, 856. cum torva clypei metuendus obarsit Luce Dryas, tremor ora repens, ac viscera torsit Arcados.

OBARESCO, is, arui, n. 3. *περισηθίζωμαι*, circum-que areasco: [**vertroeknen*.] *Lactant. Op. D.* 10. Membrana illa (*oculi*) quam siccare et obarescere non oportet. Quaedam MSS. habent *arescere*.

OBARMATUS, a, um, part. ab *obarmo*, armatus contra aliquem. *Translate Appul. Met.* 2. Perfrictis oculis, et obarmatis ad vigilias.

OBARMO, as, a. I. idem quod *armo*, aut contra aliquem *armo*. [**Prorsus est id, quod nos dicimus bewaffnen. Notio contra armandi nullo loco, quod quidem Fore. affert, continetur.*] *Hor. Od.* 4, 4, 20. Amazonia securi Dextras obarmet. *Appul. Met.* 9. in. Ille carnifex contra me manus impias obarmabat. *Auson. epigr.* 25. Mater Lacaena clypeo obarmans filium, Cum hoc, inquit, aut in hoc redi.

OBARO, as, avi, atum, n. I. *περιαρῶω*, circum aro, vel arando excolo: [**umpflügen, bepflügen*.] *Liv.* 23, 19. *med.* Et cum hostes obarassent quidquid herbidum extra murum est.

OBATER, a, um, *ἐπακέλας*, quodammodo ater, subater. *Plin.* 18, 35, 79. Nascens luna si cornu superiore obatro surget. *Hard.* in MSS. invenit *obatrato*.

OBATRESCO, is, n. 3. ater fio. *Firm. praef. Math.* Lacus liventibus spumis obatrescit.

[OBAUDIENS, entis, part. ab *obaudio*, obediens. Hinc compar. *Obaudientior* ap. *Ambros. or.* subject. ep. 21. Quid obaudientius potest esse, quam ut Christi sequamur exemplum. F.]

OBAUDIENŒIA, ae, f. obedientia. *Tert. Exhort. ad cast.* 2. *med.* Voluntas Dei in obaudientiam venerat.

OBAUDIO, is, a. 4. idem ac *obedio*. *Appul.*

Met. 3. Secreta, quibus obaudiunt Manes. *Tert. adv. Marc.* 2, 2. *extr.* Adam non obaudiit. [OBAUDITIO, onis, f. obaudientia. *Gloss. Phil.* *Obauditio, ὑπακοή. F.*]

OBAURATUS, a, um, part. ab inus. *obauro*: inauratus. *Appul. Met.* 11. Alius soccis obauratis, indutus serica veste, mundoque pretioso.

OBBA, ae, f. *Gloss. Philox.* *Obua* (leg. *Obba*, ut monet *Foss.* in *Elym.*) *ἄρβιξ*, ἐν ᾧ τοῖς νεκροῖς σπένδουσιν, h. e. quo libant mortuis. *Ἄρβιξ* autem alius est calix, poculum: aliis olla, aut cadus. [Videtur esse ab Hebr. *אֲרֶבֶץ* ob uter, Italice *otro. F.*]

Plin. 33, 8, 41. vertens locum *Dioscor.* 5, 110. ubi de hydrargyro conficiendo sermo est, *ἄρβιξ* vertit calicem, seu operculum, quo ferrea concha contigitur. *Athenaeus* 11, 8. f. dicit, *ἄρβιξ* esse pocula in acutum fastigiata. Quare si *Gloss.* credimus, obbas esse *ἄρβιξ*, erunt eae similes iis, quae Itali dicunt *caraffe* aut *caraffini*, fundo et ventre lato, collo et ore angusto. *Non.* quoque 2, 597. scribit obbam esse poculi genus, quod nunc ubba dicitur; et 15, 14. esse poculi genus vel ligneum, vel ex sparto. *Varr. ib.* et 20. Dolia, atque apothecas triclinares, melicas Calenas, obbas, et Cumanos calices. *Id. ib.* Utrum meridie, an vespere lubentius ad obbam accedat, locus, actus, adventus declarabit. In his *Varr.* verbis et poculum intelligi potest, et vas: at vas aptius intelligitur et quidem non modicum, et lato fundo, ut facile se deat, (Itali dicunt *barile*) in illo *Persii* 5, 146. *Tun'* mare transilias? tibi torta cannabe fulto, Coena sit in transtro? Vejentanumque rubellum Exhallet vapida laesum pice sessilis obba? P. *Obbam* panico tribuit *Plin.*, cujus haec verba sunt 18, 7, 10. n. 3. Panicum a paniculis dictum, cacumine languide nutante, paulatim extenuato culmo paene in surculum, praedensis acervatur granis, cum longissima pedali obba. Ubi *Hard.* in MSS. legit *Obba*. Libentius vero, inquit, multo agnoverim, litteris permutat, *foba*, vel potius *phoba*. Est enim *φόβη* *Theophrasto H. Pl.* 8, 3. arundinacea coma frugum omnium, quae ad mili similitudinem surgunt: *τὰ μὲν ἔχει στέγαν, τὰ δὲ χερσὶν ἰσθμῶν, τὰ δὲ κερχρωδὴ φόβη, ἢ γὰρ καλαμῶδης ἀπόφρως, φόβη.*

OBBAŒUS, a, um, adj. in obbae figuram factus. *Appul. Met.* 10. Castor et Pollux, quorum capita cassides obbae stellarum apicibus insignes contegebant. Ap. *Helmenhorst.* p. 254. legitur *obbae*: unde quidam suspicantur esse pro *ovatae*, facili mutatione b in v. Ap. *Pricaeum* p. 234. est *aeratae*. Si *obbae* retinemus, erunt cassides infra latae, supra in acutum desinentes, ut in *Obba* est dictum. [Si *ovatae*, quod rectius videtur, erunt in dimidiis ovi formam, quales habent capita *Dioscororum* in nummis gentis *Antestiae*, *Cordiaae*, aliarumque. V. *PILEATUS* et *PILEUM. F.*]

OBIBO, is, a. 3. idem ac *bibo*, vel celeriter bibo. *Cic. Tusc.* 1, 40. Theramenes cum conjectus in carcerem triginta jussu tyrannorum venenum ut sitiens obibisset. P. *Victor.* et *Grut.* ex MSS. quamplurimis leg. *obduxisset*.

OBBLATERATUS, a, um, part. ab inus. *oblatero*, contra aliquem *blateratus*. *Appul. Met.* 9. His et aliis similibus affaniis frustra obblateratis. Al. aliter leg. **Locus est ante med. p. 183. ed. Pricaei*, et sic impressum in ed. *Oudend.* p. 612. etc. In ed. *Vulc.* est *blateratis*; in ed. vero *Elmenh.* p. 221, 25. sic omnino, *has et alias similes affanias obblaterantes. B. A.*

OBBRUTESCO, is, n. 3. *ἀλογος γίνωμαι*, est brutum fieri, sensum, rationem, vitam amittere. [**verwildern*.] *Lucr.* 3, 546. An contracta suis e partibus obbrutescat. *Afran.* ap. *Fest.* in *Obbruit*. Non possum verba facere, obbruitui, h. e. obstupui, ut idem *Festus* exponit. *Prud. Hamart.* 652. Damna aures, Pater alme, meas, et claude meatus Obbrutescentis capitis. Al. leg. *obbrutescentis*. Ap. *Fest.* unico b scribitur.

OBCAECATIO vel Occaecatio, onis, f. idem est ac *occatio*, hoc est occultatio seminis terra superinducta. *Serenus* ap. *Non.* 1, 306. Occatio occaecatio est. *Id. Nonius ib.* 201. Occaecationem ab occaecatis seminibus, qua id efficitur, dicit, M. Tullius voluit de Senectute. V. *OBCAECO*. Ex his autem discimus, *obcaecationem* de occasione metaphorice dici: nam proprie est *Blendung, τὸ κλωσις*. Adde *Isid. Orig.* 17, 2.

OBCAECATUS et Occaecatus, a, um, part. ab *obcaeco*: caecus factus, *τυφλωδεις*. *Cels.* 6, 6. n. 57. Quidam sine ulla manifesta causa subito obcaecati sint. *Id.* 8, 4. Ubi calvaria percussa est, protinus requirendum est, num bilem is homo vomerit, num oculi ejus obcaecati sint. P. *Translate*, [**quasi ad tempus caecitate captus. Rut. Lup.* 2, 7. p. 157. *ed. Fr.* oculis humore obcaecatis: ubi v. quae laud. *Ruhn.* — Tum dicitur de animo, rebusque ad animum pertinentibus.] *Cic. Fam.* 15, 1. *med.* Quod ego negotium, non stultitia obcaecatus, sed verecundia deterritus, non recusavi. *Colum.* 6, 36. *extr.* Velut incensus et obcaecatus cupidine. *Cic. Fin.* 1, 10. Qui quas molestias excepturi sint, obcaecati cupiditate non

provident. P. [**Hinc obscuratus*.] *Pl. Men.* 1, 2, 66. solem vides, Satin' ut occaecatus est prae hujus corporis candoribus. P. [**In his quoque ad ea transferuntur, quae animi mentisque auctoritate nituntur*.] *Colum.* 3, 7. f. Quae ratio (h. e. modus colendi vites) velut ignorantiae tenebris obcaecata, luce veritatis caruit. P. *Obcaecatium semen*, terra obrutum. *Cic. Sen.* 15. V. v. sq.

OBCAECO et Occaeco, as, avi, atum, a. I. [**efficere*, ut oculorum quis acie, videndi facultate destituatur: *blenden*.] *ἐκκεφλώω. Cels.* 8, 4. Aliquando evenit, ut ex ictu vena aliqua in cerebri membrana rupta aliquid sanguinis mittat, isque ibi concretus magnos dolores moveat, oculosque obcaecet. [**V. Obcaecatus*.] P. *Translate*, quasi caecum facere, ad tempus videndi, cernendi facultate privare. *Plin.* 10, 3, 3. Respersu pinnarum hostem obcaecantes. [**De animo*.] *Liv.* 5, 37. Occaecat animos fortuna, i. e. efficit, ut verum perspicere nequeant. [**Hinc in universum pro stupidum reddere: nos dämisch, gefühllos machen*.] *Virg. Cul.* 198. timor obcaecaverat artus. P. Tum dicitur pro obscurare, luce, claritate solita privare: *Liv.* 33, 7. Densa caligo obcaecaverat diem. P. [**A rebus externis transferuntur ad ea, quae ingenii mentisque auctoritate gaudent*.] *Liv.* 42, 43. Ni spes vana pacis obcaecasset consilia. *Cic. Or.* 2, 80. f. Obscura narratio totam obcaecat orationem. P. [**Hinc obtegenti, occultandi orta notio, i. e. efficiendi, ne quid cerni, perspicere oculis possit: ita obcaecare fossas ap. Colum.* 2, 2. *med.* (Similis est ratio, qua nos in rebus ad munitiones pertinentibus v. *blenden, verblenden* uti solemus.) Porro *occaecare semen*, i. e. terra obruere.] *Cic. Sen.* 15. Terra cum sparsum semen exceperit, primum id occaecatum cohibet, ex quo occatio, quae hoc efficit, nominata est. *Non.* 1, 306. videtur legisse, *ex quo occaecatio*.

OBCAEDES, is, f. idem ac *caedes*. *Pl. Stich.* 5, 4, 52. Ohe, jam satis: nolo obcaedes, h. e. nolo hic quicumque tragicum et cruentum. [Bothe multo rectius edidit *obcaedas*, h. e. occidas. F.] V. OCCIDO. V. *Taubman*.

OBCALLATUS et Occallatus, a, um, part. ab inus. *obcallo*: callo obductus. *Sen. Q. N.* 4, 13. Quid sentire possunt emortuae fauces, et obcallatae cibus ardentibus?

OBCALLESKO et Occallesco, is, lui, n. 3. *ἐκκεφλώω*, callum obduco, durus, et callosus fio. *Cels.* 4, 24. Ubi dolor vehemens urget, interest, sine tumore is sit, an tumor cum calore, an tumor jam etiam obcalluerit. *Pl. Asin.* 2, 4, 13. Utinam nunc stimulus in manu mihi sit. Qui latera conteram tua, quae occalluere plagis. *Or. Met.* 14. de homine in suem verso, 282. Osque meum sensi pandi occallescere rostro. P. *Translate. Cic. Agr.* 2, 18. f. De Statio manumisso, et nonnullis aliis rebus angor equidem: sed jam prorsus occallui, h. e. diutina malorum consuetudine jam obfirmavi animum ad ferendum. *Plin. ep.* 2, 15. Longa patientia obcallui. *Colum.* 8, 16. Sic mores obcalluere, ut non haec usitata, verum ut maxime laudabilia et honesta judicentur.

OBCANO. V. OCCANO.

OBCANTATUS, a, um, part. ab *obcanto*: incantatus, beneficio laesus. *Appul. Apol.* Mulier obcantata, vecors, amans, amens.

OBCANTO, as, avi, atum, a. I. incantamentis devincio, laedo. *Paul. Sent.* 5, tit. 23. n. 9. Qui sacra impia, ut quem obcantarent, defegerint, obli-garent, fecerint, etc.

OBCENSUS, a, um, part. ab inusit. *obcendo*, incensus, accensus, combustus. *Enn. ap. Fest.* in *Ob.* Omnes occisi, obcensio in nocte serena.

OBCINO, etc. V. OCCINO.

OBCLAUDO, is, a. 3. occludo. *Impp. Constant. et Julian. Caes. Cod. Theod.* 11, 24, 1. Aditum implendae devotionis obclaudant.

OBCOENO, as, a. I. idem quod *coeno*. *Pl. fr.* ap. *Varr. L. L.* 6, 3. f. De lumbo obcoenabis.

[OBDATUS, a, um, adj. qui obviam datus, seu factus est: ab *ob*, et *datus*. *Pl. Aul.* 3, 1, 1. *Obdati* cives, populares, incolae, accolae, advenae omnes, Date viam, qua fugere liceat. Ita recte edidit *Bothe*, cum alii *optati* legerint, quod huic loco minus aptum videtur. F.]

*OBDENSATIO, onis, f. i. q. densatio. *Coel. Aurel. Tard.* 1, 1. *Obdensatio* cutis. *B. A.*

OBDITUS, a, um, part. a *obdo*: oppositus, objectus, oclusus. *Flor.* 3, 6. *med.* Propontidis fauces Porcius Cato sic obditis navibus, quasi portam obseravit. *Plin.* 6, 11, 12. Portae Caesariae, ingens naturae opus montibus interruptis repente, ubi fores obditae ferratis trabibus, etc. *Appul. Met.* 5. Domus seris et catenis obdita. [**Tac. A.* 13, 5. obditis a tergo foribus.] P. Item obvolutus, implexus. *Appul. Met.* 10. Feralibus amicalis instrictus atque obditus, deportatur ad iudicium puer; et *ib.* 3. Sic illos capillos in mutuos nexus obditos atque nodatos, cum multis odoribus dat vivis carbonibus adolendos.

OBDO, is, didi, ditum, a. 3. *ἐπιθῆμι*, oppono,

objicio: ex ob, et do. [*Verbum non nisi poetis et argent. aetatis scriptoribus usitatum.] Ter. Eun. 3, 5, 55. pessulum ostio obdo. Pl. Cas. 5, 2, 15. forem obdo, ne senex me opprimat, h. e. claudio. [*Translate] Ov. Pont. 2, 2, 41. Da precor, accessum lacrimis, mitissime, nostris, Nec timidis rigidam vocibus obde forem. Sen. ep. 31. Sapiens eris, si clausuris aures, quibus ceram parum est obdere. Hor. Sat. 1, 3, 59. nullique malo latus obdit apertum.

OBDORMIO, is, ivi, itum, n. 4. κατακοιμῶμαι, ἐγρηπῶ, idem quod dormio, aut valde dormio. Cic. Tusc. 1, 38. Endymion nescio quando in Latino obdormivit: nondum, opinor, est exspectatus. Pl. Amph. 1, 1, 116. Credo, hac noctu Nocturnum obdormivisse ebrium. Adde Curc. a. 3, v. 45. Cels. 3, 18. Somnus medicamentis arcessendus est, habita moderatione, ne, quem obdormire volumus, excitare postea non possimus. Plin. 16, 10, 20. Qui obdormiant sub taxo, cibumve capiant, moriantur. Suet. Aug. 94. Atiam, posita in templo lectica, dum ceterae matronae dormirent, obdormisse. Plin. 20, 14, 56. Nepetae substernere obdormituris, utile est. P Obdormire crapulam, est obdormiendo crapulam concoquere, [*verschlafen.] Pl. Most. 5, 2, 1. omnem obdormivi crapulam. V. EDORMIO.

OBDORMISCO, is, n. 3. κατανομάζω, obdormire incipio, dormito. Item simpliciter dormio, obdormio. Suet. Claud. 33. Ut interdiu nonnunquam in jure dicendo obdormisceret; et ib. 8. Quoties post cibum obdormisceret, olearum ac palmularum osibus incessebatur. Plin. 9, 10, 12. Testudines summa in aqua obdormiscere: id prodi stertentium sonitu. Cic. Tusc. 1, 49. Si supremus ille dies perimit ac delet omnino, quid melius, quam in mediis vitae laboribus obdormiscere, et ita conniventem somno sopiri semperno?

*OBDORMITO, as, n. 1. i. fere q. obdormio vel obdormisco. Fortun. carm. 3. Obdormitare graviter. B. A.

OBDDUCO, is, xi, ctum, a. 3. ἐπιείγω, contra duco, adduco, oppono, [*aufführen, vorführen.] Pl. Ps. 2, 1, 13. Post ad oppidum hoc vetus continuo mecum exercitum protinus obducam. Accius ap. Non. 3, 203. Vim Gallicam obduc contra in acie, exercituve. Cic. Att. 1, 1. Thermus cum Silano contendere existimatur: qui sic inopes et ab amicis, et existimatione sunt, ut mihi videatur non esse ἀδύνατον, Curium obducere, h. e. adducere, ut iis adversetur in consulatu petendo, tanquam rivalis et aemulus. Auct. argum. Merc. Plant. 1, 6. eum putat uxor illius Obduxe scortum. P Item super, vel ante, vel circum duco. Plin. 13, 4, 9. Caryotae macro corpore exiles, crustam verius, quam cutem obducunt. Id. 17, 4, 3. Terra rubiginem ferro obducit. Id. 23, 7, 63. Fici cinis rosaceo subactis ambustis cicatricem tenuissimam obducit. Cic. Fam. 9, 2. med. et Tusc. 2, 15. extr. Obducere callum. V. CALLUM. Flor. 4, 1. med. castra vallo. Caes. B. G. 2, 8. Ab utroque latere collis transversam fossam obduxit. Plin. ep. 2, 17. med. Diaeta, specularibus et velis obductis, reductisque, modo adjicitur cubiculo, modo aufertur. Appul. Met. 1. Tigillo injecta, atque obducta parte funiculi, et altera firmiter in nodum coacta, h. e. circumvoluta. P Item tegere, operire. Virg. Ecl. 1, 48. quamvis lapis omnia nudus, Limosque palus obducat pascua junco. Plin. 15, 14, 14. Lanata mala lanugo obducit. Id. 29, 4, 22. Faciem lertigine obducit. Sen. Hippol. 586. Et ora morti similis obduxit color. Lucan. 9, 109. caput ferali obduxit amictu; et 4, 31. Et prope consertis obduxit castra manipulis. [*V. Cort.] Stat. Th. 12, 700. clypeis obducunt pectora fractis. Cic. N. D. 2, 47. Obducuntur libro, aut cortice trunci, quo sint a frigoribus et caloribus tutiores. Id. Leg. 2, 22. Redditur terrae corpus, et ita locatum ac situm, quasi operimento matris obducitur. P Item contrahere. Quint. 10, 3. med. Obducere frontem. Sen. Consol. ad Marc. 1. Vultus, quem tot annorum continua tristitia, ut semel obduxit, tenet. [*Formulam obducere vultum, una cum similibus ducere et adducere vultum, frontem egregie illustravit N. Heins. ad Ov. Ep. 21, 165. Cf. Ruhnk. ad Ter. Ad. 5, 3, 53. et Heindf. ad Hor. Sat. 2, 2, 125.] P Item claudere. Petr. Sat. 94. Ostium cellae obduxit. Al. leg. adduxit. V. OBDUCTUS.

Plin. 8, 26, 40. Venam in crure vulnerat, et plagam limo rursus obducit. Id. 2, 63, 63. extr. Terra tandem ipsa se obducit, et seclera quoque mortalium occultat. Colum. 3, 18. f. Malleolus radices et capite, qua recisum est, aequae mittit: quae cum excreverunt, cicatricem obducunt. P Item inducere, offundere. Plin. 22, 25, 71. Elelisphacos torporem obducit percusso loco. Cic. Acad. 4, 6. Clarissimis rebus tenebras obducere. P Item educere, ebibere, exhaurire: et notat aviditatem sitiens. Sen. Prov. 3. med. Socrates illam potionem publice mixtam, non aliter quam medicamentum immortalitatis obduxit. Petr. fr. 42. Burm. Cum mulsi pularium obduxi. Sen. Troad. 1162. non stetit fusus cruor, Humoque summa fluxit, ob-

Tom. III.

duxit statim, Saevusque totum sanguinem tumulus bibit. Aliud ex Cic. exemplum V. in OBIBO. [*V. Ernest. cl. Cic. s. v. obduco.] P Pro detegere, aperire. Lucil. ap. Non. 4, 340. Vos interea lumen auferte: qua ratione contrarium fortasse significat. P Obducere diem, educere, ducere, conterere, transigere, insumere. Cic. Att. 16, 6. Non cal. ad Sicam, ibi tanquam domi meae scilicet: itaque obduxi posterum diem. P Obducere oculos, tegere, obscurare, caligine offusa. Petr. Sat. 19. extr. Mors non dubia miserorum oculos coepit obducere. Lucan. 3, 735. Nox subit, atque oculos vastae obducere tenebrae. P Obducere se tenebrae dicuntur, cum contrahuntur, et densantur. Plin. 11, 37, 54. Ferunt Tiberio Caesari fuisse naturam, ut expergetus noctu paulisper, haud alio modo quam luce clara contueretur omnia, paulatim tenebris sese obducentibus. P Obduxe pro obduxisse legitur in argum. Merc. Pl. 1, 6.

OBDUCTIO, onis, f. παρακάλυψις, tegumentum, obvolutio. Arnob. 1, 7. Nubila inimica obductione pendit. P Reis morti addictis? caput obnubebatur. Hinc illud ap. Cic. Rab. perduell. 4. et Liv. 1, 26. Caput obnubito, arbori infelici suspendito. Cic. ib. 5. Carnifex vero, et obductio capitis, et nomen ipsum crucis absit. Ammian. 14, 7. f. Causarum legitima silente defensione, carnifex rapinarum sequester, et obductio caputum, et bonorum ubique multatio versabatur per orientales provincias. Ap. Cic. est qui malit obnuptio: sed nihil est mutandum. V. et Lucani l. c. in OBDDUCO 9, 109. et Tac. in OBDDUCTUS Ann. 4, 70.

OBDDUCTO, as, a. 1. frequent. ab obduco. Pl. Merc. 4, 4, 46. Nec pol ego patiar, sic me nuptam tam male, Measque in aedes sic scorta obductarier, h. e. induci.

OBDDUCTUS, a, um, part. ab obduco: ἐπιείχθεις, adductus, oppositus, objectus. Plin. ep. 7, 21. Cubicula obductis velis opaca, nec tamen obscura facio. Sen. Herc. Oet. 1548. Obductae fores. Prop. 4, 5, 47. Janitor ad dantes vigilet: si pulset inanis, Surdus in obductam somniet usque seram. Virg. A. 2, 604. nubes obducta tuenti Mortales hebetat visus, h. e. praetenta, objecta. Nep. Ann. 5. Obducta nocte, sarmenta in cornibus jumentorum deligata incendit, h. e. cum se nox coelo obtendisset. [*V. Brem.] P Item super ductus, inductus. Tac. A. 13, 35. Ut obducta glacie, nisi effossa humus, tentorii locum non praerberet. Ov. A. Am. 1, 285. Myrrha patrem, sed non quo filia debet, amavit: Et nunc obducto cortice pressa latet. Virg. G. 1, 116. Annis et obducto late tenet omnia limo. Tac. A. 4, 70. Et trahebatur damnatus quantum, obducta veste et adstrictis faucibus, niti poterat, clamitans, h. e. capiti obvoluta. Lucan. 3, 572. cruor altus in undis Spumat, et obducto concrenent sanguine fluctus. Al. leg. obducti, h. e. fluctus tecti sanguine. [*Ita Cort.] P Item clausus. Lucan. 5, 69. multosque obducta per annos Delphica fatidici reserat penetralia Phoebi. P Item tectus, operatus. Cic. N. D. 2, 47. Animantium pluma alias, alias squama videmus obductas. Plin. 24, 12, 66. Folia obducta araneosa lanugine. Id. 19, 7, 36. Semina obducta cortice. Or. Met. 2, 329. Nam pater (sol) obductos, luctu miserabilis aegro, Condiderat vultus. Et translate Sen. Oed. 851. Obducta longo temporum tractu moves, h. e. tecta oblivione. [* — Cic. N. D. 2, 43, 110. Sub laeva Geminorum obductus parte feretur, i. e. tectus et inclusus, Homer. κεκλιμένον. Al. leg. obductus. V. Heindf.] P Obducta frons, contracta, adducta, tristis. Hor. Epod. 13, 5. obducta solvatur fronte senectus. Adde Quint. 10, 3. med. et Juven. 9, 2. [*V. in obduco.] P Obducta cicatrix, superinducta vulnere, et clausa. Cic. Agr. 3, 1. Ne refricare obductam jam reipublicae cicatricem viderer. Et translate Virg. A. 10, 63. quid me alta silentia cogis Rumpere, et obductum verbis vulgare dolorem? Or. Met. 12, 542. quid me meminisse malorum Cogis, et obductos annis rescindere luctus? P Obductae tenebrae, contractae, densae. Prop. 3, 14, 5. obductis committam mene tenebris? V. OBDDUCO.

OBDDULCATUS, a, um, part. ab obdulco: dulcis factus. Coel. Aurel. Tard. 3, 8. med. Obdulcatus panis.

[OBDDULCESCO, is, n. 3. dulcis fio. Gloss. Phil. Obdulcesco, περιγλυκννομαι. F.]

OBDDULCO, as, a. 1. dulcem facio, edulco, indulco. Coel. Aurel. Tard. 1, 1. f. Coquentes atque obdulcantes sale et oleo, h. e. condientes.

OBDDURATIO, onis, f. actus obdurandi. August. ep. 105. med. et Enarr. in Psalm. 77. et alibi, de ea, qua Deus obdurat impios non impertiendo misericordiam.

OBDDURATUS, a, um, part. ab obduro: durus factus. Translate. Nazar. Pan. ad Constant. 13. Ingestos quotidie luctus callo quodam obduratae patientiae sustinere. Capitol. Pert. 9. Alimentaria compendia, quae novem annorum debebantur, obdurata verecundia sustulit. Imp. Constant. Cod.

10, 19, 2. Si quis in obdurata nequitia permanebit.

OBDDUREFACIO, is, a. 3. obduro. Est Nonii 1, 87.

OBDDURESCO, is, rui, n. 3. σκληρύνωμαι, durus fio. Prop. 2, 19, 53. Gorgonis et satius fuit obdurescere vultu. Cato R. R. 50. Ea postremum arato, dum ne prius obdurescant. Pl. Truc. 5, 24. Ita miser cubando in lecto hic exspectando obdurui. Varr. R. R. 3, 14. f. Cochlearum semen minutum ac testa molli diuturnitate obdurescit. P Metaphorice est hebetem ac stupidum fieri, non sentire, callum obducere, sicut membra callosa, aut gelu obdurata dolorem non sentiunt. Cic. Att. 13, 2. Jam ad ista obduruimus, et humanitatem omnem exuimus. Id. Mil. 28. Sed nescio quomodo jam usu obduruerat, et percalluerat civitatis incredibilis patientia. Id. Att. 10, 9. Adventus Philotimi exanimavit omnes, qui mecum erant, nam ipse obdurui. Id. Fam. 2, 16. Nisi diuturna desperatione rerum obduruisset animus ad dolorem novum. Id. Phil. 2, 42. His quidem jam inveteratis consuetudine obduruimus. Id. Verr. 2, 5, 13. med. Cum in ejusmodi patientia turpitudinis, aliena, non sua satietate obduruisset. Id. Tusc. 3, 28. Idque indicatur eorum patientia, qui cum multa sint saepe perpassi, facilius ferunt quiddid accidit, obduresque sese contra fortunam arbitrantur, h. e. constantiam induisse. Id. Fam. 5, 15. Ad amicos ne confugiam? quorum alii occiderunt, alii nescio quo pacto obduruerunt, h. e. benevolentia in me minime moveri videntur. Id. ad Brut. 1, 18. med. Obdurescunt enim magis quotidie boni viri ad vocem tributi, h. e. non flectuntur, resistunt, recusant. Est qui malit obsurdescunt.

OBDDURO, as, avi, atum, a. 1. σκληρύνω, durum facio. Obdurare absolute est durare, firmare animum, perstare, sustinere, patienter et constanter ferre. Pl. Asin. 2, 2, 56. Pernegabo, atque obdurabo, perjuro denique. Hor. Sat. 2, 3, 39. Persta, atque obdura. Ov. Trist. 5, 11, 7. Perfer, et obdura: multo graviora tulisti. P Passive impersonaliter. Cic. Att. 12, 3. Quare obduratur hoc triduum.

OBEDIENS, entis, part. ab obedio: ἐπιειθής, parens, obsequens, morem gerens. Cic. N. D. 2, 30. med. Nulli est naturae obediens, aut subjectus Deus. Id. Off. 1, 36. extr. Appetitum rationi obedientem praebere. Id. Pis. 34. med. Natio semper obediens huic imperio. Sall. Jug. 35. Obedientem esse jussis alicujus; et ib. 36. Vivere obedientem alicui. Liv. 25, 38. Ut imperiis vivorum nemo obedientior me uno fuerit. Id. 28, 16. med. Ut ad nova consilia gentem quoque suam obedientem haberet. Id. 7, 13. Imperiis obedientissimus miles. Pl. Bacch. 3, 3, 35. populi prius honorem capiebat suffragio, Quam magistro desinebat esse dicto obediens. Sic dicto audientem esse alicui V. AUDIO. [*Conjungitur dicto audiens et obediens ap. Liv. 5, 3. Nec plebs nobis dicto audiens atque obediens sit.] P Interdum obediens dicitur qui servus est, subjectus, obnoxius. Sall. Jug. 36. f. Quid erit reliquum, nisi ut illis, qui ea fecere, obediens vivamus? P Translate. Plin. 16, 43, 83. Obedientissima quocumque in opere fraxinus, h. e. quae facillime caedi, duci, flecti potest. Sall. Jug. 17. Virtute, ac Diis volentibus magni estis et opulenti: omnia secunda et obedientia sunt.

OBEDIENTER, adv. ἐπιειθῶς, cum obedientia. Liv. 5, 12. extr. Collatum obedienter, missumque ad exercitum est. Id. 21, 34. Obedienter imperata facere. Id. 39, 53. f. facere adversus aliquem, h. e. alicui parere. Id. 38, 34. Nihil obedientius fecerunt, quam ut muros diruerent. August. Civ. D. 22, 8. med. Obedientissime paruit.

OBEDIENTIA, ae, f. ὑπακοή, ἐπιειθεια, obtemperatio, obsequium. Cic. Parad. 5, 1. extr. Servitus est obedientia fracti animi, et arbitrio carentis suo. Id. Off. 1, 22. Appetitus relinquunt, et abjiciunt obedientiam, nec rationi parent. Plin. 11, 17, 17. de apib.: Mira plebi circa regem obedientia. Id. 8, 1, 1. de elephant.: Intellectus illis sermonis patrii, et imperiorum obedientia.

OBEDIO, edis, ivi, itum, n. 4. [*ex ob et audio, ὑπακούω, ausculto, Gehör geben, sein Ohr leihen. Nep. Dat. 5, 4. quod, quibus rex maxime obediatur, eos habeat inimicissimos, i. e. credat et fidem habeat, quorum consilium sequatur. V. Lamb. et Brem. Cf. Thucyd. 1, 29. Κοινοὶ δὲ οὐδὲν κούτων ὑπήκουον. P Hinc in universum parere, obtemperare, πείθομαι.] Cic. Tusc. 5, 12. f. Parere, et obedire praecepto. Id. N. D. 1, 8. Ob-edire, et parere voluntati. Id. Leg. 3, 2. f. Obtemperare, et obedire magistratibus. Id. Caecin. 18. Si servulis hoc nostris concesserimus, ut ad verba nobis obediatur, non ad id, quod ex verbis intelligi possit, obtemperet. Nep. Epam. 8. Ob-edire legi. P Passive impersonaliter. Liv. 4, 26. extr. Utrumque enixe obeditum dictatori est. [*Adde Vell. 1, 10, 2. obeditumque imperio.] P Pro inservire. Sall. Cat. 1. Veluti pecora, quae natura prona, et ventri obedientia finxit. Cic. Brut. 69.

Multorum obedire tempori, multorumque vel honori, vel periculo servire. P Translate. *Plin.* 17, 19, 30. n. 6. Ramus oleae quam maxime sequax, atque obediturus, h. e. facile flectendus. P Cum accus. *Appul. Met.* 10. Atque haec omnia perfacile obediebam. [*Front. ad Verum Imp.* (ed. A. Maio) 7. Ut neque obediere mihi, quae clientes, quae liberti fideles, ac laboriosi obsecuntur. F.] P Part. *Obediens.* V. s. l. P *Obedibam,* et *obedibo* pro *obediebam,* et *obediam,* positiones sunt in quarta conjugatione ab antiquis usitatae. *Afran.* ap. *Non.* 10, 24. Meo ut obsequar amori, obedibo tibi. P In *Pl. Pers.* 2, 4, 2. et 3, 1, 50. in MSS. est *obediore* ap. *Taubman.,* atque ita etiam ap. *Front. l. c. et de fer. Als. ep. 3. in.*

OBELISCOLYCHNIUM, ii, n. ὀβελισκολύχνιον, instrumentum militare, scilicet lucerna parvo veru praefixa. Legit ap. *Quint.* 8, 6. *Turneb. Adv.* 12, 11. dubitanter tamen. Alii alia.

OBELISCUS, i, m. ὀβελίσκος, parvum veru, vox Graeca dimin. *Ammian.* 17, 4. de Thebis Aegypti: In hac urbe inter labra ingentia, diversasque moles, figmenta Aegyptiorum numinum exprimentes, obeliscos vidimus plures, aliosque jacentes et comminutos: quos antiqui reges, bello domitis gentibus, aut prosperitatibus summarum rerum elati, montium venis, vel apud extremos orbis incolas persecutus, excisos erectosque Diis superis in religione dicarunt. Est autem obeliscus asperimus lapis, in figuram metae cujusdam sensim ad proceritatem consurgens excelsam, utque radium imitetur, gracilescens, paulisper specie quadrata in verticem productus angustum, manu levigatus artificii. Haec *Ammian.* Dicti sunt *obelisci,* quia in cuspidem desinunt veruculo similem. Differunt a pyramidibus, quae longe sunt latiores, et structiles. *Plin.* 36, 8, 14. Trabes ex Syenite marmore fecere reges quodam certamine, obeliscos vocantes, Solis numini sacros. V. ibi; et *cap. 9, 10 et 11.* et ap. *Ammian. l. c.* varias obeliscorum historias. V. *Zoega de orig. et usu obeliscor. Romae* ann. 1797. P *Auson. Idyll.* 14, 27. de rosa: Haec aperit primi fastigia celsa obelisci, Mucrone absolvens purpurei capitis: obeliscum vocat ipsam rosam adhuc clausam, et conii, seu pyramidis parvae figuram referentem. P Praeterea obeliscus est virgula jacentis veruculi figura, adscripta in libris, adnotandi gratia: quae et *obelus* dicitur. *August. ep. 10. V. ASTERISCUS,* et v. sq.

OBELUS, i, m. ὀβελός, veru ap. Graecos. Sic dicitur etiam nota quaedam, veru jacentis figura, quae adscribebatur libris, ubi quid esset notatu dignum, praesertim si dubium, aut improbandum, nota critica: quae et *obeliscus.* *Hieron. ep. 112. n. 19.* Miror quomodo Septuaginta Interpretum libros legas ab Origene emendatos sive corruptos per obelos et asteriscos. *Isid. Orig.* 1, 20. Obelus, idest virgula jacentis, apponitur in verbis, vel sententiis superflue iteratis, sive in iis locis, ubi lectio aliqua falsitate notata est, ut quasi sagitta jugulet supervacua, atque falsa confodiat. Sagitta enim Graece ὀβελός dicitur. *Auson. prooem. VII. Sapient.* 13. Pone obelos igitur, spuriorum stigmata vatum.

[OBENSIS, e, adj. ad Obam pertinens, Hispaniae Baeticae urbem, nunc fortasse *Algezira.* *Inscr. ap. Mur.* 1065, 1. Respublice Obensis epulo dato dedicavit. P *Obae* urbis in Hispania nulla exstat apud scriptores mentio: ideoque probabiliter quis putet, lapidem, qui illam memorat, pertinere ad *Obbam* urbem, quae prius *Bobba* et *Babba* fuit appellata, in Mauretania Tingitana, Africae provincia Baeticae opposita. *Obbae* autem mentio est ap. *Morcell. Afr. Christ. T. 1. p. 248. F.]*

OBEO, is, ivi et ii, itum, n. 4. ἐβόειον, circum-eo, percurro, peragro, lustror. *Cic. Fin.* 5, 29. Tantas regiones barbarorum pedibus obiit. *Id. Fam.* 7, 1. Ut nostras villas obire, et mecum simul lecti-cula concursare possis. *Virg. A.* 6, 802. Nec vero Alcides tantum telluris obiit. *Cic. Verr.* 2, 5, 12. Praetores tum putant obeundam esse maxime provinciam, cum in areis frumenta sunt. *Op. Her.* 16, 175. Sceptra parens Asiae, qua nulla beator ora Finibus immensis vix obeunda, tenet. *Cic. Cat.* 3, 10. extr. Tantum restitisset urbis, quantum flamma obire non potuisset. [*Confirmant hunc dicendi usum *Ruhnck. ad Op. Her.* 16, 176. *Cort. ad Lucan.* 7, 565.] P *Obire oculis,* lustrare, circumspicere. *Plin. ep. 3, 7. f. Xerxem,* cum immensum exercitum oculis obisset, illacrimasse. *Virg. A.* 10, 447. obiitque truci procul omnia visu. *Plin. ep. 8, 18. med.* Quippe omnibus membris extortus et fractus, tantas opes solis oculis obiit, h. e. videbat tantummodo, non fruebatur. P Est etiam intervenire, incurrere, occurrere, quasi contra ire. *Lucr.* 1, 222. Donec vis obiit, quae res diverberet ictu; et *ib.* 246. Incolumi remanent res corpore, dum satis acris Vis obeat pro textura cujusque repta. [**Lib.* 10, 25. Ne ad omnia simul obire unus non posset; et 31, 21. cum quibus (legatis) circumspicere et obire ad omnes hostium subitos conatus posset.] *Sil.* 4, 343. Ufentem collapsum

poplite caeso Ensis obiit, h. e. ensis incurrit in Ufentem, eumque transabit. P Item circumdare. *Virg. A.* 10, 482. clypeum, tot ferri terga, tot aeris, Cum pellis toties obeat circumdata tauri, etc. *Op. Met.* 5, 51. chlamydem limbis obiit Aureus. *Id. ib.* 11, 417. Obiit ora pallor, h. e. tegit, perfundit, occupat. *Val. Fl.* 3, 179. Sonitus obiit oculos. P *Obire oratione,* dicendo percurrere. *Cic. Verr.* 2, 2, 51. Nolite exspectare, P Saepe est huc illuc ire, hic illic adesse quippiam praestandi causa, cum scilicet de iis sermo est, quae praesentiam hominis variis in locis requirunt. *Nep. Dion.* 1, 4. Legationes illustriores per Dionem administrabantur, quas ille diligenter obeundo, fideliter administrando, etc. [**Legationem obire,* est suscipere legationem. V. *Brem.*] *Caes. B. G.* 5, 33. Cum propter longitudinem agminis minus facile per se omnia obire, et quid quoque loco faciendum esset, providere possent. *Cic. Att.* 1, 4. Venias ad id tempus, quod scribis, obieris Q. fratris comitia; et *ib.* 9, 13. *med.* Obire coenas, h. e. discurrere coenandi gratia modo apud hunc, modo apud illum. P Hac ratione ponitur pro peragere, perficere, exsequi, fungi. *Cic. Arch.* 6. Quantum ceteris ad res suas obeundas conceditur temporis. *Id. Or.* 1, 38. Judicia privata magnarum rerum obire. *Liv.* 2, 8. Non sufficientibus viribus ad consularia munera obeunda. *Id.* 3, 6. f. Munus vigiliarum senatores, qui per aetatem ac valetudinem poterant, per se ipsi obibant. *Just.* 41, 3. Equis omni tempore vegetantur: illis bella, illis convivia, illis publica ac privata officia obeunt. *Cic. Manil.* 17. extr. Ita clausa erant maria, ut neque privatam rem transmarinam, neque publicam jam obire possemus; et *ib.* 12. Obeundi negotii, aut consequendi quaestus studio tot loca adire. *Colum.* 12, 3. *med.* Cum frigoribus aut pruinis mulier sub dio rusticum opus obire non poterit. *Plin. Pan.* 71. Obire omnes numeros comitatis. *Cic. Agr.* 2, 3. Obeundarum hereditatum causa, h. e. visendarum, et aedeundarum. *Liv.* 4, 7. Quia duo consules obire tot simul bella nequirent. *Id.* 1, 20. Obire sacra. *Cic. Cat.* 1, 10. facinus. *Stat. Ach.* 1, 149. imperia, i. e. exsequi. *Val. Fl.* 3, 710. ministeria. P *Obire diem, annum,* est certo statutoque die adesse, praesto esse, se praesentem exhibere, ad diem se sistere. *Cic. Fam.* 10, 24. Multi clarissimi viri, cum reipublicae darent operam, annum petitionis suae non obierunt; et *Amic.* 2. Cum in hortos Bruti commentandi causa venissemus, tu non affuisti, qui diligentissime semper illum diem, et illud munus solitus esses obire. *Id. Phil.* 3, 8. Antonius diem edicti obire neglexit. *Id. Att.* 13, 14. Obire auctionis diem facile poterunt. P *Obire vadimonium,* ad vadimonium ire, ad diem se sistere. *Cic. Quint.* 17. Vadimonium mihi non obiit quidam socius meus. *Plin. ep.* 8, 12. Si litibus vererem, obstructum esse me crederem obeundi ad vadimonia mea, h. e. discurrenti, et adsistenti mihi, dum mea vadimonia exsequor. P *Diem suum, supremum obire,* et *diem obire* est mori: quasi sistere se ad diem a Deo constitutum. *Sulpic. ad Cic. Fam.* 4, 12. *med.* Paulo ante lucem Marcellum diem suum obiisse. *Nep. Mil.* 7. extr. et *Dion.* 2. extr. Somno sopitus diem obiit supremum. *Id. ib.* 40. f. et *Suet. Vesp.* 1. Diem obiit circiter annos quinquaginta natus. P *Obire mortem,* quasi adire. *Paul. ex Festo in Mortem.* Mortem obiisse ea consuetudine dicitur, qua dixerunt antiqui, ob Romam legiones ductas, et ob Trojam duxit exercitum, (V. OB.) pro ad: similiter vadimonium obiisse, id est ad vadimonium isse, et obviam, ad viam. *Ter. Andr.* 1, 3, 18. et *Pl. Aul. prol.* 15. fuit olim quidam senex mercator: Is obiit mortem. *Cic. Phil.* 5, 17. f. Alexander tertio et tricesimo anno mortem obiit. *Id. Cluent.* 17. Quis dubitet, quin aut obeunda mors Cluentio, aut suscipienda accusatio fuerit? P *Obire,* absolute eodem sensu. *Pl. Epid.* 3, 4, 76. Malo cruciatu ut pereas, atque obeas cito. *Lucr.* 3, 1056. Ipse Epicurus obiit decesso lumine vitae. *Hor. Od.* 3, 9. f. Tecum vivere amem, tecum obeam libens. *Liv.* 5, 39. f. Simul se cum illis palam dicere obituros. Adde *Hor. Sat.* 2, 8, 59. et *Od.* 2, 20, 7. Sic *Plin.* 7, 53, 54. Obire gaudium; et 11, 37, 71. morbo. P Pro adire, subire, est etiam in illo *Livii* 1, 54. Apud milites vero obeundo pericula ac labores, tanta caritate erat, ut, etc. [**Lucan.* 6, 205. tot vulnera belli solus obiit.] *Enn. ap. Fest.* in *Ob.* Acheruntem obiit, ubi mortis thesauri objacent. P *Obire sidera* dicuntur cum occidunt, aut evanescent. *Lucr.* 4, 433. In pelago nautis ex undis ortus, in undis Sol fit uti videatur obire, et condere lumen. *Plin.* 2, 26, 24. An sidera obirent, nascerenturve. *Stat. Silv.* 2, 1, 209. omnia functa, Aut moritura vides: obeunt noctesque, diesque, Astraque. *Cic. in Arat.* 467. Abditur Orion, obiit et Lepus abditus umbra; et 474. obiit infera Perseus in loca. *Id. Somn. Scip.* 6. f. In reliquis orientis, aut obeuntis solis partibus. P Et oppida, quae intereunt excidio, aut ruina. *Plin.* 5, 31, 39. Et Agamede obiit, et Hieria; et *ib.* 29, 31. *med.* Obiit et Archaeopolis, etc. P Passive *Op. Fast.* 1, 464.

Hic ubi virginea campus obitur aqua, h. e. aditur, alluitur. *Cic. Quint.* 16. extr. Qua tibi vadimonium non sit obitum, eadem te hora consilium cepisse, etc. P *Obiit pro obiit,* V. EO, is.

OBEQUITO, as, n. 1. καθήκειω, circumequito. *Liv.* 2, 45. Obequitando castris, provocandoque; et 21, 54. Obequitare jubet hostium portis, jaculandoque in stationes elicere ad pugnam hostem. Adde 29, 34. P Cum accus. *Curt.* 3, 10. Cum agmen obequitaret, varia oratione milites alloquebatur. P Pro equitare simpliciter. *Liv.* 24, 31. batur. P Tanto clamore ad arma discursum est, ut praetores inter tumultum obequitaverint Syracusas. Al. rectius leg. *adequitaverint.*

OBERRATUS, a, um, part. ab *oberro:* signific. passiva. *Appul. Met.* 9. Paucis casulis, atque castellis oberratis, divertimus ad quempiam pagum.

OBERRO, as, avi, atum, n. 1. πλανήομαι. *Pers.* 4, 26. Dives arat Curibus, quantum non milvus oberret. *Plin.* 29, 4, 16. Mustela, quae in domibus nostris oberrat. *Tac. A.* 1, 65. Cum ipsi passim adjacerent vallo, oberrent tentorii, insonnes magis, quam pervigiles. *Claud. in Ruf.* 2, 93. Magna quidem per rura lues, sed major oberrat intra tecta timor. *Pers.* 5, 155. subeas alternus oportet, Ancipiti obsequio dominus alternus oberres. *Claud. Rapt. Pros.* 1, 260. Vitales utriusque duas (zonas, plagas coeli) quas mitis oberret Temperies habitanda viris. *Curt.* 3, 4. Crebris oberrantibus rivis, qui ex radicibus montium manant. P Vagari contra, vel ante aliquem. *Sen. Hippol.* 1077. sequitur assiduus comes, Nunc aequa carpens spatia, nunc contra obvius Oberrat. *Id. Herc. Fur.* 1280. jamdudum mihi Monstrum impium saevumque oberrat, h. e. obversatur. P Peccare, errare. *Hor. A. P.* 355. ut citharoedus Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem.

OBESCET, oberit, vel aderit. *Paul. ex Festo.* Nempe *escit* dicebant pro erit, et *superescit,* supererit. Ergo hic *obescet* est pro *obescit.*

OBESCO, as, a. 1. δειλάω, escam praebeo, pascor. *Colum.* 8, 7. f. Madefacto triticeo pane obescant avem. Al. leg. *obescant:* hoc est saginant.

OBESITAS, atis, f. πλοῦσαρκία, pinguedo. *Suet. Dom.* 18. Postea calvitio quoque deformis, et obesitate ventris, et crurum gracilitate. *Id. Claud.* 41. Obesitate cujusdam fractis subselliis. *Colum.* 6, 24. Ne steriles eas reddat nimia corporis obesitas. *Plin.* 17, 24, 27. n. 2. Laborant arbores et fame, et eroditate: aliqua vero et obesitate.

OBESO, as, a. 1. sagino. V. OBESCO.

OBESUS, a, um, adj. adesus, exesus: ex ob, et edo. *Sever. Aetn.* 434. nec obesa cavamine terra est. P Item exilis, macer. *Naevius ap. Gell.* 19, 7. Corpore, pectoreque undique obeso, ac mente exensa, tardigenulo senio oppressum. Ubi *Gellius:* Obesum hic notavimus proprie magis, quam usitate dictum pro exili atque gracilitate. *Nonius* 4, 345. eadem docet eundem *Naevii* locum afferens. P *Ακίρως,* vel *καὶ ἀντίφρασιν,* ut ait *Gell. ib.*, h. e. improprie, vel per antiphrasim significat uberem, pinguem. [**Cf. Gronov. observ.* 2, 15. 336. p. 170. ed. Fr.] *Paul. ex Festo* putat ita dici, quasi ob edendum factus: quod non placet. *Cels.* 2, 1. Corpus habillimum quadratum est; neque gracile, neque obesum. *Virg. G.* 5. de notis equi generosi, 80. brevis alvus, obesaque terga. *Appul. Met.* 7. de equo: Ille terga pulposis toris obesa convertens. *Hor. Ep.* 1, 15, 40. cum sit obeso Nil melius turdo. *Colum.* 6, 2. f. Habilis et modica corporatura pecoris operarii debet esse, nervisque et musculis robusta, non adipibus obesa. *Plin.* 11, 37, 79. lidem minus solertes, quibus obesissimus venter. *Id.* 8, 26, 40. Hippopotamus nimia satietate obesus. *Mart.* 13, 84. Scarus obesus. *Claud. in Eutrop.* 1, 132. obesus Lactis canis. *Suet. Ner.* 51. Obesa cervix. *Appul. Met.* 10. Cibis affatim saginatus, corpus obesa pinguitie compleveram. P Dicitur etiam *obesus* tumens, amplus, crassus, sine respectu ad pinguedinem. *Colum.* 7, 10. *med.* de sue: Non est contentum potione aquae, nisi obesam illuviem, atque distentam pabulis alvum demerserit ac refrigeraverit. *Appul. Met.* 11. Cutis crassa tenuatur, venter obesus residet. *Virg. G.* 3, 497. quatit aegros Tussis anhela sues, ac faucibus angit obesis, h. e. angina tumentibus. P Translate est hebes, tardus, obtusus, stupidus, quia pinguedo sagacitatem et solertiam impedit, et acrem sensum. *Hor. Epod.* 12, 2. Munera quid mihi, quidve tabellas Mittis nec firmo juveni, neque natis obesa? Namque sagacius unus odoror, Polypus, an gravis hirsutis cubet hircus in alis. *Culturn. Ecl.* 4, 147. Rustica credebam nemorales carmina vobis Concessisse Deos, et obesis auribus apta. *Auson. epigr.* 7, 20. Numerumque doctis involutum ambagibus Ignorat alto mens obesa viscere. P *Obeso somno mori* dicuntur apes a *Sulpicia Sat.* 56., cum oblitae favorum desidia se dedere, et situ veluti marcescunt.

OBEX (pro Obex), obices, et obices, m. et f. quidquid objicitur et opponitur ad impediendum, et claudendum: est ab *objicio.* *Paul. ex Festo:* Obices, pessuli, serrae. *Virg. G.* 2, 480. maria

alta tumescunt, Obiicibus ruptis. Hoc loco *obiicibus* simplici i legebat *Sulpicius Apollinaris* ap. *Gell.* 4, 17., sed ita ut i litteram, quae in vocabulo quoque gemina esse debet, paulo uberius largiusque pronuncietur. Nam verbum istud, cui particula *ob* praeposita est, non *icio* est, sed *jacio*. Etiam *Pierius* ad *Virg. A.* 10, 377. testatur, *obice* unico i scribi in antiquis codicibus, quamvis ibi sit dactylus. Usus vero obtinuit, ut omnia ex *jacio* composita non nisi unico i scriberentur, ut *conicere*, *obicere*, *subicere*, in quibus i modo longa est, quia pro duplici i esse censetur, modo brevis, quia pro simplici accipitur. *Virg. G.* 4, 422. Intus se vasti Proteus tegit obice saxi. [**Or. Fast.* 1, 563. Ille aditum fracti praestruxerat obice montis.] *Virg. A.* 8, 227. fultosque emuniit obice postes. *Tac. H.* 3, 30. Ferrati portarum obices; et *A.* 13, 39. Obices portarum subversi. *Virg. A.* 10, 377. Ecce maris magna claudit nos obice pontus. Ubi *Serv.*: modo usus habet, ut *hic obice* dicamus: unde quidam magno *obice* legunt. [**V. Heins.* ad h. l.] *Sen. Herc. Fur.* 999. Huc eat et illic aula disjecto obice; et 237. Utrinque montes solvi abrupto obice; Et jam ruenti fecit Oceano viam. *Op. Met.* 14, 780. portasque petunt, quas obice firma Clauserat Iliades. Al. leg. *firmiter*. *Prisc.* 2, 582. leg. obice fultas. *Claud. in Eutr.* 2, 34. victa proruperat obice Nereus. Al. leg. *victo*. *Appul. ap. Prisc.* 3, 615. Infirma scamellorum obice fultae fores. *Gell.* 17, 11. f. Quadam quasi obice sustentatus. *Sil.* 4, 24. roborata portis, Et fidos certant obices accessere silva. P. [*Hinc in universum *obex* dicitur pro impedimento. Ita *Liv.* 9, 3. obices viarum; et *Plin. Pan.* 47, 5. Nullae obices, nulli contumeliam gradus, i. e. nulla accessionis impedimenta: quem locum Noster in antecedentibus laudaverat, sicut et illud *Pl. Pers.* 2, 2, 21. Commorandum est mihi apud hanc obicem, i. e. apud hanc ancillam, quae me remoratur: ubi tamen alii aliter leg.]

OBFIDES. V. OBSES.

OBFIRMATE et Offirmate, adv. *βεβαίως*. *Suet. Tib.* 25. Quamquam obfirmate resistentem.

OBFIRMATUS et Offirmatus, a, um, part. ab *obfirmo*: [*firmus, obduratus.] *Appul. Met.* 7. Nam corium offirmatum cineris inspersu dominis referemus, h. e. induratum, perfectum. V. AFFIRMATUS. P. [*Translate i. e. constans,] firmus. *Pl. Amph.* 2, 2, 15. perferam Abitum ejus animo forti atque obfirmato. *Cic. Att.* 1, 11. Incredibile est, quanto mihi videatur illius voluntas obstinator, et in hac iracundia obfirmator.

OBFIRMO et Offirmo, as, avi, atum, a. I. *βεβαιώω*, firmum facio, durum reddo. [**Appul. Met.* 7. f. Pertica, qua stabuli fores offirmari solebant, arrepta. V. alii *ejusd.* exemplum in *obfirmatus*. P. Hinc translate] *obfirmare viam*, tenere propositum, sequi consilium semel inceptum, in incepto perstare. *Ter. Hec.* 3, 5, 4. Certum obfirmare est viam me, quam decrevi persequi: ubi *Donat.*: adversus omnia obstinate agere. *Pl. Merc. Prol.* 81. ut ut animum offirmo meum: Dico: esse iturum me mercatum, si velit. [*Eodem sensu dicitur *obfirmare se*] ap. *Ter. Heaut.* 5, 5, 8. age quaeso, ne tam obfirma te, Chreme, [*i. e. ne obstinate et pertinaciter in proposito persiste. — Etiam absolute.] *Id. Eun.* 2, 1, 11. censen posse me obfirmare, et Perpeti, ne redeam interea? *Pl. Pers.* 2, 2, 40. Obfirmastin' occultare, quo te immittas, pessume?

OBFUSCATIO, onis, f. *Tert. ad Nat.* 1, 10. Pertinet ad obfuscationem Deorum vestrorum, h. e. ad elevandam existimationem. Adde *Resurr. carn.* 43.

OBFUSCO et Offusco, as, a. I. obtenebro. Translate *Tert. adv. Marc.* 2, 12. Obfuscare justitiam. *Id. Spect.* 22. Quale judicium est, ut ob ea quis offuscetur, per quae promeretur? h. e. ignominia afficiatur.

OBFOTORUS. V. OBSUM.

OBGANNIO et Oggannio, is, ivi, et ii, n. 4. idem quod gannio, vel contra aliquem gannio, musso, murmuro, secreto et saepius dico. *Pl. As.* 2, 4, 14. sine, me hunc perdere, qui semper me incendit ira, Cui nunquam unam rem me licet semel praecipere furi, Quin centies eadem imperem, atque ogganniam. *Ter. Phorm.* 5, 8, 41. Habet haec, ei quod, dum vivat, usque ad aures ogganniat. [**V. Ruhk.*] *Appul. Met.* 2. f. Et statim, incertum quidnam, in aures mulieris ogganniat. P. Tribuunt etiam *Ennio*. V. OBAGITO.

[OBGANNITUS, a, um, part. ab *ogganio*, secreto et saepius repetitus. *Appul. Met.* 2. [*p. 115. *Oudend.*] His et talibus oggannitis sermonibus, discessum est. F.]

OBHAEREO, es, aesi, n. 2. *προσκόλλωμαι*, προσκόλλωμαι, idem ferme quod haereo, adhaereo. *Lucr.* 4, 421. ubi in medio nobis equus acer obhaesit Flumine. *Suet. Tib.* 2. Claudia navem cum sacris Matris Deum Idaeae obhaerentem Tiberino vado extraxit. *Id. Ner.* 19. Cum in aede Vestae resedisset, consurgenti ei lacinia obhaesit. P. Translate. *Sen. Tranq.* 8. Utrisque (*pauperibus et locupletibus*) pecunia sua obhaesit, nec sine sensu revelli potest.

OBHAERESCO, is, n. 3. adhaeresco. *Appul. Met.* 6. Lanosum aurum reperies, quod passim stirpibus connexum obhaerescit.

OBHERBESCERE, herbam increcere. *Paul. ex Festo*.

OBHORREO, es, n. 2. horridus usquequaque sum. *Plin.* 37, 8, 34. Cujus alterum genus sanguineis punctis obhorret.

OBJACEO, es, cui, n. 2. *ἀντικείμεναι*, contra, ante, vel e regione, aut obviam jaceo, seu positus sum. *Tac. H.* 5, 6. de Judaea: A meridie Aegyptus objacet: ab occasu Phoenices, et mare. *Mela* 2, 3. Graecia Ioniis fluctibus objacet. *Plin. ep.* 6, 31. med. In ore portus insula assurgit, quae illatum vento mare objacens frangat. *Stat. Th.* 4, 61. quaque objacet alto Isthmos, et terris maria inclinata repellit. P. Item circum jaceo, circum positus sum. *Liv.* 2, 65. Saxa objacentia pedibus ingerit in subeuntes. *Colum.* 2, 18. Omnes lapides, et si qua objacent falcibus obnoxia, colligi debent. *Front. Aquaed.* 93. Paucis circa ipsum oppidum objacentibus cultis. *Enn. ap. Fest.* in *Ob. Acheruntem* obibo, ubi mortis thesauri objacent. P. Objacuisse, ante jacuisse, ap. veteres. *Festo*.

OBJECTACULUM, i, n. obex, obstaculum. *Varr. R. R.* 3, 17. f. Objectaculo, quo aestus (maris) bis quotidie ab exorta luna ad proximam novam introire, ac redire rursus in mare posset. [*Pontedera Oper. post. T.* 1. p. 106. conjectabat legendum ex *Codd.* vestigiis *objecto spiraculo*. F.]

*OBJECTAMEN, inis, n. *ἐγκλημα*. *Vet. Gloss. Lat. Gr. B. A.*

OBJECTAMENTUM, i, n. objectatio, exprobratio. *Appul. Apol. in.* Quae cum intelligerem non tam erimina judicio, quam objectamenta jurgio prolata, etc.

OBJECTATIO, onis, f. oppositio, exprobratio. *Caes. B. C.* 3, 60. Cum ex aliorum objectationibus, tum etiam ex domestico judicio.

OBJECTATUS, a, um, part. ab *objecto*, crimini datus, exprobratus. [*Liv.* 9, 34. med. Contagio ejus, quod quaerebat, ipsi criminis objectata ab inimicis est. F.] *Appul. Flor. n.* 3. f. [**Al. lib.* 1.] Hoc genus crimina Apollini objectata.

OBJECTIO, onis, f. actus objiciendi, h. e. opponendi contra aliquem. *Arnob.* 6, 191. Deos conventor tectorum munitionibus claudere, saxorum aut objectione tutari. P. Item exprobratio. *Tert. ad Uxor.* 2, 5. extr. Objectio nominis. *Capell.* 5, 142. Intentio est objectio ejus facti, quod in judicium venit.

OBJECTO, as, avi, atum, a. I. *προβάλλω*, objicio, expono: frequentativum ab *objicio*. *Sall. Jug.* 7. et *Virg. A.* 2, 751. caput objectare periculis; et *ib.* 12, 229. Non pudet, o Rutuli, pro cunctis talibus unam Objectare animam? *Id. G.* 4, 218. corpora bello. *Tac. A.* 1, 5. aliquem dolo et casibus. *Stat. Th.* 2, 62. Huc illuc clypeum objectans. P. Item injicere, immergere. *Virg. G.* 1, 386. pelagi volucres Nunc caput objectare fretis, nunc currere in undas. P. Item interponere. *Op. Hal.* 91. Objectare moras. P. Item exprobrare, opponere, crimini dare: [**vorwerfen*.] *Cic. Dom.* 29. In isto tuo maledicto probrum non modo mihi nullum objectas, sed etiam laudem illustras meam. *Pl. Trin.* 3, 2, 28. Objectare alicui inopiam. *Sall. Jug.* 99. vecondiam. *Tac. A.* 4, 52. crimen impudicitiae, veneficia in principem, et devotiones. [**Cf. Boettich. Lex. Tac.* p. 325.] *Op. Met.* 2, 400. natumque objectat, et imputat illis. *Pl. Merc.* 2, 3, 76. uxori meae, Mihique objectant lenocinium facere. P. Item universum quippiam alicui dicere, quod displiceat. *Id. Most.* 3, 2, 123. cave tu, illi objectes nunc in aegritudine, Te has emisse.

[OBJECTOR, oris, m. qui aliquid objicit. *Non.* 2, 476. Inficiatores sunt falsi criminis objectores. F.]

OBJECTUS, a, um, part. ab *objicio*: *προβάλλω*, ante jactus, oblatas, propositus. *Virg. A.* 6, 420. Melle soporata, et medicatis frugibus offam Objicit: ille fame rabida tria guttura pandens Corripit objectam. *Plin.* 32, 2, 8. Pisces diripiunt carnes objectas. *Cic. Har. resp.* 23. med. Omnium objecta tela virtute perfregit. *Id. Div.* 1, 16. f. Signo objecto monuit Crassum, quid eventurum esset. *Id. Acad.* 4, 16. Visum a Deo objectum dormienti. *Tac. A.* 4, 60. Spes objecta principis loci. *Cic. Fin.* 1, 14. med. Species objecta voluptatis. P. Item expositus. *Cic. Fam.* 6, 4. med. Ad omnes casus subitorum periculorum objecti sumus. *Id. Tusc.* 1, 46. med. Objectus fortunae. *Plin.* 29, 1, 8. Cato objectus invidiae. P. Item oppositus. *Cic. Font.* 1. f. Propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum, et objectum. *Caes. B. G.* 6, 9. Silva pro nativo muro objecta, Cherascos a Suevis incursionibus prohibet. *Hor. A. P.* 472. ursus Objectos caveae valuit si frangere clathros. P. Item ante positus, e regione situs. *Caes. B. C.* 3, 112. Haec insula objecta Alexandriae portum exicit. *Plin.* 5, 31, 35. Cyprus Syriae objecta. P. Item crimini datus, exprobratus. *Cic.*

Cluent. 41. Nego, rem esse ullam in quemquam illorum objectam, quae Fiducianio objecta non sit. *Tac. A.* 3, 12. Oro, ne objecta crimina pro approbatis accipiatis. *Plin.* 36, 5, 4. n. 5. Praxitelis Cupido objectus a Cicerone Verri. P. *Objecta, orum*, res objectae, crimina. *Cic. Dom.* 35. Non tam sum existimandus de gestis rebus gloriari, quam de objectis non confiteri. *Quint.* 7, 2. med. Patrono id agendum est, ut objecta vel neget, vel defendat, vel minuat. *Id.* 4, 2. med. et 9, 2. med. Objecta diluere.

OBJECTUS, us, m. *προβολή*, objectio, oppositio. *Plin.* 2, 10, 7. Solem interventu lunae occultari, lunamque terrae objectu. *Virg. A.* 1, 163. insula portum Efficit objectu laterum. *Tac. H.* 3, 9. Tutus loco, cum terga flumine, latera objectu paludis tegerentur. *Gell.* 12, 13. f. Regiones, quae Tauri montis objectu separantur. *Tac. A.* 14, 8. Hi molium objectus, hi proximas scaphas scandere. *Lucr.* 1, 845. Parmae objectum dare, h. e. parmam objicere ad ictum vitandum. P. Item quod visui objicitur. *Nep. Ann.* 5. Sarmenta in cornibus jumentorum deligata incendit, ejusque generis multitudinem magnam dispalatam immisit. Quo repentino objectu viso, tantum terrorem injecit exercitui Romanorum, ut, etc.

OBIENS, euntis. V. OBEO.

*OBIGENE, es, f. Lycaoniae pars, contermina uno ex latere Galatae. *Plin.* 5, 32. B. A.

OBIGITO. V. OBAGITO.

OBII, orum, m. plur. 2. mortui. *Appul. de Mundo*: Geniis ministratur, obiis libatione profunditur. Alii rectius leg. *obitis*. V. OBITUS, a, um.

OBJICIO, is, jeci, jectum, a. 3. *προβάλλω*, ante jacio, porrigo, exhibeo, propono. *Varr. R. R.* 4, 5. f. Cum creverunt vituli, levandae matres, pabulo viridi objiciendo in praeseptis; et *ib.* 4. med. Item *Plin.* 8, 40, 61. Objicere cibum porcis, aut canibus. *Cic. Rosc. Am.* 26. Parricidae corpus feris objicere. *Virg. A.* 6, 420. offam Cerbero. *Ter. Phorm.* 5, 2, 3. nonne id sat erat, Accipere ab illo injuriam? etiam argentum est ultro objectum. *Virg. A.* 5, 522. Hic oculis subito objicitur, magnoque futurum Augurio monstrum. *Pl. Curc.* 1, 2, 1. Flos veteris vini meis naribus objectus est. *Lucr.* 5, 754. Objiciens caecum radiis ardentibus orbem Luna. P. *Objicere glebam* ap. *Fest.* in *Pracidae* est injicere cadaveri, et humare. V. GLEBA. P. Translate est afferre, offerre, injicere, proponere, [*de iis, quae praeter opinionem eveniunt. V. *Ruhk.* ad *Vell.* 1. mox 1. coll. *Matth.* ad *Cic. Rosc. Am.* 14, 40.] *Liv.* 4, 51. Aptissimum tempus erat, vindicandis seditio-nibus, delentimentum animis Volani agri divisionem objicere. *Ter. Heaut.* 1, 2, 12. Ut hanc laetitiam nec opinanti primus objicere[m]. *Id. Ad.* 4, 3, 1. hocine de improvviso mali mihi objici tantum? *Id. Hec.* 3, 1, 6. quibus est alicunde aliquis objectus labos. *Pl. Merc.* 2, 3, 5. mihi mala res objicitur aliqua; et 5, 2, 40. Objicere alicui religionem, i. e. scrupulum. *Liv.* 5, 15. f. cuipiam eam mentem, ut patriam prodatur. *Rursus Pl. Curc.* 4, 2, 45. alicui lucrum, i. e. offerre; et *Mil.* 3, 1, 29. sollicitudinem. *Liv.* 27, 1. terrorem hosti; et 6, 14. f. spem; et *Cic. Tusc.* 2, 4. metum et dolorem. *Id. Rosc. Am.* 14. furorem, h. e. immittere, injicere. Sic *Virg. A.* 7, 479. rabiem canibus. P. Est etiam exponere. *Cic. Vat.* 9. f. Qui consulem morti objeceris, inclusum obsederis, extrahere e suis tectis conatus sis. *Id. Dom.* 57. Objeci meum caput, pro vestris caeremoniis atque templis, perditissimorum civium furori atque ferro. *Id. Tusc.* 1, 37. Objicere se telis hostium. *Id. Mur.* 40. f. Objicitur consulatus concionibus seditiosorum, insidiis conjuratorum, telis Catilinae: ad omne denique periculum, atque ad omnem invidiam solus opponitur. *Ter. Phorm.* 3, 2, 18. Objici malo. [**Caes. B. G.* 1, 47. Legatum ex suis sese magno cum periculo ad eum missurum, et hominibus feris objecturum, existimabat: ubi laud. *Herzog. Ejusd.* B. C. 1, 64. Etsi timebat tantae magnitudinis flumini exercitum objicere.] P. Pro jicere. *Cic. Arch.* 6. med. Nunquam me pro salute vestra in tot ac tantas dimicationes, atque in hos profligatorem hominum quotidianos impetus objicissem. P. Praeterea significat opponere, [*defendendi causa. V. *Spald.* ad *Quint.* 6, 3, 5.] *Cic. Pis.* 33. Alpium vallum contra ascensum Gallorum objicio et oppono. *Caes. B. G.* 1, 26. Carros pro vallo objecerant. *Id. B. C.* 3, 66. Cum se legio Caesaris objecisset Pompejanis copiis; et *ib.* 39. Faucibus portus navem onerariam submersam objecit. *Virg. A.* 2, 444. clypeosque ad tela sinistris Protecti objiciunt. *Id. ib.* 12, 372. Objecit sese ad currum, et spumantia frenis Ora citatorum dextras detorsit equorum. *Id. ib.* 9, 45. Objicere portae [*i. e. claudere ad hostes retardandos.] *Pl. Poen.* 1, 3, 37. et *Trin.* 5, 1, 8. moram alicui. *Liv.* 37, 10. Quas naves objecturus certaminis foret. P. Pro inferre, afferre. *Pl. Amph.* 1, 1, 35. Qui multa Thebano populo acerba objecit funera. P. Saepe translate ponitur pro exprobrare, crimini dare, accusare, [**nostr. vorwerfen*.] *Virg. Ecl.* 3,

oblatum stuprum voluntaria morte lueret. Id. Amic. 18. f. Ab aliquo oblatas criminationes repellere. Al. leg. illatas: al. allatas. [*ita Orell.] P Fere autem dicitur de iis, quae inferuntur extrinsecus: et opponitur intestino. Cic. Acad. 4, 15. f. Neque ut quidquam interesset inter intestinum, et oblatum; et ib. 1, 11. Impulsio oblata extrinsecus. Sic Dom. 62. Domus ardebat non fortuito, sed oblato incendio. Lucr. 2, 950. Nam quid praeterea facere ictum posse reamur Oblatum, nisi discutere et dissolvere quaeque? P Est etiam expositus, subjectus, oblectus. Cic. Rabir. Post. 8. med. In custodia etiam fuit regia, et vita ejus oblata poenae est. P Oblatum furtum, cujus meminit Gell. 11, 18, dicitur, cum res furtiva tibi ab aliquo oblata sit, eaque apud te concepta sit, utique si ea mente data tibi fuerit, ut apud te potius, quam apud eum, qui dederit, conciperetur: nam tibi, apud quem concepta sit, propria adversus eum, qui obtulit, quamvis fur non sit, constituta est actio, quae appellatur oblata. Ita Cajus Instit. 3. (ed. Goesch.) §. 187. et ex eodem Justin. Instit. 4. tit. 1. Brevis in Ep. ejusd. Caji Instit. l. 2. tit. 10. Oblatum furtum dicitur, cum res furtiva alicui ita a fure datur, ut apud ipsum furem inveniri non possit. P *Notandus locus Liv. 44, 26. Tum Gallorum effusorum per Illyricum ingens oblatum avaritia dimissum est, h. e. oblatio. B. A.

OBLECTABILIS, e, adj. jucundus. Auson. ep. 19. extr. Oblectabile negotium.

OBLECTAMEN, inis, n. idem ac oblectamentum. Ov. Met. 9, 342. Carpserat hinc Dryope, quos oblectamina nato Porrigeret flores. Stat. Silv. 3, 5, 95. Nec desunt variae circum oblectamina vitae.

OBLECTAMENTUM, i, n. oblectatio. Cic. Sen. 15. Ut meae senectutis requiem oblectamentumque noscatis. Id. Par. 5, 2. Oblectamenta puerorum. Id. Verr. 2, 4, 60. Oblectamenta et solatia servitutis. Plin. 21, 11, 39. Cauliculi inter oblectamenta gulae condiuntur. Suet. Tib. 72. Erat ei in oblectamentis serpens draco.

OBLECTANEUS, a, um, adj. oblectabilis. Inscr. ap. Grut. 304, 1. Opto, si quid oblectaneum apud Manes est, pro nequitiis jocisque, quibus coevos capiens me oblectare solebat, insontem animulam reficiant.

OBLECTATIO, onis, f. εὐχρηστική, delectatio. Cic. Acad. 4, 41. Indagatio ipsa rerum cum maxima, tum etiam occultissimarum habet oblectationem. Id. Or. 1, 26. Oblectatio animi. Id. Amic. ult. Requies plena oblectationis. Id. Fin. 5, 19. med. Non solum beatae vitae istam oblectationem videmus, sed etiam levamentum miseriarum.

OBLECTATOR, oris, m. qui oblectat. Appul. Flor. n. 17. Arion belluarum oblectator. Tert. Cor. mil. 8. f. Deus oblectator hominis sui.

OBLECTATORIUS, a, um, adj. oblectabilis. Gell. 18, 2. in lemmate: Quaedam sophismata, et aenigmata oblectatoria.

OBLECTO, as, avi, atum, a. l. εὐχρηστέω, delecto, recreo: ex ob, et lacto. Cic. Q. Fr. 2, 3. f. Quid agas, et ut te oblectes, scire cupio. Id. Or. 2, 14. f. Poetas non conor attingere: cum his me oblecto, qui res gestas scriperunt. Id. Q. Fr. 2, 13. extr. Oblecta te cum Cicerone nostro quam bellissime. Id. Sen. 16. Qui se agri cultione oblectabant. Ter. Ad. 1, 1, 23. Eduxi a parvulo, habui, amavi pro meo: in eo me oblecto. Cic. Arch. 7. f. Haec studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant. Hor. A. P. 320. Fabula nullius Veneris, sine pondere et arte Valdius oblectat populum, meliusque moratur. Ov. R. Am. 169. Rura quoque oblectant animos, studiumque colendi. Id. Trist. 5, 12, 1. ut oblectem studio lacrimabile tempus. Tac. H. 2, 50. Fictis oblectare legentium animos. Id. A. 12, 49. Oblectare iners otium. Ironice Pl. Asin. 1, 2, 15. Quae, priusquam istam adii. Sordido vitam oblectabas pane. P Passive. Cic. Mur. 19. Ludis oblectamur et ducimur. Id. Fam. 2, 16. med. In communibus miseris hac oblectabar specula, Dolabellam meum fore ab iis molestiis liberum. Just. 36, 4. Ceris fingendis, et aere fundendo, procedendoque oblectabatur.

OBLÉNIO, is, ivi, itum, a. 4. lenio, delenio, mitigo. Sen. Ira 3, 9. Lectio illum carminum obleniat.

OBLÍDO, is, isi, isum, a. 3. καταλύω, usque ad mortem laedo, suffoco, elido, frango: ex ob, et laedo. Colum. 7, 3. med. Nec angustiae (stabulorum) fetus oblidant. Adde locum Cic. allatum in DIGITULUS. *Cic. pro Scauro or. fragm. ed. A. Maio, p. 42. ed. Kil. Sed collum digitulis duobus oblideret, etc. B. A.

OBLÍGAMENTUM, i, n. colligatio, alligatio. Tert. Cor. mil. 14. Caput ne velamento quidem obnoxium, nedum obligamento. Id. adv. Marc. 3, 22. Cum legis obligamenta et onera Evangelica jam libertate mutantur.

OBLÍGATIO, onis, f. ἐπιθεσιμότης, colligatio, alligatura. Linguae obligatio, cum non est satis soluta ad verba exprimenda. Just. 13, 7. Cui no-

men Battus propter linguae obligationem fuit. P Translate. Mart. Dig. 48, 10, 1. Qui societatem coerit ad obligationem innocentium, h. e. ad irretiendos, et implicandos litibus innocentes. P Saepe est civile vinculum, quo alicui, et ad quippiam praestandum adstringitur. Cic. ad Brut. 1, 18. Est autem gravior et difficilior animi, et sententiae, maximis praesertim in rebus, pro altero, quam pecuniae, obligatio. P Frequentissime hoc sensu adhibetur a Jctis. Paul. Dig. 44, 7, 3. Obligationum substantia non in eo consistit, ut aliud corpus nostrum, aut servitutum nostram faciat, sed ut alium nobis obstringat ad dandum aliquid, vel faciendum, vel praestandum. Papin. ib. 3, 3, 67. Obligationis onere levari; et ib. Obligationis vinculum suscipere pro aliquo. Cajus ib. 44, 7, 1. Obligationem contrahere. Ulp. ib. 2. Obligationes fiunt consensu in emptionibus, venditionibus, etc. Cajus ib. 4. Ex maleficio nascuntur obligationes. Ulp. ib. 46, 4, 8. Per unum atque eundem servum et constituitur, et tollitur obligatio. Venulej. ib. 45, 1, 108. Conditio parere obligationem potest. Paul. ib. 58. Obligatione expirante; et 140. Obligatio extinguitur; et 2, 14, 21. f. dissolvitur; et ib. 27. med. solvitur; et ib. submovetur. Modest. ib. 45, 1, 100. Obligationem perimere; et 20, 1, 23. Pignoris obligatio etiam inter absentes recte ex contractu obligatur, h. e. contrahitur. [*V. quae doctissime de his atque elegantissime disputavit Beier. ad Cic. Off. 2. p. 160. 285. sq.]

OBLIGATORÍUS, a, um, adj. obligandi vim habens. Cajus Dig. 17, 1, 2. extr. Magis est consilium, quam mandatum: et ob id non est obligatorium. Adde Justin. Instit. 3. tit. 26. P *Gloss. Vet. Lat. Gr. Obligatorium, ἐπιθεσιμότης. B. A.

[OBLÍGATURA, ae, f. obligatio. Gloss. Philox. Obligatura, καταθεσιμότης. F.]

OBLIGATUS, a, um, part. ab obligo: ἐπιθεσιμότης, circum ligatus, alligatus, devinctus. Auct. ad Her. 1, 13. Oblivulus, et obligatus corio devehatur in profluentem. Plin. 3, 5, 9. Angerona ore obligato obsignatoque simulacrum habet. Id. 26, 11, 66. Muscus recens articulis obligatus. Hor. Epod. 17, 67. Prometheus obligatus aliti. Pl. Truc. 5, 64. Pecua ad hanc in crimina ego obligata defero. Sen. Ira 3, 11. f. Si quis obligatus oculis in se incurrisset. P Translate est pignori datus, subjectus. Pl. Truc. 2, 1, 4. Nam fundi, et aedes obligatae sunt ob amoris prandium. Cic. Agr. 3, 2. f. Praedia soluta meliore in causa sunt, quam obligata. Suet. Claud. 9. f. Cum obligatam aeriario fidem liberare non posset. Ulp. Dig. 46, 3, 20. Res pignoris nomine alii obligata. African. ib. 39, 2, 44. Aedes pignori obligatae. P Item promissus, addictus. Hor. Od. 2, 7, 17. Ergo obligatam redde Jovi dapem. P Item implicatus, irretitus. Cic. Verr. 2, 9. Me hoc iudicio districtum atque obligatum futurum. V. DISTRICTUS. P Item beneficio devinctus, obstrictus. Cic. Fam. 6, 11. Dolabellam antea tantummodo diligebam: obligatus ei nihil eram: nunc tanto sum devinctus ejus beneficio, etc. Id. ib. 13, 18. extr. Quibuscumque officiis Atticum obstrinxeris, iisdem me tibi obligatum fore; et ib. 11, 16. Magno praeterea beneficio ejus, magnoque merito sum obligatus. Plin. ep. 8, 2. f. Quanto quis melior et probior, tanto mihi obligator abit.

OBLIGO, as, avi, atum, a. 1. [*proprie esse constat vincio, devincio, ἐπιθεσιμότης. Hue primum pertinet, quae laudata sunt in v. obligatus. Auct. ad Her. 1, 13. Oblivulus et obligatus corio; et Plin. 26, 11, 66. Hor. Epod. 17, 67. Pl. Truc. 5, 64. P Hinc dicitur pro circumligo, colligo adjectis vinculis.] Cic. N. D. 3, 22. f. Aesculapius, qui specillum invenisse, primusque vulnus dicitur obligavisse. Id. Tusc. 2, 16. f. Medicum requirens, a quo obligetur. Pl. Men. 5, 3, 9. medicus Ait, se obligasse crus fractum Aesculapio, Apollini autem brachium. Tac. A. 6, 9. Obligare venas, h. e. incisae apertaeque claudere. Pl. Bacch. 4, 4, 96. Cedo tu ceram ac limum actutum: age obliga, obsigna cito. Varr. R. R. 1, 41. Surculum argilla oblinere, et libro obligare. Colum. 11, 2. med. Nec minus mille ducentos manipulos unus obligat. Apic. 4, 2. Obligare cibum ovis. P Translate obligare se est se adstringere, se alligare, et eujuspiam rei debitorem facere, [*sich verbindlich machen.] Cic. ad Brut. 1, 18. med. Magis enim illum, pro quo sponndi, quam me obligavi. Id. Mur. 2. In rebus, quae mancipi sunt, is periculum iudicii praestare debet, qui se nexu obligavit. Id. Leg. 2, 16. f. Voti sponsio, qua obligamur Deo. Liv. 38, 33. med. Obligari foedere. Suet. Caes. 42. Obligare se scelere. Cic. Div. 1, 4. f. Est enim periculum, ne, neglectis rebus divinis, impia fraude, aut susceptis, anili superstitione obligemur. Q. Scaevola ap. Gell. 7, 15. Obligare se furti. P Ponitur et pro subjicere, addicere, legare. Cic. Off. 1, 11. med. Ut si eum pateretur in exercitu remanere, secundo eum obligaret militiae sacramento. Id. Dom. 40. extr. Domum sempiterna religione obligare. Id. ib. 8.

med. Cum populum R. scelere obligasses. Hor. Od. 2, 8, 5. Obligare caput suum votis, h. e. devovere, non implendo vota. Liv. 3, 13. med. Unum vadem tribus millibus aeris obligarunt. Tib. in or. ap. Suet. Tib. 67. Cavendum, ne se senatus in acta cujusquam obligaret, h. e. obligaret se ad sequenda acta alicujus, quod erat jurare in acta. Cic. Phil. 5, 18. f. Audebo etiam obligare fidem meam P. C. vobis, populoque R. Deinde statim subdit: Promitto, recipio, spondeo, C. Caesarem talem semper fore. P Saepe est beneficio devincere. Cic. Q. Fr. 2, 14. f. Quem fac, ut tua liberalitate tibi obliges; et ib. 3, 1, 5. Scaurum beneficio defensionis valde obligavi. Coel. ad Cic. Fam. 8, 6. Quam velis eum obligare, in tua manu est. Plin. ep. 4, 4. Obligabis me, obligabis Calvisium nostrum, obligabis ipsum non minus idoneum debitorem, quam nos putas. Id. ep. 10, 3. Indulgentia tua hortatur me, ut audeam tibi etiam pro amicis obligari; et Or. Met. 9, 247. Nam quamquam ipsius datur hoc immanibus actis, Obligor ipse tamen. P Dicitur de iis, qui pignori quiddam subiciunt. Vitr. praef. l. 10. Tradita aestimatione, magistratui bona ejus obligantur. Suet. Vesp. 4. Rediit nihilo opulentior, ut qui prope labefacta jam fide, omnia praedia fratri obligavit. Scaev. Dig. 20, 4, 21. Obligare pignori omnia bona sua. Et absolute Cajus ib. 44, 7, 4. med. Rem suam creditori obligare. Ulp. ib. 27, 9, 5. f. Distrahere vel obligare possessionem. P Est etiam universim aliquo juris vinculo adstringere, et obnoxium reddere. Ulp. ib. 29, 2, 8. Hereditas obligat nos aeri alieno. Modest. ib. 48, 10, 30. Lege Cornelia testamentaria obligatur, qui signum adulterinum fecerit. Id. ib. 30, 2, 100. Cautione vel chirographo obligare se ad aliquid. Paul. ib. 27, 3, 2. Utraque actione obligari. Ulp. ib. 1. f. Obligari tutelae, et furti: scilicet actione. Id. ib. 39, 5, 12. Obligare se ex donatione. P Refertur etiam ad beneficia. Paul. Sent. 5, 23. Qui sacra impia, ut quem obcaerent, defegerint, obligarent, fecerint. P Tum in universum ponitur obligari pro cogi, juberi. Or. Trist. 1, 2, 83. Obligor, ut tangam laevi fera litora Ponti. P Part. Obligans ap. Sen. Ben. 1, 4. Per quem obligantium, obligatorumque animi certent. Obligaturus ap. Curt. 7, 10. Interroganti, quo pignore fidem obligaturi essent, dixerunt, etc. Obligandus ap. Liv. 30, 12. Amore captivae victor captus data dextra in id, quod petebatur, obligandae fidei, in regiam concedit.

OBLIGURIO et Obligurrío, is, a. 4. prorsus ligurio, consumo, absumo, κατακαίω. Enn. ap. Donat. ad Ter. Ph. 2, 2, 25. lupino expectans impetu, Mox dum alterius obligurrias bona. Al. leg. obligurrias. Cic. Cat. 2, 5. Patrimonia sua profuderunt, fortunas suas obligurrierunt. Al. leg. obligurrierunt: [*ita Orell.] alii obligaverunt. V. LIGURIO. *Jul. Valer. res gest. Alex. M. (ed. A. Majo) 1, 26. B. A.

OBLIGURTOR, oris, m. Firm. Math. 5, 5. Homines audaces, temerarii, obligurtores.

OBLIMATUS, a, um, part. ab oblimo: limo obductus. Cic. Or. 2, 52. Nilus Aegyptum irrigat, mollitosque et oblimatos agros ad serendum relinquit. Suet. Aug. 18. Fossas, in quas Nilus exaestuavit, oblimatas longa vetustate, militari opere detersit.

OBLIMO, as, avi, atum, a. 1. περιλάττω, limo obduco, limo repleo: ex ob, et limus. Virg. G. 3, 136. et sulcos oblimet inertes. P [*Translate dicitur, ut nostrum verschlänmen, de hominibus prodigijs.] Hor. Sat. 1, 2, 61. bonam deperdere famam, Rem patris oblimare, malum est ubiqueque: [*ubi v. Heindf., qui recte alteram Scholiastae interpretationem, qua oblimare hoc significatu positum a lima originem duxisse contendit, (quam et Forc. ut veram agnoverat) refutat, utpote quae pusilli quid locique sententiae minus aptam notationem contineat. P Item ponitur pro] obcaecare, quasi limo meatus claudere, seu obtundere. Claud. Rapt. Pros. 3, 29. sed quod dissuasor honesti Luxus, et humanas oblimat copia mentes. Solin. 11. Pronius est Cretam dicere, quam absolvere, in quo mari jaceat. Ita enim circumflui illius nomina Graeci permiscuerunt, ut dum aliis alia inferunt, paene oblimaverint universa.

OBLINIO, is, ivi, vel ii, itum, a. 4. idem ac oblimo: ab ob, et linio. Colum. 5, 9. Et imas partes misto fimo cum cinere oblinire. Id. 12, 15. Vasa operculare, et oblinire; et 44. f. Urceum crasso luto diligenter oblinire. Varr. R. R. 1, 41. Surculus argilla obliniendus. Al. leg. oblinendus. P Paul. Dig. 47, 11, 1. Si quis coeno, luto oblinierit.

OBLINÍTUS, a, um, part. ab oblinio, circumlitus. Colum. 12, 39. Passum secundarium statim vasis oblinitis includere. Est qui leg. oblitis. Scrib. Comp. 245. Cinis de filice facta, aqua conspersa, oblinita.

OBLINO, is, ini, vel evi, itum, a. 3. ἐπιχρῶ, περιχρῶ, circum lino: ab ob, et lino. Varr. R. R. 3, 7. med. Accipitres ita decipiuntur, cum se obleverunt visco. Id. ap. Non. 1, 95. Obbam luto

2, 3, 4. Sunt omnia cum summo dedecore ac turpitudine, tum singulari stultitia atque inhumanitate oblita. *Id. Phil.* 11, 12. Dolabella tanto paricidio oblitus; et *ib.* 14, 3. extr. Libido flagitiosa, qua Antoniorum oblita est vita. P Coopertus, indutus. *Hor. Ep.* 2, 1, 203. Divitiaeque peregrinae, quibus oblitus actor Cum stetit in scena, concurrat dextera laevae. P [*Differunt oblitus et oblitus: hoc non nisi de humidis: illud de aridis dicitur. Exempla utriusque vocis in eod. permutatae affert *Burm. ad Anth. Lat.* 2. p. 492. *Doederl.* 3, 317.]

OBLIVIALIS, e, adj. oblivionem inducens, ut Obliviale poculum ap. *Prud. Cath.* 6, 16.

OBLIVIO, onis, f. λήθη, actus obliviscendi, memoriae defectus, sive imbecillitas [*das Vergessen, Vergessenheit.] *Cic. Manil.* 4. Omne reliquum tempus non ad oblivionem veteris belli, sed ad comparationem novi contulit. *Id. Or.* 2, 2. Laudem alicujus ab oblivione atque a silentio vindicare. *Lic.* 1, 31, et 32, 21. med. Dare aliquid oblivioni. *Cic. Fam.* 2, 1. f. Meam tuorum erga me meritorum memoriam ulla nunquam delebit oblivio. *Id. Deiot.* 13. Senatus judicia de illo quae unquam vetustas obruet, aut quae tanta delebit oblivio? *Id. Brut.* 15. Id ipsum nisi esset Ennii testimonio cognitum, hunc vetustas oblivione obruisset. *Id. Phil.* 9, 5, et *Marcell.* 9. extr. Nulla ejus legationem posteritatis obscurabit oblivio. *Id. Fam.* 1, 9. med. Omnes ejus gravissimas injurias voluntaria quadam oblivione contriveram. *Id. Verr.* 2, 4, 35. f. Existimavit, homines in oblivionem totius negotii esse venturos. *Sen. Br. V.* 13. f. Satius erat, ista in oblivionem ire. *Vell.* 2, 58, et *Suet. Claud.* 11. Decreta oblivio rerum praeteritarum: ἀμνηστία. V. AMNESTIA. *Cic. Verr.* 2, 1, 39. Jacere in oblivione. *Plin. Pan.* 75. Quae vos, ne qua interciperet oblivio, in acta mittenda censuistis. *Sall. Or. ad Caes.* 1. med. An illa, quae in Pompejum increpabantur, oblivio abstulit? *Cic. Off.* 1, 8. Caput me oblivio alicujus rei; et eod. sensu *Plin.* 7, 24, 24. Ex praecalto tecto lapsus, matris et asinium cepit oblivionem. *Sic* 8, 22, 34. Subrepat mihi oblivio. *Suet. Caes.* 28. Per oblivionem; et *Plin.* 25, 2, 5, et 31, 2, 11. Oblivionem alicui afferre. *Hor. Epod.* 14, 1. Mollis inertia diffundit Oblivionem sensibus. P In plur. num. *Hor. Od.* 4, 9, 32. Non ego tot tuos patiar labores Impune, Lolli, carpere lividas Obliviones. P Oblivio litterarum dictus est a Bibaculo Orbilius Pupillus Beneventanus grammaticus, quia in senectute memoriam omnem amiserat. *Suet. Gr.* 9. P *Flumen Oblivionis in Hispania fuit Tarraconensis, nempe in Gallicia, in Oceanum cadens, alias Limia vel Limius vel Limaea dictum. *Mela* 3, 1. med. *Plin.* 3, 22. Ap. *Liv. Ep.* 55. fluvius Oblivio audit, ubi fors legendum Oblivionis. B. A.

OBLIVIOSUS, a, um, adj. εὐλήθμων, qui cito obliviscitur. *Cic. Sen.* 11. Hos significat credulos, obliviosos, dissolutos. *Tert. Anim.* 24. Homo obliviosissimus. P *Hor. Od.* 2, 7, 21. Oblivioso leviam Massico Ciboria exple, h. e. oblivionem inducente.

OBLIVISCOR, eris, oblitus sum, dep. 3. ἐπιλανθάνομαι, memoriam alicujus rei amitto. [*Ad constructionem quod attinet, docet *Ramsh. Gr. Lat.* §. 111. p. 329. sq. solere verbum obliviscendi, et sim., prout perspicuitas loci postulet, modo cum genitivo, modo cum accusativo construi. At *Zumpt. Gr. Lat.* §. 439. p. 367. ita constituit, posse res tantummodo accusativo cum verbo obliviscendi conjungi, personas semper genitivo esse exhibendas. Cui convenit etiam illud *Fl. Cap.* p. 2239. Oblitus ne sis nostri non nos; veteres tamen et hoc modo dixerunt. Cf. *Ruddim.* 2. p. 161. Hoc verum esse videtur, v. oblivisci semper cum genitivo personae construi: in reliquis saepius etiam accusativum obtinere.] *Cic. Coel.* 20. Obliviscor jam injurias, Clodia, depono memoriam doloris mei. *Id. Rosc. Am.* 17. Artificium obliviscatur, et studium deponat. *Id. Brut.* 60. Subito totam causam oblitus est. *Id. Planc.* 42. Memini, nec unquam obliviscar noctis illius. *Caes. B. G.* 1, 14. Oblivisci veteris contumeliae; et *ib.* 7, 34. controversiarum ac dissensionum. [**Caesar* v. obliviscendi non nisi cum genitivo construit. V. *Herzog.* ad *B. G.* 7, 34.] *Nep. Eum.* 6. injuriarum omnium. *Tac. H.* 2, 1. extr. Obliviscendum offensarum de bello agitantis. *Cic. Rosc. Com.* 17. Obliviscor, Roscium et Cluvium viros esse primarios. *Id. Brut.* 60. Etiam in scriptis obliviscatur, quid paulo ante posuisset. P Translate. *Catull.* 68, 43. Ne fugiens saeculis obliviscantibus aetas Illius hoc caeca nocte tegat studium, h. e. oblivione posteritatis obscurat. V. OBLITUS. P Oblivisci nomen suum proverbio dicitur, qui nullius memoriae est. *Petr. fragm. Trag.* 66. *Burm.* Tam bonae memoriae sum, ut frequenter nomen meum obliviscar. P [*Passive. *Paul. Digg.* 23, 3, 60. §. 6. adoptivae familiae obliviscuntur. V. in oblitus.] P Part. Obliviscendus ap. *Hor. Ep.* 1, 11, 9. Oblitusque meorum, obliviscendus et illis. *Pl. Mil.* 4, 8, 49. Mulieres mores discendi, obliviscendi stratiotici.

OBLIVIUM, ii, n. λήθη, idem quod oblivio, sed

fere poetica vox, et usum habens in plurali num. *Virg. A.* 6, 714. Lethaei ad fluminis undas Securos latices, et longa oblivio potant. *Hor. Sat.* 2, 6, 62. somno et inertibus horis Ducere sollicitae jucunda oblivio vitae, h. e. oblivisci. *Sic Val. Fl.* 4, 536. longae ducentem oblivio poenae. *Or. Trist.* 5, 7, 29. Non tamen ingratum est quodcumque oblivio nostri Impedit; et *ib.* 1, 8, 11. Tantane te, fallax, cepere oblivio nostri? *Id. Met.* 12, 539. Agere oblivio laudis Herculeae, h. e. oblivisci, tacere, praeterire. *Id. Pont.* 4, 10, 19. succi patriae faciunt qui oblivio. P In singulari num. *Tac. H.* 4, 9. Eam sententiam modestissimus quisque silentio, deinde oblivio transmisit. *Mar. Victor.* 1, 2469. Contagio, ut obsidio, et oblivio, sed poetica licentia primo fecit contagia, et oblivio, postea dici coepit et oblivium, et obsidium, et contagium.

OBLIVIUS, a, um, adj. obsoletus, oblivione delictus. *Varr. L. L.* 4. in. Haec sunt tripartita verba, quae sunt aut nostra, aut aliena, aut oblivio.

OBLUCATUS, V. v. sq.

OBLUCO, as, a. I. idem quod loco. *Just.* 11, 10. Cum operam oblocare ad puteos exhauriendos solitus esset. *Suet. Caes.* 26. Quae ad epulum pertinebant, macellariis oblocata. [*Male alii oblocata.]

OBLONGULUS, a, um, adj. dimin. oblongi. *Gell.* 17, 9. Surculi teretes oblonguli.

OBLONGUS, a, um, adj. ἐπιμήκης, παραμήκης, idem ferme quod longus, sed praepositio quippiam auget. *Lic.* 21, 8. f. Falarica, missile telum hastili oblongo, [*ad quem locum V. *Bauer.* p. 9.] *Plin.* 37, 12, 75. de gemmis: Figura oblonga maxime probatur. *Id.* 10, 52, 74. Quae oblonga sint ova, gratioris saporis putat Horatius Flaccus. (*Sat.* 2, 4, 12. Longa quibus facies ovis erit, illa memento, Ut succi melioris, etc.) *Id.* 25, 3, 6. Herba folia habens oblonga. *Id.* 13, 15, 30. Oblongus venarum discursus in mensis. *Tac. Agr.* 10. Formam Britanniae oblongae scutulae assimilaverit. *Vitr.* 21, 8. f. Foramen oblongius fit tanto, quantum, etc.

OBLUQUUM, ii, n. contradictio, calumnia. *Sidon. ep.* 7, 9. in concione: Nosse vos par est, in quas me obloquiorum Scyllas turbo conjecerit.

OBLUQUOR, eris, ut sum, dep. 3. παυλάλιω, contra loquor, loquendo interpello, obstrepro. *Pl. Men.* 1, 2, 46. Te morare, mihi dum obloquere. *Cic. Q. Fr.* 2, 10. Tu metuis ne me interpellas, etc. Tu vero ut me et appelles, et interpellas, et obloquere, et colloquere, velim. *Id. Cluent.* 23. Vocat me alio jam dudum tacita vestra expectatio, quae mihi obloqui videtur, quid ergo? negasne, etc.? *Plin.* 36, 16, 25. Dederat natura vocem saxi, respondentem homini, immo vero et obloquentem. *Gell.* 1, 26. Servo suo tunicam detrahi, caedique eum loro jussit. Coepit verberari: obloquebatur, non meruisse, ut vapulet. *Curt.* 10, 2. f. Notatis, qui ferocissime oblocuti erant, singulos manu corripuit: supra dixerat: tumultuoso clamore, et militari violentia volentem loqui inhibebant. P Per catachresin. *Or. Pont.* 3, 1, 21. Non avis obloquitur, h. e. cantu non obstreperit. *Virg. A.* 6, 646. Threicius longa cum veste sacerdos Obloquitur numeris septem discrimina vocum, h. e. versibus, quos ore canit, interponit sonum lyrae septem chordas habentis. P Pro improbare, vituperare, damnare, rejicere. *Sen. ep.* 121. Non desistam votis obstreperere. Quidni? cum maxima malorum optaverimus, et ex gratulatione natum sit, quidquid obloquimur. P Pro male dicere, conviciari. *Catull.* 83, 3. de Lesbia: si nostri oblita taceret, Sana esset: quod nunc gannit, et obloquitur, Non solum meminit, sed, quae multo acrior est res, Irata est: hoc est, uritur, et loquitur.

OBLUQUATOR et **Oblucator**, oris, m. qui obloquitur, interpellat, obstreperit. *Pl. Mil.* 3, 1, 43. neque ego unquam oblocutor sum alteri in convivio. Incommoditate abstinere me apud convivas commode Commemini, et meae orationis justam partem persequi, Et meam partem itidem tacere, cum aliena oratio est.

OBLUCINASSE dicebant antiqui, mente errasse, quasi in luco Deorum alicui occurrisset. *Fest.*

OBLUCTATIO, onis, f. actus contra aliquid obluendi. *Arnob.* 2, 77. Qui cum suis voluptatibus pugnant, et affectus ex animis pellere, pertinentia moluntur obluentione virtutis.

OBLUCTATUS, a, um, part. ab obluendo. *Claud. Cons. Mall. Theod.* 103. Sidera cum septem retro mittantur in ortus, Obluctata polo, h. e. contra coeli motum nitentia ab occidente in orientem.

OBLUCTOR, aris, dep. 1. ἀντιπάλω, acris contra aliquid nitor. *Colum.* 18, 14. med. Fruticibus, aut solidioribus herbis obluetur ita pertinaciter, ut collum abrumpat. *Virg. A.* 3, 38. genibusque adversae obluetur arenae. *Curt.* 4, 8. Diu flumini obluetur, in ripam semianimis evasit. *Sil.* 8, 10. soli obluendum Fabio, h. e. gerendum bellum contra solum Fabium, ei soli resistendum. *Stat. Silv.* 3, 1, 20. obluentia saxa Submovit nitens, et magno pectore montem Impulit. P Translate. *Curt.* 6, 6. med. Ut erat animi semper ob-

luctantis difficultatibus. *Id.* 7, 1. Obluctans obluivioni.

OBLUCDO, is, si, sum, n. 3. παύω, idem ac ludo, vel coram aliis ludo. *Pl. Truc.* 1, 2, 10. obluunt, quo custodem Oblectent per joculum et ludum. *Prud. Hamart.* 6. Terrarum tibi forma duplex obluunt, ut excors Dividuum regnare Deum super aethera credas, h. e. tibi imponit.

OBLURIDUS, a, um, adj. idem ac luridus, aut valde luridus. *Ammian.* 14, 6. med. Spadones obluridi, distortaque lineamentorum compage deformes.

OBLUMENS, entis. V. OMMENTANS.

OBLUMESCO, is, n. 3. idem quod marcesco. *Lucil.* ap. *Non.* 1, 1. Oblumescere febris, senium, vomitus, pus.

OBLUMENTANS. V. OMMENTANS.

OBLUMITTO, is, a. 3. idem quod omitto. *Columellae* quidem tribuunt 1, 4. et 7, 5. et *Ulpiano Haloander Dig.* 39, 1, 5. med. Sed plerique al. leg. omitto.

OBLUMIATOR, iris, itus sum, dep. 4. προβάλλω, molem objicio, facta mole obstruo. *Liv.* 37, 32. Ad munienda, et obmolienda, quae ruinis strata erant, h. e. obstruenda oppositis molibus. *Curt.* 6, 6. med. Arborum truncos, et saxa obmoliuntur, h. e. advolvunt muniendi causa.

[**OBLUMORDEO**, es, a. 2. valde mordeo. V. *Isid.* l. c. in *FRENUM.* §. 7. F.]

OBLUMOVEO, es, a. 2. idem ac admoveo, ap. veteres. *Paul. ex Fest. Cato R. R.* 141. Cultro facito struem, et fertum uti adsiet: inde obmoveto; et 134. Fertum Jovi moveto, et mactato sic: Jupiter, te hoc fertum obmovendo bonas preces precor, uti sies volens propitiis mihi, etc.

OBLUMURATIO, onis, f. murmuratio, et clamor contra aliquem. *Ammian.* 26, 2. Obmurmuratio gravis exoritur, concrepantibus centuriis, etc.

OBLUMURO, as, n. 1. καταγογγύω, contra murmuratio. *Or. Her.* 18, 47. precibusque meis obmurmurat ipse. P Item submissa voce loquor. *Suet. Oth.* 7. extr. Identidem obmurmurasse: τί γὰρ μοι καὶ μακροῖς ἀνλοῖς.

OBLUMUSSITO, as, a. 1. frequent. et

OBLUMUSSO, as, a. 1. obmurmuro, summusso. *Tert. Pall.* 4. Tacendum, ne quid et illi de Caesaribus obmussitent. *Id. Anim.* 18. Poetae haec nobis semper obmussant.

OBLUMUTESCENS, entis, part. ab obmutescere, qui mutus fit. *Plin.* 20, 5, 20. Ex aqua bibendum (succum caeparum) dedere repente obmutescitibus. Est qui leg. obmutescitibus.

OBLUMUTESCO, is, tui, n. 3. κωφῶμαι, mutus fio, vocem amitto. *Plin.* 27, 12, 104. Quantalibet lassitudine recreari defessos, etiam cum obmutuerint. *Id.* 8, 30, 44. Umbrae ejus (hyaenae) contactu canes obmutescere. P Item universim taceo. *Cic. Mil.* 35. f. De me omnes gentes loquentur: nulla unquam obmutescet vetustas. *Id. Or.* 2, 7. Ego neque Antonium verbum facere patiar, et ipse obmutescam. *Id. Dom.* 52. f. Quis est, qui existimare possit, huic vocem mittenti non et linguam obmutuisse, et manum obtorpuisse? *Or. Mel.* 13, 538. obmutuit illa dolore. *Virg. A.* 4, 279. Aeneas aspectu obmutuit amens. P Translate. *Cic. Brut.* 94. Perterritum armis hoc studium nostrum conticuit subito, et obmutuit. [*V. *Ellendt.*] *Id. Tusc.* 2, 21. f. Obmutuit castigatus animi dolor. *Plin.* 33, 13, 56. Sil Lydium Sardibus emebatur, quod nunc obmutuit, h. e. desit, defecit, in usu non est. *Hard.* in *MS.* invenit omittunt, credo, inquit, pro omittunt.

OBNATUS, a, um, part. ab inus. obnascor: circum natus. *Liv.* 23, 19. Ibi haerentia (dolia) inter obnata ripis salicta conspiciuntur.

OBNECTERE, obligare, maxime in nuptiis frequens est. *Festus.* Al. leg. maxime in nexis frequens est.

OBNEGATOR, oris, m. V. ABNEGATOR.

OBNEXUS, us, m. nexus, vinculum. *Tert. ado. Marc.* 4, 37. Dissolvens violentiorum contractuum obnexus.

OBNIGER, gra, grum, niger, vel subniger, vel admodum niger. *Plin.* 20, 23, 94. Radicibus multis, et obnigris. *Hard.* in *MSS.* invenit obolis, nigris: unde suspicatur oblongis, nigris.

OBNISUS. V. OBNIXUS.

***OBNISUS**, us, m. i. fere quod nisus vel conatus. *Auct. Itin. Alex.* (ed. A. Maio) 91. Damascum capit obnisu levi, opum conditorium Persicarum. B. A.

OBNITOR, eris, isus sum, dep. 3. ἀντιπάλω, contra nitor. *Cic. Mil.* 13. At non P. Clodio mortuo usitatis jam rebus obnitendum est Miloni, ut tueatur dignitatem suam. Al. leg. enitendum: [*ita *Orell.*] *Vell.* 1, 9. Triumphum Pauli impedire obnitentur. *Lucr.* 4, 438. Navigia, aplustris fractis, obnitier undis. *Claud. in I. cons. Stil.* 1, 289. nunc obliquante carina Callidus et pelagi coelique obnititur irae. *Tac. A.* 15, 11. Obniti adversis. *Virg. A.* 5, 21. contra. *Vell.* 2, 89. Cum saepe obnitens repugnasset.

OBNIXE, adv. οὐντόως, cum conatu, enixe, in-

stanter, totis viribus. *Ter. Andr.* 1, 1, 134. Pedibus manibusque obnixae omnia facturum. *Sen. ep.* 35. Cum te obnixae rogo, ut studeas, meum negotium ago. *Claud. Mamert. Stat. anim.* 1, 3. Obnixus argumentari.

OBNIXUS, a, um, part. ab *obnixor*: resistens, contra nixus, oblectans. *Liv.* 6, 12, f. Ne procurrere quidem ab acie velim, sed obnixos vos stabili gradu impetum hostium excipere. *Id.* 34, 46. *med.* Diu in angustiis pugnatum est, nec dextris magis, gladiisque gerebatur res, quam scutis corporibusque ipsis obnixi urgebant. Est qui leg. *obnixi*. *Virg. A.* 9, 724. Portam vi multa converso cardine torquet, Obnixus latis humeris. *Val. Fl.* 7, 595. Obnixusque genu superat, cogitque trementes Sub juga athena toros. *Stat. Theb.* 11, 337. obnixi frangunt mala murmura dentes, h. e. stricti, et invicem malis coeuntibus velut urgentes: quod ita expressit *Sen. Ira* 3, 4. Adjice dentium inter se arietatorum, et aliquem esse cupientium, non alium sonum, quam est apris tela sua attritu acuentibus. *Virg. G.* 3, 232. et *A.* 12, 105. de tauro: irasci in cornua tentat Arboris obnixus trunco, h. e. urgens, impellens, impetens vi summa truncum; et *ib.* 5, 206. acuto in murice remi Obnixi crepuere, illisaeque prora pependit; et *ib.* 4, 331. ille Jovis monitis immota tenebat Lumina, et obnixus curam sub corde premebat. *Plin.* 36, 15, 24. n. 3. de cloacis Romae: Pugnant diversi aquarum impetus intus, et tamen obnixae firmitas resistit. *P. Obnixum* adverbii more. *Auson. ep.* 25, 28. Obnixum, Pauline, taces, h. e. obstinate, pertinaciter, constanter. *P. Scribitur et obnixus.* V. NIXUS, a, um.

OBNOXIÆ, adv. timide, trepide, more ejus, qui debitor et obnoxius alteri est. *Liv.* 3, 39. Sed magis obedienter ventum in curiam, quam obnoxie dictas sententias accepimus. *Pl. Stich.* 3, 2, 41. Perii hercle vero plane, nihil obnoxie, h. e. minime leniter, seu leviter, et clementer: nam qui obnoxii sunt, leniter, et cum respectu agere solent cum iis, quibus sunt obnoxii. Ita *Acidalius*. Aliter *Salmas.*, aliter *Sculting.* ad *Quint. decl.* 1, 6., aliter *Gronov.*, qui etiam videtur ita distinguere: Perii hercle vero, plane nihil obnoxie. *Gell.* ita refert 7, 17. Nunc ego hercle perii plane, non obnoxie. Sed non explicat. V. OBNOXIOSE.

[**OBNOXIO**, as, a. I. facio me obnoxium alicui. *Claud. Mamert. Stat. anim.* 2, 9. *med.* Et alienis semet noxiis obnoxiantes. F.]

OBNOXIOSE, adv. idem quod obnoxie, timide, cum respectu. *Pl. Epid.* 5, 2, 29. Cedo manus igitur. *Epid.* morantur nihil: atque arcte colliga, Nihil vero obnoxiose.

OBNOXIOSUS, a, um, adj. idem quod obnoxius, subjectus, addictus. *Pl. Trin.* 4, 4, 31. Mores leges perduxerunt jam in potestatem suam, Magis queis sunt obnoxiosi, quam parentes liberis, h. e. mores certe sunt obnoxii, et subjecti legibus, et quidem magis, quam nunc sunt parentes liberis, qui nimia scilicet indulgentia quilibet iis concedunt: tamen isti mores perduxerunt jam leges in potestatem suam, easque sibi servire coegerunt. Al. leg. *obnoxii*. [**Lindem. leg. obnoxiosae*: vulgatum aperto falsum censens, nam necessario ad leges referendum.] Tribuitur etiam *Ennio* ap. *Gell.* 7, 17. Ea libertas est, qui pectus purum et firmum gestit: Aliae res obnoxiosae nocte in obscura latent. Al. leg. *obnoxiae*.

OBNOXIUS, a, um, adj. *ἔνοχος*. [**Proprie dicitur, qui noxae, seu crimini subjectus est. Paul. ex Festo*: Obnoxius, poena obligatus ob delictum. *Ulp. Dig.* 48, 15, 1. Si liberum hominem emptor sciens emerit, capitale crimen adversus eum nascitur: quo venditor quoque fit obnoxius. *Paul. ib.* 11, 3, 14. Ego lege Aquilia obnoxius sum. *Imp. Dioclet. et Maximian. Cod.* 3, 44, 11. Obnoxii criminum. Ubi notandus genitivus pro dativo casu. Sic *Paul. Sentent.* 2, tit. 17. Venditor auctoritatis manebit obnoxius. *Or. A. Am.* 1, 395. communi obnoxia culpa. *Tibull.* 3, 4, 15. turpi mens est obnoxia facta. *Sall. Cat.* 52, 21. animus — delicto obnoxius. *P. Hinc* denotat eum, qui ob noxiam aliquam suam alteri concedit, suo jure non utens, animi conscientia fractus: cui facile quacumque de causa noceri potest. Hac significatione saepe ap. *Plaut.* veluti *Bacch.* 5, 2, 80. Ne obnoxius filio sim et servo. *Poen.* 5, 4, 18. Omnia faciet Jupiter, faxo; nam mihi est obnoxius et me metuit. *Truc.* 4, 3, 61. Ego tibi me obnoxium esse fateor, culpa compotem. *Cic. ad Brut.* 1, 17, f. Vivat hercule Cicero, qui potest, supplex et obnoxius: cf. *Gronov.* ad *Sen. de ira* 3, 8. *P. Inde obnoxii* dicuntur a similitudine quadam affectus et conditionis etiam ii, qui alicui aliquid debent. *Caecil. ap. Gell.* 7, 17, f. Quamquam ego mercede conductus tua Advenio, ne tibi me esse ob eam rem obnoxium Reare; audibis male, si male dixi mihi. *Pl. As.* 2, 2, 18. aetatem ambo nobis sunt obnoxii, Nostro devincti beneficio; et *Capt.* 2, 1, 25. Obnoxii Ambo vobis sumus propter hanc rem, quum, quae Volumus nos, copiae facitis nos compotes. Cf. *Acidal. Div. Plaut.* p. 481. et *Parei Lex. Plaut.* s. h. v. Adde *Sall. Cat.* 48, 5. plerique Crasso ex negotiis

privatis obnoxii, i. e. ob debita obligati. *Ter. Hec.* 3, 1, 21. uxori obnoxius sum, i. e. debitor sum. *Sall. Cat.* 14, 6. postremo neque sumptui neque modestiae suae parcere, dum illos obnoxios fidosque sibi faceret. *Liv.* 7, 30. Subjectum atque obnoxium esse alicui. *P. De* eo, qui jure aliquo obnoxium ad quippiam praestandum. *Suet. Cal.* 14. *extr.* Additum ad caput legis, ut tenerentur publico et qui lenocinium fecissent, nec non et matronia obnoxia essent, i. e. vectigalibus. *Scaev. Digg.* 18, 1. *ult. extr.* Quaero, an emptor Sejo ad praestationem frumenti sit obnoxius. *P. Hinc* de populis, aut regibus, qui aliorum imperio parent, vel bello subacti, vel potentiam veriti. *Sall. in ep. Mithrid. ad Arsac.* Ille enim obnoxius, qualem tu voles societatem accipiet; et *infra*: Te remoto procul, omnibus aliis obnoxiiis, rursus tamen bellum coepi. *Liv.* 42, 46. Servus atque obnoxius. *Id.* 35, 31. totam Graeciam beneficio libertatis obnoxiam Romanis esse. *P. Ita* transfertur ad animum pravis moribus addictum. *Sall. Cat.* 52, 21. Animus neque delicto, neque lubrici obnoxius. *Sen. Ira* 2, 23. *med.* Nemo tam obnoxius irae fuit. *Tac. H.* 5, 13. Gens superstitioni obnoxia. *P. Quoniam* vero, qui alieno arbitrio parent, liberae voluntatis plerumque fere expertes sunt, factum est, ut *obnoxius* in universum diceretur is, qui morigeram, humilem, servilem mentem exsereret. Huc pertinent ista: *Sall. Cat.* 23, 3. minari interdum ferro, nisi obnoxia foret, i. e. morigerata. *Phaedr. prol.* 3, 34. Servitus obnoxia Quia quae volebat, non audebat dicere, etc. *Liv.* 23, 12. Si reticeam, aut superbus, aut obnoxius videar: quorum alterum est hominis aliena libertatis oblii, alterum suae. *Suet. Tib.* 12. Enimvero tunc non privatum modo, sed etiam obnoxium et trepidum egit. *Curt.* 10, 9, 18. ut torpentes et obnoxios vidit. *Plin. H. N. praef. med.* Obnoxii profecto animi, et infelicis ingenii est, deprehendi in furto malle, quam mutuum reddere. *Liv.* 6, 34. adeo obnoxios summiserant animos. — *Id.* 9, 10. obnoxia pax, i. e. quae liberi hominis non est, qua in servitute rediguntur, qui accipiunt: cf. 42, 46. quae serva atque obnoxia essent, si nullus alio sit, quam ad Romanos, respectus. *Or. Met.* 5, 235. (de Phineo in lapidem verso a Perseo, dum veniam precaretur:) Submissaeque manus, faciesque obnoxia mansit, i. e. demissa, et speciem precantis servans. *P. Tunc obnoxius* usurpatur ad describendam conditionem eorum, quae rebus adversis, injuriis, damno cujusvis generis exposita sunt, patent: a) de hominibus: *Tac. H.* 3, 55. *extr.* infidis consiliis obnoxius. *Flor.* 3, 20. Servi pro fortunam in omnia obnoxios. *Tac. A.* 14, 40. Insidiis obnoxius; et *ib.* 2, 75. fortunae; et 3, 58. f. aemulationi, odio, privatis affectionibus. *Plin.* 17, 24, 27. n. 3. morbo. *Suet. Tib.* 63. contumeliis; et *ib.* 54. omnium criminacionibus obnoxios reddidit; et *Dom.* 12. cum obnoxium se Barbaris pro hoc animadverteret, i. e. non satis tutum. — b) De rebus: *Tibull.* 2, 4, 9. insanis cautis obnoxia ventis. *Lucan.* 2, 402. Illinc Delmatibus obnoxia fluctibus Ancon; et *ib.* 5, 379. Calabroque obnoxius Austro, Appulus Hadriacas exit Garganus in undas. *Or. Pont.* 1, 8, 73. terra nulli obnoxia bello. *Plin.* 19, 10, 58. Olera nulli animaxia obnoxia. *Liv.* 40, 45. Arborea, quae obnoxiae frigidibus sunt. *Plin.* 2, 82, 84. Terra solida ad tales casus obnoxia, i. e. terrae motibus. *Phaedr.* 2, 7. *extr.* Magnae periculo sunt opes obnoxiae. *Tac. A.* 15, 38. Urbs incendiis obnoxia. *Or. Met.* 14, 600. Hunc jubet Aeneae quaecumque obnoxia morti Abluere. *Liv.* 6, 17. Obnoxiam carnificis arbitrio ducere animam.] *P. Absolute.* *Plin.* 31, 6, 32. Non alibi corpora magis obnoxia. *Id.* 14, 2, 4. n. 3. Fecenia vitis, et cum ea florens Biturica, nunquam floris obnoxii, quoniam antecedunt, ventisque et imbris resistunt. *Flor.* 4, 4. Juvenis tener, obnoxius, et opportunus injuriae, h. e. expositus injuriae, et cui facile injuria inferri potest. Sic *Quint. decl.* 1, 6. *extr.* de caecitate: Quis calamitatem tam obnoxiam majore reverentia proteget? *Sen. ep.* 65. *med.* In hoc obnoxio domicilio animus liber habitat, h. e. in hoc corpore multis malis subjecto, et veluti servo. *P. Illa* quoque commode translata sunt. *Virg. G.* 1, 396. Luna radiis fratris obnoxia, h. e. [**quae pendet a lumine fratris,*] et quae illi debet lumen suum; et *ib.* 2, 438. juvat arva videre Non rastris hominum, non ulli obnoxia curae, h. e. quibus cultura hominum non imperat, ut fruges ferant (nam *imperare arvis* dixit *Id. ib.* 1, 99., ipsaque arva, si respondent votis et laboribus agricolarum, *parere* dicuntur *Aen.* 1, 3.): vel non debentia fertilitatem suam culturae hominum. Sic *Prop.* 1, 2, 21. Sed facies aderat nullis obnoxia gemmis, h. e. nullis gemmis pulcritudine subjecta, et inferior: vel, quae non debebat pulcritudinem suam ullis gemmis, sed ipsa per se sine ornatu satis commendabatur. *P. Obnoxium* est, periculosum est, et offensioni expositum. *Auct. Dial. de or.* 10. *med.* Tanquam minus obnoxium sit offendere poetarum, quam oratorum studium. *P. Obnoxius*, noxius, nocens. *Colum.* 2, 18. Omnes lapides, et si qua objacent falcibus obnoxia, colli-

gi debent, ac longius exportari. Quidam cod. hab. *noxia.* *P. Comp. Obnoxior* ap. *Sen. Clem.* 1, 13. Omnibus reis obnoxior, ac sollicitior. Ita *Lips.*: alii leg. *noxior*.

OBNUBILATUS, a, um, part. ab *obnubilo*, nubilo obvolutus. Translate. *Appul. Met.* 9. Acerimo gravique odore sulfuris juvenis inescens atque obnubilatus, intercluso spiritu diffluebat.

OBNUBILO, as, avi, atum, a. I. *ἐπινεφέω*, nubibus obduco, nubilum infero, obtenebro. Translate. *Gell.* 1, 2. Oris et vultus serenitate obnubilari; hominis nunquam ulla posse aegritudine obnubilari; et *Ammian.* 28, 4. Calumniarum insectator, justorum distinctior, in subjectis admodum temperatus. Sed obnubilabat haec omnia vitium, parum quidem nocens rei communi, sed in alto iudice maculosum. Hellenismus est in illo *Appul. Met.* 8. Charite, velut gravi tonitru, procellaque sideris, vel etiam ipso diali fulmine percussa, corrui corpus, et obnubilavit animam, h. e. corpore corrui, animo defecta est.

OBNUBILUS, a, um, adj. nubibus obductus, tenebrosus, obscurus. Vet. poeta, fortasse *Ennius*, ap. *Cic. Tusc.* 1, 21. Obnubila tenebris loca. Al. leg. *nubila*. [**Ita Orell.*]

OBNUBO, is, psi, ptum, a. 3. *συνεπάω*, *ἐπιναίω*, velo, operio, tegeo, involvo. *Virg. A.* 11, 77. arsurasque comas obnubit amictu, h. e. velat caput cadaveris in rogam imponendi. *Val. Fl.* 2, 254. Obnubitque caput, taciturneque ad conscia Bacchi Tempia rapit. *Cic. Rabir. perdull.* 4. et *Liv.* 1, 26. I lictor, colliga manus, caput obnubito, infelici arbori suspendito. *Val. Fl.* 7, 853. de tauro ignem spirante: bis fulmineis se flatibus infert, Obnubitque virum. *Claud.* 76. de phoenice: stupantque volentem Alituum suspensa cohors: exercitus ingens Obnubit vario late convexa meatu. *Varr. L. L.* 4, 10. *med.* Mare terras obnubit, ut nubes coelum. *P. Absolute obnubere*, caput operire est, ut *ex Festo* docet *Paulus*.

OBNUNTIATIO et Obnunciatio, onis, f. actus obnuntiandi, *ἀνευδουξίς*. V. v. sq. in. *Cic. Div.* 1, 16. M. Crasso quid acciderit, videmus, diram obnuntiatione neglecta. *Id. Att.* 4, 16. Obnuntiationibus per Scaevolam interpositis. *Id. Q. Fr.* 3, 3. Comitiorum quotidie singuli dies tolluntur obnuntiationibus.

OBNUNTIO et Obnuncio, as, avi, atum, a. I. *καταγγέλλω*, mali aliquid, aut impedimenti nuntio, quominus quidquam publice agatur: ex *ob*, contra, et *nuntio*, non ex *omen*, et *nuntio*, ut vult *Donat.* ad *illud Ter. Ad.* 4, 2, 7. Primus sentio mala nostra; primus rescisco omnia: Primus porro obnuntio. Ubi *Donat.*: Qui malam rem nuntiat, obnuntiat: qui bonam, annuntiat. Nam proprie obnuntiare dicuntur augures, qui aliquid mali ominis scaevumque viderint. Haec *Donat.* Porro obnuntiant non solum augures, sed etiam magistratus, et tribuni pleb. aliquando etiam contrarium omen mentiti, ut comitia turbarent, ut legislationem impedirent, ut deliberationem aliquam publice disjicerent. *Cic. in Sen.* 5. Legem tribunus plebis tulit, ne auspiciis obtemperaretur, ne obnuntiare concilio, ne legi intercedere liceret. *Id. Sext.* 37. Fretus sanctitate tribunatus, obnuntiativ consuli, etc.; et 36. Si obnuntiasset Fabricius is praetor, qui se servasse de coelo dixerat. *Liv.* 22, 42. *med.* Paulus cum ei pulli non addixissent, obnuntiarum jam efferenti porta signa collegae jussit. *Suet. Caes.* 20. Lege agraria promulgata, obnuntiantem collegam foro expulit; et *mox*: Ut domo additus, nihil aliud, quam per edicta obnuntiaret. *Cic. Att.* 4, 3. *med.* Metellus postulat, ut sibi postero die in foro obnuntietur. [**V. Ernest. cl. Cic. et Gloss. Liv. s. h. v., Brisson. de forin. p. 121.*]

OBNUNTIATIO, onis, f. V. OBDUCTIO.

OBNUNTIUS, a, um, part. ab *obnubo*: velatus, opertus. *Macr. Sat.* 1, 21. Simulacrum Veneris in monte Libano fingitur capite obnupto, specie tristi; et *mox*: Terra hiemalis, obnupta nubibus, sole viduata stupet.

OBOLĒO, es, lui, n. 2. *ὀζω*, oleo, redoleo, odorem emitto contra, vel in aliquem. *Pl. Most.* 1, 1, 38. te Dii omnes perdant: oboluisit allium. *Suet. Cal.* 23. Silanum ad necem compulsi, causatus, quod antidotum oboluisset, quasi ad praecavenda venena sua sumptum. *Appul. Apol.* Cui enim cani, cui vulturio Alexandrii coeli quidquam abusque Oeensium finibus oboleat? *P. Urbane*, et joculariter *Pl. Cas.* 4, 3. *extr.* Dii hercle me cupient servatum: jam oboluit Casina procul; et *Men.* 2, 3, 33. oboluit marsupium Huic istuc, quod habes.

OBOLITIO, onis, f. abolitio. *Appul. de Mundo*: Nebula est exhalatio vaporata, cui serenitas abolitionem infert. Al. leg. *abolitionem*.

OBOLUS, i, m. *ὀβολός*, nummus aereus minutus, parva moneta ap. Graecos, ut quadrans, tetruncius, as ap. Latinos. *Vitr.* 3, 1. *med.* Civitates Graecorum aereis signatis, uti asses, ex aequo sex, quos obolos appellant, in drachma constituerunt. *P. Sumitur* generatim pro parvo pretio, levi impensa, exiguo pecuniae sumptu, in illo

Ter. Andr. 2, 2, 32. Olera et pisciculos minutos ferre obolo in coenam seni. P In ponderibus est minimum; sicuti talentum summum. *Fann. de ponderib. et mens. 37.* Cecropium superest post haec docuisse talentum, quod summum doctis perhibetur pondus Athenis. Nam nihil his, obolove minus, majusve talento. *Cels. 5, 17.* docet pondus ejus esse sextam partem ponderis denarii. *Plin. 25, 12, 91.* Hyoscyami semen bibunt obolo, tantumdem meconii adjicientes. *Id. 21, 25, 96.* Folia ejus trita trium obolorum pondere sistunt, etc. P Dividitur tamen in semiobolos duos, et in decem chalcos. *Plin. 21, 34, 109.* Drachma Attica sex obolos pondere efficit: obolus decem chalcos. *Id. 20, 1, 3.* Modus portione virium ab dimidio obolo ad solidum.

OBOMINATUS, a, um, part. ab inus. *obominor*, male ominatus. *Appul. Met. 9.* Crurum ei fragrum obominata, h. e. imprecata. Al. minus recte leg. *obominata*.

OBORIOR, eris, ortus sum, dep. 3. *ἐπιβροχέω*, contra, vel ante, vel ex improviso orior. In malam partem. *Pl. Curc. 2, 3, 30.* tenebrae oboriuntur, genua inedia succidunt. [**Suet. Ner. 19.* tanta oborta caligo est. Al. *coorta*. Hoc unice rectum. *V. Oudend. Id. Stich. 1, 3, 11.* Uteri dolores mihi oboriuntur quotidie. *Plin. 10, 40, 56.* Capris caecitas oboritur. *Gell. 13, 27, extr.* Ne qua in re adversa et repentina incurso imparatis improptectisque nobis oboritur. *Liv. 21, 8.* Acris de integro obortum est bellum. Al. leg. *coortum*. *Appul. Flor. n. 9.* Quis mihi incondita et vitiosa verba temere oborientia permiserit blaterare? P In bonam. *Ter. Haut. 4, 3, 2.* tanta haec laetitia oborta est. *Cic. Lig. 3.* Vide, quanta lux liberalitatis et sapientiae tuae mihi apud te dicenti oboritur. P Simpliciter pro orior. *Nep. Eum. 9.* Antigonus, tenebris obortis, ignes conspiciatur. P *Festus* interpretatur, adnasci, quia ob pro ad olim adhibebant: sed quod affert exemplum, a superiori significatione nihil discedit.

OBORSUS, a, um, part. ab inus. *obordior*, qui ab altera parte initium fecit. *Not. Tir. p. 151.* Orsus, oborsus, exorsus. F.]

OBORTUS, a, um, part. ab *oborior*: contra, vel ante, vel repente exortus. *Flor. 1, 1, f.* Sed oborta tempestas, solisque defectio consecrationis speciem praebuerit. *Suet. Ner. 34, med.* Ad visendum interfectae cadaver accurrissse, sitique interim oborta bibisse. *Virg. A. 11, 41.* lacrimis ita fatur obortis. *Op. A. Am. 2, 88.* Nox oculis pavido venit oborta metu. *Id. Met. 5, 202.* Gorgone conspicua, saxo concrevit oborto. *Gell. 19, 12.* Videt vicinum rubus late atque alte obortas excidentem. *Stat. Th. 8, 32.* expavit oborta sidera. *Lucr. 6, 869.* ubi sol radiis terram dimovit obortis; et 586. terrae motus obortus.

OBORTUS, us, m. ortus, accessio. *Lucr. 4, 218.* Perpetuoque fluant certis ab rebus obortu. Ita legit *Lambinus*. [**Secutus est Eichstadt.*] Ceteri odores, ut et 6, 224, ubi eadem verba repetit.

OBOSCULATOR, aris, dep. 1. osculor. *Petr. Sat. 126.* Quae flagellorum vestigia obosculantur. Ple-rique al. leg. *osculantur*.

OBPALLEO et **Oppalleo**, es, ui, n. 2. expalleo. *Prud. neq. orop. 1, 92.* Carnifex stupore obpalluit. *Coripp. Joanneid. 6, 156.* subitoque tremens oppalluit ore.

OBPORTO et **Opporto**, as, a. 1. contra porto. *Not. Tir. p. 11.* Portat, subportat, obportat. F.] **OBPROBRARE**, probrum objicere. *Paul. ex Festo.*

OBPŪVIAT, verberat. *Paul. ex Festo.* Al. leg. *obpuit*. Hinc *obpuvia*, vel *oppuvium*, verberatio, verber. *Afranius*: Obpuius pueri coercentur. Ita lexicographi: et videntur hujus fragmenti vestigia esse in ipsis *Pauli* verbis, ubi ait: Obpuiat, verberat, a pavendo, hoc est feriendo: unde pueri, quod puniendo coercentur, id est plagis: unde et pavimenta. Leg. alii: unde pueri, quod obpuius coercentur. *V. Jan. Dousam ad fr. Lucil. n. 88.*

OBRADIO, as, n. 1. radiis contra splendo. *Isid. Orig. 16, 18.* Obryzum aurum dictum, quod obradiet splendore. F.]

OBRAUCATUS, a, um, part. ab inus. *obrauco*: raucus factus. *Solin. 10.* de gruib.: Volatus desidi- am castigat voce, quae cogit agmen: ea ubi obraucata est, succedit alia.

OBRENDARIUS, a, um, adj. qui obruendus, sive defodiendus est: pro *obruendarius*, ut *obri* pro *obru* in *Inscr. ap. Marin. Frat. Arv. p. 341.* Jaolenae Tycheni Narcissus conservae bene merenti fecit, quod se voluit obri. Hinc *Obrendaria vasa*, seu fictilia sarcophaga in *Inscr. ap. Fabr. p. 14, n. 63.* Magna Tyche fecit sibi, et caris suis T. Magnio Aniceto, et T. Magnio Eutycho, et Q. Tillio Figuliano bene merentibus, et libertis libertabusque, posterisque eorum. H. M. D. M. A. (h. e. hinc monumento dolus malus abesto). Item T. Claudio Honorato, et Claudiae Marcellae amicis fidelissimis vasa obrendaria dua fecit, et donavit. Hic vero vides, locum sepulturae nobiliorem datum fuisse a Magna Tyche tribus prioribus, qui

Tom. III.

ei cognatione vel affinitate juncti fuisse videntur, cari enim vocantur cognati (V. COGNATIO), duobus deinde postremis, qui amici solummodo ejus erant, vasa tantum humo obruenda donata fuisse. P *Obrendarium, ii*, absolute est locus in pavimento ad vasa seu dolia sepulcralia cum integris corporibus obruenda relictus. V. DOLIUM. *Inscr. ap. eund. p. 15, n. 66.* L. Pomponius Cladus, et Claudia Parhesia fecerunt sibi, et suis, posterisque eorum, et M. Quintino Claudiano ollarum N. XII. ab imo in summo cum obrendario (V. *ib.* plura huc pertinentia). Alia ap. *Donat. 393, 13.* P. Aelius Victor Juliae Scriboniae conjugii dulcissimae, sibi, libertis libertabusque eorum, maceriam a fundamentis sua impensa circumclusit cum pariete, qui habet ollas N. XX. ab imo in summo cum obrendario. [**Hunc locum quam plurimis adjectis retractavit F.*]

OBREPO, is, psi, ptum, n. 3. *ἐπιπροσέχομαι*, *παρέχω*, contra et clam, aut sensim repo, latenter et tacite advenio: ductum a bestiis, quae sensim, paulatim, et tacito motu ingrediuntur. *Tibull. 1, 9, 59.* Et possim media quamvis obrepere nocte, Et strepitu nullo clam reserare fores. *Plin. 10, 73, 94.* Feles quidem quo silentio, quam levibus vestigiis obrepunt avibus! *Gell. 17, 21.* Manlius Gallos in obsidione Capitolii obrepentes per ardua depulerat. P Translate dicitur de iis, quae accedendo sensum fallunt, ut de somno, senectute, morte, luce, etc. *Cic. Sen. 2.* Qui enim citius adolescentiae senectus, quam pueritiae adolescentia obrepit? *Id. Att. 6, 3.* Obrepsit dies, ut vides (mihi enim a. d. ter. cal. Sext. de provincia decedendum est), nec succeditur; et *Div. 2, 67.* Imagines obrepunt in animos dormientium extrinsecus. *Plin. 10, 21, 24.* de gallis gallinaceis: Nec solis ortum incautus patiuntur obrepere. *Op. Her. 19, 46.* Sed movet obrepens somnus anile caput. *Pl. Poen. prol. 14.* de praecone: Nam nisi clamabis, tacitum te obrepet fames; et *Ps. 2, 3, 20.* In labore, atque in dolore mors obrepet interim. *Sen. ep. 45.* Vitia nobis sub virtutum nomine obrepunt. *Id. Ben. 3, 1, extr.* Mihi obrepsit oblitio. *Cic. Planc. 7.* et *Pis. 1.* Plancium non obrepisse ad honorem, sed eo venisse cursu, qui semper patuit ortis equestri loco. *Plin. 36, 3, 3.* Scaurus rudi, et hujus mali improvidae civitati obrepsit. *Flor. 4, 10.* Neque causa, nec consilio, ac ne imaginaria quidem belli indictione, quasi hoc quoque ex arte ducis esset, obrepere; repente in Parthos impetum facit. P De iis, qui decipiendi causa tacite adeunt. *Ulp. Dig. 37, 10, 3.* Si, cum esset pube, quasi impubes obrepsit. *Pl. Trin. 1, 2, 23.* Nunquam tu, credo, mihi imprudenti obrepsis; et 4, 2, 132. Nimis argute obrepsisti in eapse occasiuncula. P De iis, quae falsa cum sint, specie tamen veri in animum influunt. *Gell. 6, 12.* Obrepsisse videtur Servio falsa quidem, sed non abhorrens, neque inconcinna quasi mentis quaedam in hoc vocabulo significatio. Sicut C. quoque Trebatio eadem concinnitas obrepsit: sc. quod *testamentum a mentis contestatione dictum sit.* P Passive impersonaliter. *Quint. decl. 291, extr.* Obreptum est credulitati tuae: non amabat, qui potuit occidere. *Imp. Sever. ap. Ulp. Dig. 27, 1, 1.* Si potuerit probari, obreptum esse praetori.

OBREPTICIUS, a, um, adj. per obreptionem factus. *Imp. Honor. et Theod. Cod. 3, 6, 3.* Obrepticia petitio alteri obesse non debet. In *Cod. Theod. 4, 2, 6.*, ubi eadem haec lex habetur, pro *obrepticia* legitur *obrepta*.

OBREPTIO, onis, f. latens et fallax aditio, *παρόνοια*, *κλέψια*. *Arnob. 5, 162.* Cum incautus et propter obreptionis, esset rejectus a furto. *Frontin. Strateg. 2, 5, med.* Ventidius Parthos aggressus per obreptionem. *Ulp. Dig. 2, 4, 10.* Adrogari per obreptionem: sc. reticendo aliquid, quod adrogationem impediisset: quae et *subreptio* dicitur. *Imp. Honor. et Theodos. Cod. 5, 8, 1.* Vetusti juris ordine praetermissio, obreptione precum aliquid postulare: *nox dicitur ibi.* precum subreptio.

OBREPTIVE, adv. per obreptionem, latenter. *Imp. Valent. Theodos. et Arcad. Cod. Theod. 16, 1, 4, extr.* Qui contra hanc dispositionem nostram obreptive, aut clanculo supplicare tentaverint.

OBREPTIVUS, a, um, adj. clandestinus, obrepens, ut *Obreptiva supplicatio*, *Sym. ep. 5, 64.* (al. 66.)

OBREPTO, as, avi, atum, n. 1. frequent. ab *obrepo*. *Pl. Pers. 1, 2, 27.* Operatae ne fuerint, ne quis obreptaverit. *Cic. Att. 6, 5, f.* Et mihi decessionis dies *λεληθότως* obreptat.

OBREPTUS, a, um, part. ab *obripio*. V. OBREPTICIUS.

OBRETIO, is, ivi, itum, a. 4. *ἐπιλέω*, reti aliquem circumdo, obvium rete accipio. *Lucr. 3, 385.* neque aranei tenuia fila Obvia sentimus, quando obretimur euntes.

OBRETIUS, es, n. 2. tribuitur *Op. Amor. 3, 1, 33.* Altera, si memini, limis obrisit ocellis. Al. leg. *subrisit*.

OBRIgeo, es, ui, n. 2. *ἀβρύνω*, totus frigore contrahor, induresco, rigidus fio. *Cic. N. D. 1,*

10. Pars (terrae regionum) obriguerit nive, pruinaque. *Id. Verr. 2, 4, 40, extr.* Ita Sopater de statua, cum jam paene obriguisset, vix vivus auferitur.

OBRIgesco, is, n. 3. obrigeo, vel obrigere incipio. *Sen. ep. 82.* Quid ergo? Viro non vel obrigescere satius est? sc. quam mollem et effeminatum fieri. *Luc. ap. Non. 2, 219.* Pars difflatur vento, pars obrigescit frigore.

OBRIIMA, ae, fluvius Phrygiae majoris, prope Apamiam, in Maeandrum incidens. *Liv. 38, 15, med. Plin. 5, 29, B. A.*

OBROBORATIO, onis, f. rigor nervorum. *Veg. Vet. 3, 85.* Quod si a nimio dolore etiam obroboratio fuerit subsecuta. *Pelag. Veter. 7, f.* Sane si a dolore et obroboratio fuerit subsecuta.

OBRODO, is, osi, osum, a. 3. *περιεργάζω*, circumrodo. *Pl. Amph. 2, 2, 92.* Ut quod obrodatur, sit, animo si male esse ceperit, h. e. quod gustet, sumat in cibum.

OBROGATIO, onis, f. actus obrogandi. *Auct. ad Her. 2, 10.* Cum duae leges inter se differunt, videndum est, num qua obrogatio, aut derogatio sit. V. v. sq.

OBROGO, as, avi, atum, a. 1. contra rogo, contra scisco. *Obrogare*, cum de legibus agitur (neque vero alia in re usum habet), est legis prioris infirmandae causa legem aliam ferre, ut ait *Paul. ex Festo*. V. ABROGO. *Cic. Phil. 1, 9.* Quid, quod obrogatur legibus Caesaris, quae jubent, etc.? *Suet. Claud. 23.* Capiti Papiae legis edicto obrogavit. *Liv. 9, 34.* Cum duae contrariae leges sunt, semper antiquae obrogat nova. Al. leg. *abrogat*. [**Ita saepissime confund. obrogare et abrogare.* V. praeter l. *Suet. l. ib. Caes. 28.* ubi pro vulg. *quando nec plebisc. Pomp. postea abrogasset* emendatum est: *quando et — abrogasset.* V. B. Crus. et Brem.] P Est etiam intercedere, opponere se, ne lex perferatur. *Flor. 3, 15.* Obrogare auso legibus suis Minucio, Capitolium invasit; et 17, f. Ausus tamen obrogare de legibus consul Philippus.

OBROSUS, a, um, part. ab *obrodo*: circum rosus. *Plin. 37, 2, 7.* Calix obroso margine. Al. leg. *abroso*.

OBROCTANS, antis, part. ab inusit. *obrocto*: in faciem alicui ructans. *Appul. Apol.* Hanc fabram technam animadverti in medio foro tibi obroctantem.

OBROMPPO, is, upi, uptum, a. 3. idem ac *rumppo*. *Varr. R. R. 3, 10.* de aserib.: In pascendo, si radicem prehenderunt, quam educere velint e terra, obrumpunt collum. Al. leg. *abrupunt*: quae lectionis varietas est etiam in illo *Pall. 1, 19.* Horreo providendum structurae diligentia, ne rimis possit obrumpi.

OBRUO, is, ui, utum, a. 3. *προσπειρώω*, operio, sepelio; cui contrarium est *eruo*. *Cic. N. D. 2, 49.* Ranae marinae dicuntur obruere sese arena solere. [**Id. Off. 3, 11.* Cyrsilum quandam lapidibus obruerunt: ita melius locum collocasse videmur, quem Noster infra alieno loco posuerat. Ceterum *Orell. c. recentt. leg. cooperuerunt.*] *Id. Sen. 7.* Nec vero quemquam senum audivi oblitum, quo loco thesaurum obruisset. *Id. N. D. 2, 52.* Crocodilos dicunt, cum in terra partum ediderint, obruere ova. [**Liv. 30, 6.* Obruerant itinera portarum, i. e. obstruxerant, moles et impedimenta objecerant.] *Op. R. Am. 173.* Obrue versata Cerealia semina terra. [**Ita Colum. 11, 2, med.* Milium circa calend. Novembr. melius obruitur; et paulo post: Ante aliam sementem potest lupinum obrui; et 3, med. Beta semine obruitur: quos locos jure *Forc.* hic posuisse videmur, antea nescio cur a separatim adscriptos.] *Plin. 26, 3, 8.* Obruere aegros veste, sudoresque omni modo ciere. *Virg. A. 1, 73.* submersaque obrue puppes. Sic *ib. 6, 336.* quos obruit auster. [**Poterat hic continuo commemorari illud Ulp. Digg. 9, 2, 29, med.* si navis alteram contra se venientem obruisset, h. e. mersisset.] *Lucr. 6, 864.* roriferis terram nox obruit umbris. *Op. Trist. 1, 2, 34.* Dumque loquor, vultus obruit unda meos. [**Huc pertinent etiam, quae pravo consilio Noster longo spatio sejunxerat, in quibus positum est pro sepelire.*] *Festus in Statua*: Cujus ossa in Vulcanali, quod est supra comitium, obruta sunt. *Tac. A. 1, 29.* Tradunt plerique intra tabernaculum ducis obrutos. *Inscr. ap. Mur. 39, 4.* Sed Arcejanum me obrueret solum. V. OBRENDARIUS. [**Adde Suet. Cal. 59.* cadaver levi cespite obrutum est. P Porro referri huc poterant ea, in quibus v. *obruendi* continet notionem opprimendi, oppressum tenendi:] *Virg. A. 2, 411.* telis Nostorum obruimur. [**Lucan. 4, 774.* rectis eminus hastis Obruitur: non vulneribus, nec sanguine, solum Telorum nimbo peritura ac pondere ferri. Ita etiam *Liv. 21, 55.* Obruti sunt insuper velut nube jaculorum a Balearibus conjecta.] *Stat. Th. 11, 573.* Concidit, et totis fratrem gravis obruit armis. *Val. Fl. 4, 160.* et *Stat. Achill. 1, 190.* Obruere alicui ora caestu. *Lucan. 9, 672.* Sopor obruit aliquem. P [**Translate multifariam usurpatur. Ita multis in locis est tegere, celare, delere, abolere.*] *Cic. Fin. 1, 17, f.* Ut adversa quasi per-

Avertere aliquid de publico quam obscurissime per magistratum solebant. Id. Fam. 1, 5. f. Amicum ex consularibus neminem tibi esse video praeter Hortensium, et Lucullum: ceteri sunt partim obscurius iniqui, partim non dissimulanter irati. P Non obscure, manifeste, palam. Hirt. B. G. 8, 54. Neque obscure haec duae legiones uni Caesari detrahuntur. Suet. Vesp. 6. f. Deposita similitudine, quam ex aemulatione non obscure gerebat. P Non obscure ferre aliquid, minime dissimulanter ferre, sed ita ut omnes agnoscant notas animi commoti. Cic. Par. 6, 1. extr. Itaque istam paupertatem tuam nunquam obscure tulisti. Id. Cluent. 19. f. Neque id obscure ferebat, nec dissimulare ullo modo poterat. P Refertur ad tenebras orationis. Cic. Fin. 2, 5. Heraclitus, cognomento qui oxovovos perhibetur, quia de natura nimis obscure memoravit. Id. Cat. 1, 4. Non agam obscure. Gell. 11, 16. f. Qui ne pluribus quidem verbis potuerim non obscurissime dicere, quod a Graecis uno verbo planissime dicitur. Id. 17, 13. Quadrarium particula ista usum esse obscurissime. P Et ad ignobilitatem generis. Macr. Sat. 7, 3. med. Commendat scomma et conditio dicentis, ut si irrideat obscure natus obscurus. Ammian. 29, 1. Palladius quidam obscurissime natus.

OBSCUREFACIO, is, a. 3. obscuro. Est Nonii 2, 601.

OBSCURITAS, atis, f. oxovos, obscuratio, tenebrae, opacitas, caligo. Tac. H. 3, 11. Obscuritas latebrarum, quibus occultebatur, vacantium forte balnearum fornacibus additus. Plin. 2, 18, 16. Atra obscuritas. Id. 23, 1, 20. Falernum creditum est obscuritatem visus facere. Id. 37, 3, 12. Medetur oculorum obscuritatibus. [*De discrimine inter obscuritas et tenebrae, V. in h. v.] P Translate est obscuratio rei aut orationis, unde oritur intelligendi difficultas, et dubitatio. Cic. Or. 3, 13. f. Tanta insolentia ac turba verborum, ut oratio, quae lumen adhibere rebus debet, ea obscuritatem et tenebras afferat. Id. Cluent. 27. In ea obscuritate ac dubitatione omnium, Canutio placuit, etc. Id. Fin. 2, 5. Cum rerum obscuritas, non verborum, facit, ut non intelligatur oratio. Id. Div. 1, 18. Non reperio causam. Latet fortasse obscuritate involuta naturae; et ib. 2, 54. Adhibuit etiam latebram obscuritatis, ut iidem versus alias in aliam rem posse accommodari viderentur; et ib. 64. Obscuritates et aenigmata somniorum. P Item ignobilitas generis, qua quis parum notus est aliis. Cic. Off. 2, 13. Quorum prima aetas, propter humilitatem et obscuritatem, in hominum ignoratione versatur. Tac. H. 1, 84. Cujus splendore et gloria sordes et obscuritatem Vitellianarum partium perstringimus. Flor. 1, 6. Nec obscuritas inhibuit, quamvis matre serva natus. Id. 3, 1. med. Obscuritas generis.

OBSCURO, as, avi, atum, a. 1. εἰρηάζω, oxovos, obscurum reddo, tenebras affero, noctem offundo, opaco. Cic. N. D. 2, 38. Tenebras cogitemus tantas, quantaes quondam eruptione Aetnaeorum ignium finitimas regiones obscuravisse dicuntur. Id. Fin. 3, 14. Obscuratur et offunditur luce solis lumen lucernae. Sall. fragm. ap. Non. 8, 45. Nebula coelum obscurabat. Virg. A. 12, 253. Volucres aethera obscurant pennis. Plin. 2, 10, 7. Nullum aliud sidus eodem modo obscuratur; quo sensu usurpat etiam Catull. 66, 3. P Pro officere luminibus. Ulp. Dig. 8, 2, 8. Qui tollendo obscurat vicini aedes. V. LUMEN. P Pro contigere, obvolvare. Hor. Sat. 2, 7, 55. caput obscurante lacerna. Cic. Cat. 1, 3. Neque nox tenebris obscurare coetus nefarios potest. V. OBSCURATUS. P Translate. Pl. Trin. 3, 2, 40. Scio, te sponte non tuapte errasse, sed amorem tibi Pectus obscurasse. P Saepe est tegere, abscondere, suppressere, ut videri, cernique plane non possit. Cic. Fin. 4, 12. Quae minimae sint voluptates, eas obscurari saepe, et obrui; et ib. f. Nummus in Croesi divitiis obscuratur; et Verr. 2, 3, 57. Magnitudo lucri obscurabat periculi magnitudinem; et Marc. 9. extr. Tuas laudes nulla unquam obscuratura est oblivio; et Arch. 1. Neque enim est hoc dissimulandum, quod obscurari non potest: sed prae nobis ferendum. Trahimur omnes laudis studio, etc. Quint. 4, 2. med. Qui obscurare veritatem vult, narrat falsa pro veris. Cic. Part. 5. Firmamenta ad fidem posita aut per se diluenda, aut obscuranda, aut digressionibus obruenda, h. e. declinanda, et dissimulatione tegerenda. P Item ignobilem, seu ignotum reddere. Sall. Cat. 8. Fortuna res cunctas ex lubricine magis, quam ex vero celebrat, obscuratque. Plin. Pan. 69. Nobilitas non obscuratur, sed illustratur a principe. Id. ib. 55. Arcus, et statuas, aras etiam templaque demolitur, et obscurat oblivio, negligit, carpitque posteritas. Ennius ap. Macr. Sat. 6, 1. med. Multi alii adventant, paupertas quorum obscurat nomina. P Item dicendo involvere, ut minus intelligatur. Cic. Att. 2, 20. Si erunt mihi plura ad te scribenda, ἀλλήλοφθαλμῶς obscurabo; et Cluent. 1. Nihil me subterfugere voluisse reticendo, nec obscurare dicendo. Suet.

Tib. 70. Affectatione, et morositate nimia obscurabat stilum. Quint. 8, 2. med. Apud T. Livium invenio, fuisse praecceptorem aliquem, qui discipulos obscurare, quae dicerent, juberet, Graeco verbo utens, oxovovos. P Obscurare litteras est loquendo parum exprimere. Quint. 9, 4. med. M littera quoties ultima est, et vocalem verbi sequentis ita contingit, ut in eam transire possit, etiam si scribitur, tamen parum exprimitur, ut (Virg. A. 1, 7.) Multum ille, etc., adeo ut paene ejusdam novae litterae sonum reddat: neque enim emitur, sed obscuratur, et tantum aliqua inter duas vocales velut nota est, ne ipsae coeant. [*V. Ernest. Lex. technol. lat. rhet. p. 269.] P Obscurare vocem, minus claram reddere, fuscam, obtusam. Id. 11, 3. Ut tibiae, eodem spiritu accepto, alium clausis, alium apertis foraminibus, alium non satis purgatae, alium quassae sonum reddunt; ita fauces tumentes strangulant vocem, obtusae obscurant, rasae exasperant, convulsae fractis sunt organis similes.

OBSCURUS, a, um, adj. oxovovos, luce carens, tenebrosus, caliginosus, opacus. Sunt qui putant esse ex ob, et inusitato scurus, quod sit a oxovovos, umbrinosus. [*Doederl. 3, 167. ortum putat ex participio obscurus, obscurus verbi cujusd. obsculo, formam ducentis ab oculo. Hinc synonymiam verbis occultus et obscurus vel potius unam eandemque significationis rationem tribuit: de qua v. infra.] Hor. Od. 1, 7, 15. Albus ut obscuro deterget nubila coelo Saepe Notus. Virg. A. 9, 87. lucus Nigranti picea, trabibusque obscurus acernis; et ib. 12, 416. Venus obscuro faciem circumdata nimbo. Id. G. 1, 468. Sol caput obscura nitidum ferrugine textit. Sall. Jug. 57. et Virg. A. 2, 420. Obscura nox; et ib. 6, 453. umbra; et ib. 139. Obscurae convales; et G. 4, 60. nubes. Liv. 24, 21. Post occasum solis, jam obscura luce. Sall. Jug. 24. Ubi plerumque noctis processit, obscuro etiam tum lumine. Hor. A. P. 229. Obscurae tabernae. Ov. Met. 4, 100. Obscurum antrum. Id. Fast. 4, 758. Obscurae aquae. P Absolute. Tac. H. 4, 50. Obscuro adhuc coepitae lucis. Virg. G. 1, 478. sub obscurum noctis. P Obscurum, adverbii more, obscure. Lucan. 5, 631. nec fulgura currunt Clara, sed obscurum nimbus dissilit aer. P Obscurus etiam dicitur, qui in tenebris est, qui non cernitur, qui latet. Virg. A. 6, 268. Ibant obscuro sola sub nocte per umbram; et ib. 2, 135. Limosque lacu per noctem obscurus in ulva Delitui; et G. 4, 424. ipsa procul nebulis obscura resistit. Mart. 1, 50. Aestus serenae auro franges Tago, Obscurus umbris arborum. P Translate est involutus, implicitus, opertus, latens, cerni, intellige difficilis. Cic. Div. 1, 51. med. Quod erant multa obscura, multa ambigua, explanationes adhibitae sunt interpretum. Id. Or. 1, 39. Obscurum et ignotum jus. Id. ib. 2, 36. Videre res obscurissimas. Id. Agr. 2, 14. Cur hoc tam est obscurum atque caecum? Stat. Silv. 5, 3, 109. si famae obscura jaceres, h. e. famae incognita, ut ait Liv. 42, 52. P Non obscurus, manifestus, patens. Cic. Fam. 13, 70. Non est obscura tua in me benevolentia. Virg. G. 1, 229. Haud obscura cadens mittit tibi signa Bootes. [*Genus causae obscurum, Gr. δυσπαρολοιδόγητον, Cicero In. 1, 15. est, in quo aut tardi audiores sunt, aut difficilioribus ad cognoscendum negotiis causa implicita est. Quint. 4, 1, 40 et 62. eandem perplexas causas dicit. — Obscurum etiam vocatur, quod secreto et sine teste aut argumento ab accusatore factum dicitur, ap. Quint. 5, 13, 16. Deinde obscuram orationem dicit id. 8, 3, 50. etiam illud loquendi genus, quod Graeci μλωρον, cum sermoni deest aliquid, quominus plenus sit. Ernest. Lex. technol. lat. rhet. p. 269. sq.] P Obscurus de eo, qui in dicendo est implicitus, abstrusus, difficilis. Hor. A. P. 25. brevis esse laboro, Obscurus fio. Cic. Div. 2, 64. Quid? poeta nemo, nemo physicus abstrusus? ille vero nimis etiam obscurus, Euphorion: valde Heraclitus obscurus. P Ignotus, latens. Nep. Dat. 1. Obscuriora sunt ejus gesta pleraque. Caes. B. C. 1, 61. Caesaris autem in Barbaris erat nomen obscurius. P Ignobilis: metaphora inde ducta, quod viri nobiles omnibus conspicui sunt et cogniti: contra qui humili genere sunt orti, tanquam in tenebris agentes, nemini innotescunt. Cic. Off. 1, 32. Obscuris orti majoribus. Id. Verr. 2, 5, 70. Pompejus humili atque obscuro loco natus. Vell. 2, 76. f. Salvidienus natus obscurissimis initiis. P Tectus, simulatus, fictus, astutus, cujus animum non facile perspicias. Cic. Off. 3, 13. f. Hoc celandi genus non est hominis aperti, simplicis, ingenui; versuti potius, obscuro, astuti, fallacis, malitiosi, calidi, veteratoris, vafri. [*V. Beier.] Hor. Ep. 1, 18, 94. plerumque modestus Occupat obscuro speciem, taciturnus acerbi. Tac. Agr. 42. Domitiani natura praecipit in iram, et quo obscurior, eo irrevocabilior. Id. A. 4, 1. Tiberium variis artibus devinxit adeo, ut obscurum adversum alios, sibi uni incautum intectumque efficeret. Ov. Met. 6, 36. Talibus obscuram resecuta est Pallada di-

etis, h. e. sub imagine anus latentem. Adde Cic. Div. in Verr. 2. P [*Synonymiam vel potius unam eandemque vv. obscurus et occultus significationis naturam Doederl. 1. supra laud. ostendit his locis: Cic. Fam. 3, 10. In obscuro odio apertas inimicitias. Hor. Ep. 1, 14, 37. Non odio obscuro morsuque venenat. Tac. Agr. 42. Domitiani natura praecipit in iram, et quo obscurior, eo irrevocabilior; coll. Ann. 4, 7. occultus odii. Cic. Off. 3, 13. — Id. Fam. 3, 10. med. Si me astutum et occultum lubet fingere.] P Obscura vox, fusca, obtusa, non plene emissa. Quint. 11, 3. med. Vox in miseratione debet esse flexa et flebilis, et consulto quasi obscurior: at in egressionibus fusa, et securae claritatis. P Obscurus cantus, vocis conformatio cantui proxima. Id. ib. Non et Cicero dicit, esse aliquem in oratione tantum obscuriorem? P [*Obscura verba sunt, nimis prisca, et quae a paucis eruditissimis intelliguntur. V. Fortunatian. Rhet. p. 71. ed. Pith. Ernest. in Lex. technol. lat. rhet. p. 270.] P Obscura mamma ap. Val. Fl. 3, 526. est tecta, vestita, strophio praecincta. V. OBSCURATUS. P Obscurus locus, abditus, occultus. Liv. 10, 1. Ex eo loco obscuro multa vulnera accepta. P Obscura funda, tecta, occulta, non visa. Val. Fl. 6, 193. Dysanta Caresus, Strymonaque obscura spargentem vulnera funda Dejicit. P Per obscurum, latendo. Sen. ep. 19. Vitam per obscurum transmittere.

OBSECRATIO, onis, f. λειψή, κατενχή, actus obsecrandi, obtestatio, deprecatio. Cic. Inv. 1, 16. Prece et obsecratione humili ac supplici uti. Id. Font. 17. Alicujus obsecrationem repudiare. Quint. 6, 1. Obsecratio iudicium, per carissimam pignora, utilis erit, h. e. ad iudices facta. Just. 24, 8. Proinde ne cunctarentur hostem caedere, et victoriae Deorum socios se adungere, summis obsecrationibus monebant. P De publica supplicatione. Cic. Har. resp. 28. f. Constituendae nobis quidem sunt procuraciones, et obsecratio. Liv. 4, 21. Obsecratio a populo, dumviris praecentibus, est facta. Id. 26, 23. et 27, 11. Supplicatio circa omnia pulvinaria, et obsecratio in unum diem indicta. (In supplicatione liberum erat cuilibet quibus liberet verbis uti: in publica obsecratione praescripta formula utebantur.) Id. 31, 9. Supplicationibus habitis jam, et obsecratione circa omnia pulvinaria facta. Supplicatio his locis est universus ille ritus, qui erga Deos in obsecrando publice adhibebatur: obsecratio ipsae preces. P Item obsecratio, juramentum. Just. 24, 2. Quo praesente apud Deos patrios, quibus vellet obsecrationibus, se obligaret. P A Cicero Or. 3, 53. [*Adde Inv. 1, 56.] inter figuras sententiarum enumeratur: fitque cum per Deos et sacra quippiam exposcimus. V. dicta in DEPRECATIO, Graece est δέησις. Jul. Rufin. de fig. sent. et eloc. Deesis obsecratio, vel obtestatio, qua Deos oramus, aut homines. Cic. Dejot. 3. Per dexteram istam tuam ego obtestor, etc. Virg. A. 3, 599. per sidera testor, Per superos, atque hoc coeli spirabile lumen, Tollite me, Teucri.

OBSECRATUS, a, um, part. ab obsecro: enixe rogatus. Sall. Jug. 27. A Numidis obsecrati, tri-duo navim ascendere. Caes. B. C. 2, 5. Nominatim evocati, atque obsecrati.

OBSECRE, as, avi, atum, a. 1. καταδύομαι, προσελπιπέω, enixe oro, precor, obtestor, deprecor: ex ob, et sacer, quasi per sacra et Deos peto, vel, ut ait Paul. ex Festo, opem a sacris peto. Plus est, quam oro. [Ceterum homines, non Dii obsecrabantur; ait enim Front. ad Anton. Imp. (ed. A. Maio) 1, 2. med. In oratione tua Cyzicena, cum Deos precareris, et = si fas est, obsecro = addidisti; quod ego me non memini legisse: obsecrari enim et resecurari populus aut iudices solebant. Attamen Pl. Rud. 3, 3, 36. Venus alma, te obsecramus, ut, etc. F.] Ter. Ad. 3, 4, 26. Venit ipsus ultro, lacrumans, orans, obsecrans. Ubi Donatus: Orare est placidos petere: obsecrare, iratos rogare: unde plus facit obsecrans, quam orans. [Id. Ad. 3, 2, 36. Qui se dicebat ita obsecraturum, ut, etc. F.] Cic. Verr. 2, 2, 17. Quod, multis lacrymis cum eum oraret atque obsecraret, impetrare non potuerat. Id. Att. 11, 2. f. Oro, obsecro, ignosce; et ib. 1. et Sext. 69. f. Id ut facias, te obtestor atque obsecro. Id. Quint. 39. Te obsecrat obtestaturque Quintus per senectutem ac solitudinem suam. Id. ad Quir. 7. Pro mea vos salute non rogavit solum, verum etiam obsecravit. Pl. Bacch. 4, 9, 102. Nunc si me fas est obsecrare abs te, pater, Da mihi ducentos nummos, te obsecro. Ter. Heaut. 5, 5, 4. mi vir, te obsecro, Ne facias; et ib. pater, obsecro, mihi ignoscas. P Obsecrare precibus ap. Marcell. ad Cic. Fam. 4, 11. Cum non solum consilium daret, sed precibus quoque me obsecraret. Plin. ep. 4, 9. med. Bassus multis precibus, paene etiam lacrymis obsecrabat, implerem meum tempus. Plin. alter 28, 2, 3. Vidimus certis precationibus obsecrasse magistratus. P Cum accus. rei. Cic. Quint. 31. f. Itaque te hoc obsecrat, ut, etc. Plin. ep. 9, 29.

no verbis novissime et novissimus uti observantissime vitavit.

OBSERVANTIA, ae, f. observatio, animadversio. *Vell.* 2, 106. Felicitate et cura ducis, temporum quoque observantia, classis, quae Oceani circumnavigaverat sinus, flumine Albi subvecta. P Item custodia, obediencia. *Val. Max.* 2, 7. extr. Massilienses quoque ad hoc tempus usurpant disciplinae gravitatem, prisci moris observantia conspicui. *Pomp. Dig.* 1, 2, 2. med. Verginius indignatus, quod vetustissima juris observantia in persona filiae suae defecisset, etc. *Ulp. ib.* 29, 1, 1. Testamenta, quae possint in controversiam deduci, si ad diligentiam legum, et observantiam revocentur. P Praeterea observantia est, inquit *Cic. Inv.* 2, 22, per quam aetate, aut sapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes veremur, et colimus. *Id. Balb.* 28. Consilium hominis probavit, fidem est complexus, officia observantiamque dilexit. *Liv.* 1, 35. Obsequio et observantia in regem cum omnibus certasse. *Cic. Quint.* 18. f. Id egit, ut amicis observantia, rem parsimonia retineret. *Id. Fam.* 12, 27. Sex. Aufidius observantia, qua me colit, accedit ad proximos. *Id. Fam.* 13, 23. extr. Hominem summa probitate, humanitate, observantiaque cognoscas; et *ib.* 28. Est enim in eo cum virtus, et probitas, et summum officium, summaque observantia; tum studia illa nostra, etc. P Pro cultu divino, et religione. *Impp. Grat., Valent. et Theodos. Cod. Theod.* 16, 5, 12. Sectae, quas verae religionis venerabili cultu Catholicae observantiae fides sincera condemnat. *Impp. Honor. et Theodos. ib.* 54. Nisi ad observantiam Catholicam mentem propositumque converterit.

OBSERVATE, adv. observanter. *Gell.* 2, 17. Observate, curioseque animadvertit M. Tullius.

OBSERVATIO, onis, f. παρατήρησις, actus observandi, animadversio, notatio. *Cic. Brut.* 8. Verborum quasi structura, et quaedam ad numerum conclusio natura magis tum, casuque nonnunquam, quam aut ratione aliqua, aut observatione fiebat. *Id. Div.* 1, 1. Chaldaei diuturna observatione siderum scientiam putantur effecisse. *Id. Off.* 2, 24. med. Valetudo sustentatur notitia sui corporis, et observatione, quae res aut prodesset soleant, aut obesse; et *ib.* 1, 11. f. Adeo summa erat observatio in bello movendo. *Pl. Mil.* 2, 6, 5. observationi operam dare. *Plin.* 17, 21, 35. n. 5. Quondam in observatione erat, ut defringerentur ex imputata buxo. *Id.* 18, 25, 61. Varro in fabae satu hanc observationem custodiri praecepit. *Id.* 22, 23, 47. Dare observationes aliquas coquendi. *Id.* 2, 46, 45. Graeci veteres prodidere de his (ventis) observationes. Adde *eund.* 7, 51, 52. *Suet. Gr. f.* Reliquit non mediocrem silvam observationum sermonis antiqui. *Quint.* 8, 3. med. *Tavroloyta* vitium videri potest: in quod saepe incidit etiam Cicero, securus tam parvae observationis. P Item observantia, reverentia, cultus. *Val. Max.* 1, 1. n. 8. Quominus religionibus suis tenor, suaeque observatio redderetur. *Impp. Grat., Valent. et Theodos. Cod. Theod.* 12, 1, 112. Observatio Christianitatis. *Idem ib.* 104. Animi divina observatione devincti.

OBSERVATOR, oris, m. σκοπός, qui observat. *Plin. Pan.* 40. Nemo observator, nemo castigator assistet. *Sen. ep.* 41. Sacer intra nos spiritus sedet, malorum bonorumque nostrorum observator et custos. *Imp. Constant. Cod. Theod.* 16, 5, 1. Catholicae legis observatores.

OBSERVATRIX, icis, f. quae observat. *Tert. Cor. mil.* 4. Consuetudo confirmatrix, fides observatrix.

OBSERVATUS, a, um, part. ab *observo*: animadversus, notatus, consideratus. *Virg. A.* 2, 754. et *ib.* 9, 393. vestigia retro Observata legit. *Or. Met.* 15, 373. res observata colonis. *Plin.* 7, 51. 52. Signa letalia Hippocrati observata. *Val. Max.* 5, 4. n. 7. Curiosius observatus. *Gell.* 14, 1. med. Stellae a Chaldaeis observatae. P Servatus, custoditus. *Id.* 7, 18. in lemmate: De observata custoditaeque apud Romanos jurisjurandi sanctimonia. P Cultus. *Cic. Planc.* 16. Eas tribus officiis ab hoc observatas, non largitione.

OBSERVATUS, us, m. idem ac observatio. *Varr. R. R.* 2, 7. Ex observatu dicunt, eum equum habere annos sexdecim.

OBSERVATIO, is, a. 4. inservio, subservio. *Appul. Dogm. Plat.* 1. Cetera membra ancillari, et observare capiti. Al. leg. *subservire*.

OBSERVITO, as, a. 1. frequent. ab *observo*. *Cic. Div.* 1, 45. Deorum voces Pythagorei observitaverunt. Al. leg. *observaverunt*. [*Vulg. hab. Orell.] *Massur. Sabin.* ap. *Gell.* 10, 15. f. Eaedem ferme caerimoniae sunt, quas flaminicas Diales seorsum ajunt observitare. *Appul. de Deo Socrat.* Observitare omina. Adde *Met.* 8.

OBSERVARE, as, avi, atum, a. 1. εὐνοκπέω, παρατηρέω, circum servo, oculis animoque adverto, noto, speculor. *Pl. Aul.* 1, 1, 14. Oculos ego istos, improba, effodiam tibi, Ne me observare possis, quid rerum geram. *Id. Truc.* 4, 1, 11. procul hinc observabo, meis fortunis quid fuerit.

Virg. G. 4, 512. philomela Amisso queritur fetus, quos durus arator Observans, nido implumes detraxit, h. e. captans insidiose. *Pl. Cist.* 1, 3, 20. clam observavit servus, Quo haec puellam deferat. *Id. Trin.* 1, 2, 133. Lupus observavit, dum dormitarent canes. *Cic. Verr.* 1, 16. Homines in speculis sunt, observant, quemadmodum sese unusquisque gerat. *Q. Cic. Pet. cons.* 14. Fac, ut se abs te custodiri atque observari sciant. *Pl. Men.* 1, 2, 13. Malo cavebis, si sapi; virum observare desines. *Trabea ap. Cic. Tusc.* 4, 31. Lena delinita argento nutum observavit meum, quid velim, quid studeam. *Cic. Div.* 1, 1. Observare motus stellarum. *Id. Rosc. Am.* 8. occupationem alicujus, et aucupari tempus. *Id. Fam.* 11, 16. tempus epistolae alicui reddenda. *Id. N. D.* 2, 48. Araneolae ex inopinato observant, et si quid incidit, arripiunt. *Id. Or.* 62. Insidiari et observare. *Varr. R. R.* 3, 9. med. In supponendo ova observant, ut numero sint imparia. [**Suet. Caes.* 65. observandum se admonens, i. e. attendendum, quid ageret. *Intpr. Gall.* il avertissoit son armée, de ne point le perdre de vue. *Ner.* 23. adversarios observare, (in certamine.) Gr. παρατηρεῖν.] P Translate. *Callistr. Dig.* 5, 1, 46. Observandum est, ne is iudex detur, quem altera nominatim pars petit. *Cic. Div.* 2, 21. Etsi causae non reperiantur istarum rerum, res tamen ipsae observari animadvertique possunt. [**Suet. Claud.* 22. Observavit sedulo, ut sq. i. e. curavit, pro more servavit; et *Aug.* 57. Observatum etiam est, ne cet. nostr. *beobachten.*] P De iis, qui animadvertunt reprehendendi causa. *Ter. Ad. prol.* 1. Postquam poeta sensit, scripturam suam ab iniquis observari. *Cic. Brut.* 82. Nimum inquirens in se, atque ipse sese observans, metuensque, ne vitiosum colligeret, etiam verum sanguinem deperdebat. [**Suet. Caes.* 67. delicta neque observabat omnia, i. e. attentius curabat. *Seq.* neque exsequabatur, h. e. puniebat.] P Est etiam verbum augurum, ut *servare*. *Virg. A.* 6, 198. Observans, quo signa ferant (columbae), quo tendere pergant. Ubi *Serv.*: Observare, et de coelo, et de avibus verbo augurum dicitur. P Ponitur et pro custodire. *Pl. As.* 2, 2, 7. Illic homo aedes compilavit. Vae illi, qui indiligenter observat januam. *Id. Mil.* 2, 3, 57. et *Sen. Hippol.* 223. Observare fores. *Or. Met.* 1, 513. Non ego sum pastor: non hic armenta gregesque Horridus observo. P Et translate servare, tueri, obtemperare. *Cic. Off.* 2, 11. med. Quin etiam leges latronum esse dicuntur, quibus pareant, quas observent. *Caes. B. G.* 5, 35. Observare praeceptum diligentissime. *Sall. Jug.* 82. imperium. *Sil.* 17, 78. foedus. *Tac. A.* 4, 37. Facta dictaque Augusti vice legis observare. *Cic. Cluent.* 42. Neque perinde, ut rem judicatam, observaverunt animadversionem auctoritatemque censoriam. *Id. Fam.* 13, 27. Gratias ago, quod meas commendationes tam diligenter observes. *Tac. G.* 9. extr. Auspicia sortesque, ut qui maxime, observant. *Sall. Jug.* 55. Pars cedere, alii insequi: neque signa, neque ordines observare. *Cic. Att.* 5, 21. med. Observare centesimas cum anatocismo anniversario. [**Suet. Aug.* 92. Auspicia et omina quaedam pro certissimis observabat; et *ib.* Observabat et dies quosdam. (*Intpr. Gall.* il ne negligeoit ni les auspices, ni les augures; *mor.* il observoit avec soin les jours sinistres.) Gr. *γυλιάνειν.*] P Pro considerare. *Tac. A.* 14, 6. Observans etiam Aecroniae necem, simul suum vulnus aspiciens. P Pro conservare, servare. *Lepid. ap. Cic. Fam.* 10, 35. Exercitus consuetudinem suam in civibus observandis retinuit. Al. leg. *conservandis.* [*ita Orell.] P Saepae est colere, venerari, assidue cum aliquo esse honoris et officii causa: quasi attente observando tempora, et loca, quibus adesse, inservire, et gratificari alicui possis. [*Gr. *θεραπεύειν.*] *Festus*: Observare dicitur, qui observat, quid cuiusque causa facere debeat: itaque is observat, qui coluisse alicui dicitur. *Cic. Planc.* 18. Neque hoc liberis nostris interdendum est, ne observent tribus suos, ne diligant. *Virg. G.* 4, 210. regem non sic Aegyptus, et ingens Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes Observant. *Cic. Fam.* 5, 8. med. Me, ut alterum parentem, et observat, et diligit; et *ib.* 4, 3. extr. et *Att.* 2, 19. extr. Colere, et observare alicuique; et *Fam.* 6, 10. Aliquem observare et colere; et *ib.* 9, 20. f. Observare alicuique perofficiose et amanter; et *ib.* 6, 10. diligenter. [**Suet. Vesp.* 6. qui principatus dies in posterum observatus est, i. e. pro festo, solemnibus habitus. Cf. etiam *Herzog.* ad *Caes. B. G.* 7, 16.] P Part. *Observans V. s. l. Observaturus ap. Liv.* 9, 30. Negaverunt, eam lectionem se observaturos.

OBSIDES, idis, m. et f. ὄμηρος, qui in bello traditur alterius partis imperio, ea lege, ut si qui dedit, a fide recedat, is qui accepit, jus habeat et potestatem in corpus vitamque ejus, qui traditus est. Ita porro videtur appellatus ab *obsidendo*. Hinc male *Festus* in *Ob*: Obsides pro Obsides, qui ob fidem patriae praestandam dantur. *Caes. B. G.* 1, 14. Ut obsides accipere, non dare consueverint. *Cic. Manil.* 12. Obsides alicui imperare. *Sall. Jug.*

58. dedere. *Just.* 7, 3. dare in pignus futurae pacis. *Liv.* 34, 35. f. Obsides, ea ita futura, daret quinque, quos imperatori Romano placuisset. *Nep. Them.* 7. Retinere alicuique obsidem. *Or. Met.* 8, 47. Me tamen accepta poterat deponere bellum Obside. P Ita dicitur etiam extra bellum, quicumque in alicujus rei fidem traditur, sponsor. *Nep. Phoc.* 2. med. Phocion negavit esse periculum: seque ejus rei obsidem fore, pollicitus est. *Cic. Verr.* 2, 3, 53. Tantum quod aratoribus Metellus obsides non dedit, se nulla in re Verri similem futurum; et *Cluent.* 66. Accipere alicuique obsidem nuptiarum; et *Cat.* 4, 2. Parvulus filius, quem mihi videtur amplecti republica, tanquam obsidem consulatus mei. *Caes. B. G.* 6, 2. Civitates jurejurando inter se confirmant, obsidibusque de pecunia cavent. *Or. Her.* 2, 34. Qui mihi conjugii sponsor et obses erant. *Sen. Hipp.* 89. Cur me in penates obsidem invisos datam, Hostisque nuptam, degere aetatem in malis Lacrimisque cogis? P De rebus inanimis. *Cic. Cat.* 4, 5. Habemus a C. Caesare sententiam, tanquam obsidem perpetuae in rempublicam voluntatis. *Id. Coel.* 32. Habet a M. Coelio republica duas accusationes vel obsides periculi, vel pignora voluntatis, h. e. certa argumenta, ne periculum ab eo timeatur. [*Praeferenda unice Abramii interpretatio, quam laud. *Schütz.* in *cl. Cic. s. h. v.*: Coelius accusationibus istis quasi pignus et auctoramentum fidei dedit, de periculo capitis haudquaquam deprecando, si ea ipse commiserit, de quibus alios accusavit.] *Quint.* 12, 7. Crediti sunt etiam clari juvenes obsidem republicae dare malorum civium accusationem. Adde *Cic. Cluent.* 30. f. [*Verba sunt: Stalenus hanc damnationem obsidem dederat Balbo: nostr. *Ge-währschaft.* V. *Gronovii observ.* 2, 8. f. p. 141. ed. Fr.]

OBSESSIO, onis, f. πολιόρκησις, actus obsidendi. *Cic. Dom.* 3. Obsessione templorum, occupatione fori. *Caes. B. C.* 3, 24. Obsessionem omittite. *Suet. Caes.* 58. Obsessione castrorum nunciata. *Cic. Pis.* 17. Obsessio militaris viae, h. e. interclusio, occupatio.

OBSessor, oris, m. πολιόρκητής, qui obsidet. *Cic. Dom.* 5. Fori depopulator, obsessor curiae. *Liv.* 9, 15. Obsessor Luceriae urbis. *Tac. H.* 3, 73. Plus pavoris obsessis, quam obsessoribus intulit. P Item qui sedet, et moratur in aliquo loco. *Pl. Ps.* 3, 2, 18. de coquo: Hoc ego fui hodie solus obsessor fori. *Or. Fast.* 2, 259. hydrus obsessor aquarum.

OBSessus, a, um, part. ab *obsideo*: obsidione cinctus, conclusus, occupatus, insensus. *Sall. Jug.* 26. Quintum jam mensem obsessus teneor. *Virg. A.* 2, 802. Danaique obsessa tenebant Limina portarum. *Caes. B. G.* 3, 24. Obsessis viis, commeatu intercluso. *Cic. Rosc. Am.* 11. Pater occisus nefarie, domus obsessa. *Id. Cat.* 4, 9. Patria obsessa facibus et telis impiae conjurationis. [**Vat.* 7. obsessus tribunatus (Fannii) atque afflictus dicitur, in quo saepe a Vatino erat impeditus et vexatus.] *Caes. B. C.* 1, 84. Tandem omnibus rebus obsessi, petunt, etc. P Cinctus, circumdatus. *Sil.* 8, 477. Obsessae campo squalente Fregellae. *Or. Met.* 15, 717. Trachasque obsessa palude. P Imbutus, oppletus, et quasi possessus. *Id. ib.* 9, 581. Et pavet obsessum glaciali frigore pectus; et 5, 632. Occupat obsessos sudor mihi frigidus artus. *Virg. G.* 3, 508. it naribus ater Sanguis, et obsessas fauces premit aspera lingua. P Translate. *Sen. Herc. Fur.* 1112. Pectora tantis obsessa malis. *Id. Agam.* 136. Obsessa mens. [*De iudice jam occupato ab oratore, ut in ejus causam propendeat. *Cic. Or.* 62. Quum is, qui audit ab oratore jam obsessus est ac tenetur.] P Obsitus. *Or. Met.* 11, 363. palus densis obsessa salictis. P Possessus. *Tibull.* 4, 1, 139. Tyrio tellus obsessa colono.

OBSIBILO, as, a. 1. sibilo, exsibilo. *Appul. Met.* 11. Arborea austrinis laxatae flatibus, elementi motu brachiorum dulces strepitus obsibabant. [**ἠδὲν ἐπιθροῖζον.* Bailey.]

[OBSIDATUS, us, m. ὀμῆσις, obsidum traditio, obligatio. *Ammian.* 23, 7. f. Ne quid committeretur per indutias contrarium pactis, obsidatus specie viri celebres altrinsecus dantur. *Id.* 16, 12. med. Pater ejus diu obsidatus pignore tentus in Galliis. **Vet. Schol.* in *Juven.* 2, 164. In obsidatum datus. V. D. A. G. *Cramer.* ad l. B. A. V. **OBSIDIUM.** F.]

OBSIDEO, es, ēdi, essum, n. 2. περιεσθίζομαι, circa sedeo, subsisto, consideo. [*Quid differant hoc verbum et *obsido*, V. in h. v.] *Ter. Ad.* 4, 6, 6. nunc vero domi Certum obsidere est, donec redierit. [*V. *Ruhnck.*] *Val. Fl.* 2, 237. Effugiunt properae: sed dira in limine conjux Obsidet, h. e. stat, egressum prohibitura. P Item occupo, detineo, insideo, [**sich wo aufhalten.* *Pl. Rud.* 3, 3, 36. Venus alma, te obsecramus, ut hanc tua pace aram obsidere patiare, etc. *Plin.* 11, 18, 19. Ranae stagna et rivus obsidet: quos locos recte ex §. anteced. huc traxisse videmur. Item quae Noster in f. hujus §. exempla posuerat ista: *Pl.*

aequum quidem, obsistere. Id. Sen. 20. Audacter obsistere alicui. Sen. Hippol. 788. nullaque lucidis Nubes sordidior vultibus obstitit. [*Oc. A. Am. 2, 697. Nec platanus, nisi sera, potest obsistere Phoebo, i. e. potest arcere solis radios, ardorem. V. Gron. Obscure. 1, 5, 50. p. 31. sq. ed. Fr.] P Cum infinito. Tac. G. 34. Obstitit Oceanus in se simul, atque in Herculem inquiri, h. e. impediit, vetuit. P Passive impersonaliter. Cic. Fin. 4, 7. Magnitudine animi facile potest repugnari obsistitque fortunae. Ov. Met. 1, 58. vix nunc obsistitur illis. P Quae in praeterito efferuntur, ad Obsto etiam referri possunt, quoquam est illud commune. P Part. Obsistens ap. Liv. 41, 26. Obsistentibus ad exitum Celtiberis.

OBSITUS, a, um, part. ab obsero, is: circum satus, plantatus, obsessus, occupatusque variis ac densis plantis. Ov. Met. 13, 719. Proxima Phaeacum felicibus obsita pomis Rura petunt. Id. Amor. 3, 6, 1. Amnis arundinibus limosas obsite ripas. Id. Met. 11, 234. Myrtea silva subest bicoloribus obsita bacis. Liv. 28, 2. Confragosa loca, et obsita virgultis. P Item simpliciter satus, seminatus. Varr. R. R. 1, 44. Multum interest, in rudi terra, an in ea seras, quae quotannis obsita sit. P Translate est tectus, involutus, obiectus. Hor. Od. 1, 18, 11. non ego te, candide Bassareu, Invitum quatiā, nec variis obsita frondibus Sub divum rapiam. Ov. Met. 4, 724. terga (marinae belluae) cavis super obsita conchis. Virg. A. 7, 790. Io jam setis obsita, jam bos. Suet. Cal. 35. Hunc constringi sine mora jussit, et pannis obsitum vicatim circumduci. Curt. 5, 6. med. Montes obsiti nivibus. Lucan. 2, 367. Obsita funerea celatur purpura lana. Gell. 2, 6. f. Quidquid nimis inculcatum obsitumque aliqua re erat, ut incuteret visentibus facie nova horrorem, id squalere dicebatur. P Translate est etiam sentus, squalidus, horridus. Ter. Eun. 2, 2, 5. Video sentum, squalidum, aegrum, pannis, annisque obsitum. Virg. A. 8, 307. obsitus aevo. Tac. A. 4, 28. illuvie ac squalore. Sen. Herc. Fur. 627. et Agam. 991. Unde tam foedo obsitū pædore nati? h. e. situ et sordibus ex diuturno carcere, aut ex inopia. Liv. 2, 23. Obsita squalore vestis. Id. 29, 16. Legati obsiti squalore et sordibus. Val. Max. 2, 9. n. 5. Horridae vetustatis rubigine obsitum imperium. Enn. ap. Cic. Tusc. 1, 21. obsita tenebris loca. Lucan. 5, 627. Non coeli nox illa fuit: latet obsitus aer Infernae pallore domus. Sen. Troad. 20. nube ceu densa obsitus, Ater fayilla squallet liliaca dies. Fest. in Pedib. Pedibus obsitus; et Prud. in Symmach. 1, 576. obsita nugis ingenia. [*De discrimine inter oblitus et obsitus. V. in illo v.]

OBSOLEFACIO, is, eci, actum, a. 3. Arnob. 5, 160. Ne illam vis temporis et vetustatis obsolefaceret longitudo.

OBSOLEFACTUS, a, um, part. ab obsolefacio. Sen. ep. 90. f. Rivi non opere, nec fistula, nec ullo coacto itinere obsolefacti, sed sponte currentes. Id. ep. 29. Auctoritas obsolefacta. Val. Max. 3, 5. n. 1. Candida toga turpitudinis maculis obsolefacta, h. e. inquinata vitiiis. Tert. Virg. vel. 11. Jam et vox obsolefacta est, et membra completa sunt, et pudor ubique vestitur, et menses tributa dependunt, [*i. e. gravitatem, asperitatemque nata est.]

OBSOLEFIO, is, actus sum, anom. pass. Suet. Aug. 89. extr. Admonebat, ne paterentur nomen suum commissionibus obsoleferi, [*i. e. vilesceere.] V. v. sq.

OBSOLEO, es, lui et levi, etum, n. 2. ἀπαρῶν-οἰμα, in usu non sum, antiquus sum, vim, aut splendorem amitto. Cic. Phil. 2, 41. In homine enim turpissimo obsolebant dignitatis insignia. Al. leg. obsolescebant, alii obsolefiebant: [*ita Orell. et Manil. 17. Obsolevit jam ista oratio, re multo magis, quam verbis refutata. Id. Inv. 1, 26. med. Quae propter vetustatem obsoleverunt. Est qui leg. obsoleverunt. Praesens obsoleo agnoscitur a Prisc. 9, 872.]

OBSOLESCO, is, n. 3. exolesco, desuesco, deficio, vetus fio, vim aut splendorem amitto, ἀπαρῶν-οἰμα: ex ob, et soleo: vel ex obs, et oleo, cresco. Varr. L. L. 8, 10. His (verbis) oportet, si possis, non uti: sic enim obsolescent. Cic. Acad. 1, 3. med. Haec inclusa habebam, et ne obsolescerent, renovabam, cum licebat, legendo. Id. Sext. 28. Virtus splendet per se semper, neque alienis unquam sordibus obsolescit. Id. Agr. 1, 7. Solum hoc in republ. vectigal est, quod amissis aliis, remanet; intermissis, non conquiscent: in pace nitet, in bello non obsolescit, [*i. e. ne in bello quidem prorsus deficiat.] Sen. Ben. 3, 1. Quae recentia apud illos vignerunt, ea interjecto spatio obsoleverunt. Plin. Pan. 4. Enituit aliquis in bello, sed obsolevit in pace. Gell. 2, 23. Quae Latina sunt, Graecarum (comœdiarum), quas aemulari nequeverunt, facit atque luminibus obsolescunt [*obscurantur]; et Tac. A. 4, 26. Ne laus obsolescat. Appul. Flor. n. 17. Tragoedi adeo ni quotidie proclamant, claritudo arteriis obsolescit.

OBSOLETE, adv. antique, sordide. Cic. Verr. 2, 1, 58. Paulo tamen obsoletius vestitum videret. OBSOLETO, as, a. 1. obsolefacio, obsoletum reddo. Tert. Apol. 15. Majestatis vestigia obsoletant. Id. adv. Gnost. 6. med. Qui vestitum obsoletassent nuptialem.

OBSOLETUS, a, um, part. ab obsoleo, ἄπρωτος, ἄπρωτος, [*vetustate absumptus, corruptus, detritus, vilis, desitus. Hor. Od. 2, 10, 5. obsoletum sordibus tectum, i. e. ruinisum. Liv. 27, 34. Erat veste obsoleta. Cic. Agr. 2, 5. Vestitu obsoletiore. Nep. Ages. 8. Vestitu humili atque obsoleto. Appul. Flor. n. 19. Qui exsequias venerant, circumstare omnes tristissimos et obsoletissimos vestitu. Prud. neq. oreq. praef. 26. obsoletum vasculum. Ita et homo tali veste indutus obsoletus dicitur. Cic. Pis. 36. f. atque inde obsoletus Thessalonicam — venisti. P Hinc de iis, quae propter nimium usum esse in usu desierunt, altväterisch, aus der Mode gekommen. Cic. Or. 3, 37. Abjecta atque obsoleta verba fugere. Cic. Verr. 2, 1, 21. Vereor, ne haec forte cuiquam nimis antiqua, et jam obsoleta videantur. Id. Quint. 18. Haec vulgaria et obsoleta sunt: res autem nova atque inaudita. Id. Font. 15. Studiis militaribus apud juventutem obsoletis, [*i. e. quae in usu versari ap. juv. desierunt]; et fragm. ap. August. C. D. 2, 21. Antiquos mores ita oblivione obsoletos videmus, ut non modo colantur, sed etiam ignorentur. Just. 30, 4. Ferentes in bellum alii majorum suorum antiquam et obsoletam gloriam, alii nitentem recentibus experimentis virtutis florem. P Hinc i. q. vulgaris, alltiglich, opp. novus et inauditus. Cic. Verr. 2, 5, 44. obsoleta crimina. Or. 3, 9. Si paulo obsoletior fuerit oratio: nos: gemeine Sprache, quae nullum delectum verborum nec ornatum habet, communem dicendi usum sequitur. Liv. 30, 42. med. Populo R. gusitata ac prope jam obsoleta ex victoria gaudia esse. P Contemptus propter nimium usum, in pretio haberi desitus: gemein, schlecht. Nep. Mil. 6. Populi nostri honores quondam fuerunt rari et tenues, ob eamque causam gloriosi: nunc autem effusi atque obsoleti. V. Brem. ad h. l. Colum. 4, 30. Graeca salix flavi coloris est, Gallica obsoleti purpurei; et 2, 11. f. Cicera sapore nihilo differt a cicercula, colore tantum discernitur: nam est obsoletior, et nigro propior. P Denique est sordidus, inquinatus. Hor. Epod. 17, 46. O nec paternis obsoleta sordibus. Sen. Agam. 979. caede respersam viri, Atque obsoletam sanguine hoc dextram abluo, h. e. pollutam, contaminatam.]

OBSOLIDATUS, a, um, part. ab inus. obsolido, solidatus, firmatus. Vitruv. 2, 3. Tectorio inducto, rigideque obsolidato permanente.

OBSOLIDUS, a, um, adj. idem ac obsolidatus. V. EXSOLIDO. F.]

OBSONATIO, onis, f. obsonii coemptio. Donat. ad Ter. Andr. 2, 2, 32. V. OBSONATUS.

OBSONATOR, oris, m. ὀψώνης, qui emit obsonia. Sen. ep. 47. Obsonatoribus dominici palatus subtilis notitia est. Pl. Mil. 3, 1, 73. Primarius parastus, obsonator optimus. Mart. 14, 217. cui lemma Obsonator. Dic, quotus, et quanti cupias coenare, nec unum Addideris verbum: coena parata tibi est. P Fuit etiam inter officia domus Augustae. Hinc in Inscr. ap. Mur. 916, 10. Taurio obsonator Popaee Aug.

OBSONATUS, us, m. ὀψώνια, obsonium, vel obsonii apparatus. Pl. Truc. 4, 2, 27. Dare minam in obsonatum.

OBSONITO, as, n. 1. frequent. saepe obsono. Cato ap. Fest. Postea centenis obsonitavere. Significat autem convivari.

OBSONIUM, ii, n. ὀψώνιον, quiddid praeter panem et vinum cibi gratia paratur, et coquitur: et praesertim pisces: unde ὀψωνίον ap. Plat. in Sympos. probl. 4, 4. et Athen. 7, 3. sunt, qui piscibus delectantur. Nep. Them. 10. narrat, donasse Persarum regem Themistoeli Myuntem urbem in Ionia, quae ei obsonium praebet, quia ad mare sita erat, et piscosa. Quanto autem in pretio ap. Romanos fuerint pisces, Maer. Sat. 2, 11 et 12. docet. Juven. 4, 61. Exclusi expectant admissa obsonia patres, h. e. rhombum. Simile quid habes ap. Pl. Bacch. 1, 1, 64 et 69. et Cas. 2, 8, 57. et sqq. et Petr. fragm. Trag. 39. Burm. ait, in signo Piscium obsonatores nasci. Plin. 31, 7, 41. de sale: Ad obsonium, et cibum utilior quisquis facile liquescit. Hor. Sat. 1, 2, 9. Obsonia coemere. Juven. 11, 134. Obsonia rancidula. Pl. l. c. Bacch. Tu facito obsonatum nobis sit opulentum obsonium. Id. Merc. 3, 3, 22. Obsonium curare. Plin. 20, 13, 49. condire. Pl. Stich. 3, 1, 36. Obsonare. Sen. V. B. 17. scindere; et Petr. fragm. Trag. 36. Burm. carpere; et ib. Scissor ad symphoniam gesticulatus laceravit obsonium. P Dici potest etiam de pomis, et nucibus, quae cum pane comeduntur. Plut. l. c. Plin. 15, 19, 21. Fici panis simul, et obsonii vicem siccatae implent. P Dausy. placet opsonium scribi, sequendo Graecas litteras. V. ABSIS.

OBSONO, as, avi, atum, a. 1. et Obsonor, aris, atus sum, dep. 1. ὀψέω, obsonium paro, cibos in coenam coemo. Pl. Aul. 2, 4, 1. Postquam obso-

navit herus, et conduxit coquos; et ib. 15. hic non poterat de suo Senex obsonari filiae in nuptiis? Ter. Andr. 2, 6, 20. Vix drachmis est obsonatus decem. Pl. Stich. 3, 1, 36. egomet ibo, atque obsonabo obsonium. Id. Mil. 3, 1, 154. obsonatum pergam. Id. Men. 2, 2, 4. Obsonatu redire; et ib. 45. satin hoc, quod vides, Tribus vobis obsonatum est? an obsono amplius? P Convivia agitare, laute vivere. Ter. Ad. 1, 2, 37. Obsonat, potat, olet unguenta de meo. Adde 5, 9, 7. P Obsonare famem, acueri, excitare. Cic. Tusc. 5, 34. Socratem ferunt, cum usque ad vesperum contentius ambularet, quaesitumque esset ex eo, quare id faceret, respondisse, se, quo melius coenaret, obsonare ambulando famem, [*h. e. famem quasi obsonii loco adhibere.]

OBSONO, as; n. 1. a sono, as: obsonare alicui sermone, est alicui loquenti obstrepere. Pl. Ps. 1, 2, 74. male facis mihi, cum sermone huic obsonas. Ps. taceo.

[OBSOPESCO, is, n. 3. soporem contraho. Not. Tir. p. 135. Obsopit, obsopitus, obsopesco. F.]

OBSOPIO, is, ivi, itum, a. 4. Scrib. Comp. 180. extr. A somni tempore prohibere, ne obsopiantur.

OBSOPITUS, a, um, part. ab obsopio: valde sopitus. Solin. 12. f. Odoris novitate obsopitus; et ib. 30. med. Somno obsopitus.

OBSORBEO, es, ui, a. 2. idem quod sorbeo, vel totum sorbeo. [*Rectius Lindem. ad Pl. Mil. 3, 2, 22, ubi v., docet ob in verbo obsorbere, (Gr. ἐπιρροεῖν) nihil aliud indicare, quam impetum et aviditatem, qua quis sorbeat: coll. Lamb. qui expos.: ore rotundo sorbui, vel raptim et uno spiritu, uno ductu, ad sitim celeriter sedandam; sic autem dictum, ut obduxi, obligurivi, et similia.] Pl. Mil. 3, 2, 21. Dii me perdant, Si bibere potui. P. qui jam? L. quia enim obsorbui. Nam nimis calebat. Id. Curc. 2, 3, 34. Vin' aquam? Curc. si frustulenta est, da obscuro hercle, obsorbear. Id. Truc. 2, 3. f. sentio aperiri fores, Quae obsorbent quiddid venit intra pessulos. Lact. Mort. persecut. 21. Ursis homines non plane comedendi, sed obsorbendi objectabantur. [*Hor. Sat. 2, 8, 24. Ridiculus totas simul obsorbere placentas: ita recte Heindf. cum pluribus ead. pro absorbere.]

OBSORDESCO, is, ui, n. 3. sordidus fio. Prud. Apoth. 214. Ne coma fusa humeris fumo obsordecas amaro. Caecil. ap. Non. 7, 604. Obsorduit jam haec in me aerumna, h. e. obsolevit, ut Non. ib. explicat.

OBSOSTACULUM, i, n. ὀστῆμα, impedimentum. Prud. Hamart. 601. Rumpere obstacula. Nazar. Pan. Constant. 7. Quis crederet, tantis successibus tuis ullum obstaculum fore? Adde Arnob. 2, 62. et Appul. Flor. n. 18. med. Qui Plauto tribuant Ps. 1, 5, 10. male tribuunt.

OBSSTANS, antis, part. ab obsto, qui obstat. Hor. Ep. 1, 14, 9. obstantia claustra. Ov. Am. 1, 11, 8. Moras obstantes pellere. Tac. A. 1, 50. Caecinna praeire, et obstantia silvarum moliri jubetur.

OBSSTANTIA, ae, f. Vitruv. 6, 1. med. Propter obstantiam aeris; et 8, 1. f. Obstantia umbrarum.

OBSSTERNO, is, travi, atum, a. 3. ante sterno, substerno. Appul. Apol. Uxorem fratris misero puero objicit, et obsternit. Addunt quidam Ennii fragmentum ex quodam Glossario, referente Merula ad fragm. Enn. p. 551. Fulvii Nobilis obstravit certamine crebro. Sed al. leg. Futvii Nobilior stravit, etc.

OBSSTETRICIUS, a, um, adj. ad obstetricem pertinens. Arnob. 3, 166. Manus obstetricias quaerere. P [Translate. Front. de oration. (ed. A. Maio) p. 246. Sensus dictu periculosum, et paene opstetricium pulcherrimo cultu, et honestissimo ornatu protulisti, h. e. tua dexteritate mollium, et quasi obstetricia manu in lucem editum. F.] P Obstetricia, h. e. obstetricum officia. Plin. 35, 11, 40. n. 33. Jove Liberum parturiente inter obstetricia Dearum.

OBSSTETRICO, as, a. 1. obstetricis officio erga aliquam fungor. Tert. ad Nat. 2, 12. med. Hunc (Saturnum) vobis patriarcham Deorum Coelum, et Terra, poetis obstetricantibus, procreaverunt. Hinc Vulg. interpres Exod. 1, 16. Quando obstetricabitis Hebraeas mulieres, etc.; et ib. 19. Ipse enim obstetricandi habent scientiam. F.]

OBSSTETRIX, icis, f. μαῖα, femina quae parturientibus adsidet: ex ob pro ad, vel circum, et sto, vel sisto. Ter. Ad. 3, 1, 5. Mittere ad obstetricem; et 3, 2, 56. Obstetricem accessere. Pl. Cist. 1, 2, 22. peperit sine obstetricis opera, et sine doloribus. Id. Capt. 3, 4, 96. an tu fuisti meae matris obstetrix? Hor. Epod. 17, 51. et tuo Cruore rubros obstetrix pannos lavit. Plin. 28, 6, 18. Obstetricum nobilitas. [Front. ad Verum Imp. (ed. A. Maio) ep. 1. med. Regum pueris in utero matris summa jam potestas destinata est; opstetricis manu imperium adipiscuntur. F.] P In duob. lapidibus ap. Grut. 636, 5. et 6., [in alio in Effemer. Rom. T. II. p. 303. et ap. Front. l. c. scriptum est

opstetrix, ex facili nempe permutatione litterarum b et p. V. OBSTETRICIUS et OPTINEO. F.]

OBSTINATE, adv. ἀνερδώς, obstinato animo, pertinaciter, perseveranter. *Caes. B. G. 5, 6.* Postquam id obstinate sibi negari vidit. *Ter. Andr. 1, 5, 8.* Itane obstinate operam dat, ut me a Glycerio miserum abstrahat? *Pl. As. 1, 1, 10.* Ita me obstinate aggressus, ut non audeam profecto etc. *Liv. 28, 14.* Obstinate credere. *Plin. ep. 1, 12. med. indurare. Suet. Caes. 29.* Obstinatius omnia agere. *Id. Tib. 67.* Obstinatissime recusare. P In bonam partem, constanter. *Id. Tit. 8.* In ceteris desideris omnium hominum obstinatissime tenuit, ne quem sine spe dimitteret.

OBSTINATIO, onis, f. ἐπιμονή, nimia perseverantia, pertinacia, pervicacia. *Cic. Prov. cons. 17.* Quae ego omnia non ingrato animo, sed obstinatione sententiae repudiavi: [*aus Festigkeit in meinen Grundsätzen.] *Nep. Att. f. Preces ejus taciturna sua obstinatione compressit. Plin. ep. 10, 97.* Pervicacia, et inflexibilis obstinatio debet puniri. P In bonam partem firmitas, constantia. *Sen. ep. 94.* In dolore pro remedio futura est obstinatio animi. *Tac. H. 3, 39.* Blaeso super claritatem natalium, et elegantiam morum, fidei obstinatio fuit. P In plur. num. habet *Tert. ad N. 1, 17.*

OBSTINATUS, a, um, part. ab obstino: ἀνερδώς, nimis constans, pertinax, immotus, obfirmatus, perseverans, ut tenere possit, ut ait *Fest.*, qui videtur ducere ex obs, et teneo. V. OBSTINO. Adhibetur tum in bonam, tum in malam partem. *Attius ap. Fest. Sall. Cat. 37. et Liv. 3, 47.* Obstinate animo aliquid facere. *Cic. Att. 1, 11.* Incredible est, quanto mihi videatur illius voluntas obstinator, et in hac iracundia obfirmator. *Liv. 6, 3. f.* Quibus animi in spe ultima obstinati ad decertandum fuerant. [*Suet. Caes. 15. obstinatos ad resistendum, i. e. certos resistere, quidquid contra ageretur.] *Id. 2, 40.* Multo obstinatius adversus lacrimas muliebres erat. *Quint. 12, 1.* Obstinatus contra veritatem. *Sen. ep. 71. med.* Popularium pro rege suo virtus obstinatissima. *Catull. 8, 11.* Sed obstinata mente perfer, obdura. *Sen. Hippol. 854.* Obstinatum necis consilium. *Liv. 1, 58.* Vincere obstinatum pudicitiam. *Tac. H. 5, 5.* Obstinata fides. [*Cf. Boettich. Lex. Tac. s. h. v.] *Hor. Od. 3, 11, 7.* Dic modos, Lyde, quibus obstinatas applicet aures. P Seq. infin. *Liv. 9, 25.* Obstinati portas claudere, si exercitus admoveatur; et 42, 65. Jam obstinatis mori spes affulsit. [*V. Gloss. Liv. p. 449.] P *Obstinatum est mihi*, statutum, deliberatum, certum est. *Liv. 2, 15. f.* Quando id certum atque obstinatum est, etc. *Plin. Pan. 5.* Obstinatum tibi non suscipere imperium, nisi, etc.

OBSTINET dicebant antiqui, quod nunc ostendit, ut in veteribus carminibus. Sed jam de coelo candens aurora obstinet suum patrem. Haec *Festus*.

OBSTINO, as, avi, atum, a. 1. obfirmato et perseveranti animo quippiam expeto, obfirmo animum in aliqua re: est ab ob, et obsoleto [*stano, quod idem est c. Gr. ὀρέω, v. in destino.] stino, quod a ὀρέω, seu ὀρέω, areto, angusto, unde etiam destino, et praestino. *Pl. Aul. 2, 2. f.* Credo illum jam inaudisse, mihi esse thesaurum domi: Id inhiat, ea affinitatem hanc obstinavit gratia. [**Tac. H. 2, 84.* Vespasiano — ad obtinendas iniquitates haud perinde obstinante.] P Absolute, sq. infinito. *Liv. 23, 29.* Obstinaverant animis aut vincere, aut mori. P Passive *Pacuv. ap. Fest.* Obstinari exorsus.

OBSTIPEO, es, ui, n. 3. obstupesco: quasi stipes fio. *Tert. carm. de Judicio Dom. 360.* Obstipere quidem plures, patuisse sepulcra, etc. *Id. carm. ad senat. 3.* Obstipui monitus. Alii rectius leg. *obstupuere, et obstupui.* Tribuunt et *Pl. Poen. 1, 2, 49.* quid, malum, Adstans obstipuisti? Al. leg. *obstupuisti.* *Pier.* tamen ad A. 5, 404. et ib. 2, 774. et alibi testatur, se in optim. MSS. tum *Virg.* tum *Hor.* et *Terent.* vidisse *stipeo*, et *obstipeo*, pro *stipuo*, et *obstipuo*. V. OBSTUPESCO.

OBSTIPIO, as, a. 1. *Pl. Merc. 4, 5, 16.* in veterib. edit., teste *Taubman. p. 1272.* Gradus grandit, emittit oculos, circumfert sese, obstipat verticem, h. e. caput quodammodo stipat et [*non abscondit, ut Noster interpretatus erat, sed retrorsum flectit: ut solent superbientes. V. in obstipus. Ita sanus locus, vulgataque lectio probe tenenda videtur: licet sint, qui spuria haec existiment.] Sunt qui addunt alium ejusdem locum *Cist. 2, 3, 37.*, sed ibi *obspat* legendum.

OBSTIPUS, a, um, adj. [*stipitis instar, sive rigida immotaque ratione aliquo inclinatus, obliquus oppon. rectus. Hinc varie variis in locis est explicandum. *Obliqui* in alterum humerum, in alterum latus *inclinati* notionem habet ap. *Lucr. 4, 516.* Et libella aliqua si ex parti claudicat hilum, Omnia mendose fieri, atque obstipa necessum est, etc. *Fest. leg. obstipa.* Porro ap. *Colum. 7, 10.* Fabricantium signa sunt, cum obstipae sues transversa capita ferunt, etc. Earum notanda sunt capita, quam in partem proclinentur, i. q. *Plin. 8, 51, 77.* caput obliquum in incessu, indicem suis

invalidae dicit. Ita *Cic. in Arat., N. D. 2, 42.*, Gr. λὸζόν κάρη, caput Draconis, in alterum latus declive, vertit: obstipum caput et tereti cervice reflexum. (*German.* tamen in *Arat.* habet 61. Serpentis declive caput; et *Arion. 155.* ipsaque forma Verticis, in nutum veluti curvata parumper flectitur, atque Helicis caudam spectare videtur. *Noster* adscripsit: *Declive et curvatum in nutum in anteriorem partem deflexum significat.*) Quam significationem, *deflexi in anteriorem partem*, aperte habet ap. *Hor. Sat. 2, 5, 92.* Davus sis comicus atque Stes capite obstipo multum similis metuenti; et ap. *Pers. 3, 80.* aerumnosique Solones Obstipo capite, et figentes lumine terram. — Ap. *Suet. Tib. 68.* *cervix rigida et obstipa* est, cum attollitur nimis, in tergumque reclinatur caput: idque arrogantiae signum vulgo habetur, talisque cervix apparet in nummis prolati a *Spanhemio* ad *Juliani Caesares: Casaub.* eumque sequutus *Noster* *obstipam cervicem* perperam acceperat pro in anteriorem partem *deflexa.* A nostra sententia stant: *Grut. ad Cic. fragm. 4264.* ed. *Gronov. Ernest. Oudendorp. B. Crus. Brem. Heindf.* etc.]

OBSTITUS, a, um, adj. violatus, ut *Fest.* exponit. Hinc *obstita*, de coelo tacta. *Idem:* Obstitum Cloatius, et Aelius Stilo esse ajunt violatum, attackumque de coelo. *Cic. Leg. 2, 9.* Etruriae principes disciplinam docento: quibus Divis creverint, procurant: iidem fulgura, atque obstita pianto. P *Cincius* ap. *Fest.* eum docet *obstitum* dici, qui Deo Deaque obstitit, id est qui viderit, quod videri nefas esset. P Item obliquus. *Enn. ap. Fest.* Montibus obstitis obstantibus, unde oritur nox. *C. Licin. Imbrex* ib. Resupina obstito capitulo sibi ventum facere tunicula. *Lucr. 4, 517.* Omnia mendose fieri atque obstita necessum est. Ita legit *Festus*, alii omnes *obstipa.* *Appul. de Deo Socrat. in.* Luna alienae lucis indiga, denso corpore seu levi, ceu quodam speculo, radios solis obstiti, vel adversi usurpat. P *Obstitum* absolute, obliquitas. *Id. ib. paulo post:* Pro situ, et flexu, et obstito circulatorum. P Etiam in hac significatione ab *obstendo* deducunt *Voss.* et alii, et *obstitus* legunt.

OBSTO, stiti, n. 1. ἀνδραγαθία, [*cum, coram aliquo, apud, contra aliquem sto. Haec prima vocis est significatio debebantque primo loco collocari, quae Noster in f. posuerat, ista:] *Stat. Th. 4, 16.* pueri, innuptaeque, patresque Funduntur mixti, summisque a postibus obstant. *Id. Silv. 1, 2, 23.* et dominae niveis a vultibus obstas. *Lucan. 1, 59.* pars aetheris illa sereni Tota vacet, nullaque obstant a Caesare nubes. [**V. Cort. ad h. l.*] [*Front. Laud. fum. (ed. A. Maio)* Poetae ferunt, Jovi, Junonique cubantibus nubem ab arbitris obstitisse. *V. Homer. Il. 14, 350. F.] Pl. Stich. 2, 1, 14.* Si rex obstabit obviam, regem ipsum prius pervortito. [**Liv. 40, 25.* conferti in portis, obstando magis, quam pugnando castra tubabantur. P Hinc *obstare* usurpatur de iis, quae diversa sunt, prorsus abhorrent. Ita *Lucr. 2, 2, 793.* Quippe etenim multo proclivius exorirentur Candida de nullo, quam nigro, nata colore; Aut alio quovis, qui contra pugnet et obstet. *Sall. Cat. 52, 31.* Videlicet vita cetera eorum huic sceleri obstat, i. e. ita prorsus aliena est ab hoc facinore, ut ab hoc eos vita ante acta defendat et purget. P Tum in universon *obstare* dicitur pro impedimento esse, eadem ratione, quo nostr. *im Wege stehen.] Cic. Acad. 4, 7.* Maxima est in sensibus veritas, si omnia removerentur, quae obstant et impediunt. *Nep. Con. 2.* Hic multum summum ducem impedivit, saepeque ejus consiliis obstitit. *Cic. Rosc. Am. 2.* Quoniam ei pecuniae vita Sex. Roscii obstare et officere videtur; et *ib. 38. f.* Cur mihi te offers, ac meis commodis officis et obstas? *Pl. Mil. 4, 2, 6.* Eos metuo, mihi ne obsint, neve obstant uspiam. *Cic. Mil. 35.* Sibi facinoris suspicionem, non facti crimen obstare. *Pl. Trin. 1, 1, 15.* Quae in rebus multis obstant, odiosaeque sunt. *Cic. N. D. 1, 34.* Quid obstat, quominus sit beatus? *Ter. Andr. 1, 1, 76.* Quid obstat, cur non verae nuptiae fiant? *Sall. in ep. Mithrid. ad Arsac. f.* Quibus non humana ulla, neque divina obstant, quin, etc. *Nep. Mil. 3.* Histiaeus Milesius, ne res conficeretur, obstitit. *Ov. Her. 18, 174.* nobis tam brevis obstat aqua; et *ib. 15, 195.* dolor artibus obstat, h. e. impedit ingenium et industriam. *Id. Fast. 3, 435.* Ne tamen ignaro novitas tibi nominis obstet, Disce, quis iste Deus, etc. *Virg. A. 11, 434.* tantumque bonis communibus obsto. *Val. Fl. 1, 517.* Quid regio immanis, quid barbarus annibus illis Phasis, et aversis proles mea gentibus obstat? *Suet. Tib. 10.* Quidam existimant, adultis jam Augusti liberis, sponte cessisse, ne aut obstare, aut obtrectare praesens videretur. [**Obstare* et *obtrectare* ita differre docet *Brem. ad h. l.* ut hoc significet: non nisi persona, abque omni studio et opera, impedimento esse (*im Wege stehen*): illud, variis etiam in perniciem adhibitis, remediis impedire, quominus alius quis excellat, ut te ipsum extollas.] P Passive impersonaliter. *Cic. Phil. 13, 6.* Nec, si non obstatur,

propterea etiam permittitur. *Ov. Met. 11, 787.* indignatur amans, invitum vivere cogi, Obstarique animae misera de sede volenti Exire. P Part. *Obstans* V. s. l. *Obstaturus* ap. *Stat. Th. 7, 247.* spesne, obstatura Pelasgis Haec vexilla, pater? *Adde Quint. 2, 11. et Front. Aquaed. 123.*

OBSTRAGULUM, i, n. ἐπιβλήμα, obstragula in calcamentis sunt corrigiae, quae decussatae supra pedem, atque inter digitos ductae solem continent; quod in caligis veterum videre est. *Plin. 9, 35, 56.* Quin et pedibus, nec crepidarum tantum obstragulis, sed totis socculis (*margaritas*) adunt. V. OBSTRIGILLUS.

OBSTRANGULATUS, a, um, part. ab inusit. *obstrangulo*, strangulatus. *Translate Prud. Cath. 7, 10.* Obstrangulata mens.

OBSTRÉPERUS, a, um, adj. obstrepens. *Appul. Flor. n. 13.* Occinunt carmine cicadae obstrepero.

OBSTRÉPITACŪLUM, i, n. oblocutio, strepitus, oppositio. *Tert. adv. Marc. 3, 20.* Defensio necessaria adversus obstrepitacula diversae partis.

OBSTRÉPITO, as, n. 1. frequent. ab *obstrepo*, saepe strepo. *Claud. Rapt. Pros. 2, 355.* Obstrepsant lamenta choris.

OBSTREPO, is, ui, itum, n. 3. [*strepitum facio, coram aliquo vel ad, contra, apud aliquem vel aliquid.] *Liv. 21, 56. f.* Nihil sensere Poeni, obstrepente pluvia. *Stat. Th. 11, 247.* pulsus exercitus obstrepsit armis. *Sen. Oed. 454.* Garrula per ramos avis obstrepsit. *Prop. 4, 4, 3.* Lucus erat felix hederoso consitus antro: Multaque nativis obstrepsit arbor aquis. *Hor. Epod. 2, 27.* Fontesque lymphis obstrepunt manantibus: Somnos quod invitet leves. *Id. Od. 2, 18, 20.* Mare Bajis obstrepens. *Ov. Met. 4, 391.* Tympana cum subito non apparentia raucis Obstrepere sonis. *Id. ib. 11, 17.* Bacchi ululatus Obstrepere sono citharae. [**Liv. 37, 29.* Quibus (clamoribus) tubae obstreperet. *Suet. Cal. 55.* si quis saltante eo vel leviter obstreperet. Huc pertinet etiam illud *Sen. ep. 29. f.* Si te videro celebrem secundis vocibus vulgi: si intrante te, clamor, plausus, et pantomimica ornamenta obstreperint: quem locum *Noster* perperam ita infra laudaverat, ut *obstreperere* pro simplici strepere positum dixisset. Liceat hic statim adicere illud *Curtii 6, 10, 14.* Scelerati obstrepente conscientia quam dormire non possint: ita nos quoque dicimus *das Gewissen rührt sich, regt sich.* Porro *Ejusd. 8, 1, 48.* Sed clausae erant aures, obstrepente ira, i. e. turbante, veranque mentis aciem occaecante.] P De iis, qui queruntur, et lugent. *Sen. Herc. Oct. 759.* fata ne, mater, tua Privata credas: jam genus totum obstrepsit. Hunc, ejulatu quem gemis, cuncti gemunt. P Passive. *Ov. Fast. 6, 9.* secretus ab omni Voce locus, si non obstreperetur aquis. *Cic. Marcell. 3.* Tamen ejusmodi res, etiam cum leguntur, obstrepi clamore militum videntur, et tubarum sono. *Val. Max. 8, 15. n. 8.* Quae in Cn. Pompejum et ampla, et nova congesta sunt, hinc assensione favoris, illinc fremitu invidiae litterarum monumentis obstrepunt. P [*Hinc clamore obloqui, dicendo vel quaevis alia movendo turbare, molestiam creare: nos: *stören, belästigen:* Gr. *παροχλήσω.*] *Quint. 6, 4.* Obstrepere ingenti clamore et medios sermones intercepte. *Liv. 1, 40. f.* Primo uterque vociferari, et certatim alter alteri obstreperere. [**Adde 43, 16.* Quum Claudio obstreperetur, audientiam facere praekonem jussit.] *Id. 3, 49.* Eos concio audit, decemviro obstrepsit: [*ubi nota v. *obstreperere* absolute positum.] *Cic. Or. 3, 13.* Tanta insolentia est, ac turba verborum, ut quodammodo ipsi sibi obstreperere videantur. [**Tac. H. 1, 85.* Tumultu verborum sibi ipsi obstrepentes; et ep. 75. seditiosis vocibus obstreperere.] *Cic. Fam. 5, 4.* Ut tibi litteris obstreperere non auderem. P Denique *obstreperere*, ut nostr. *im Wege stehen*, dicitur in universon pro adversari, impedimento esse, obtrectare, detrahere.] *Sen. Herc. Fur. 1031.* Remove parentem, ne tuae laudi obstrepat. *Flor. 4, 2.* Cato adversus potentes semper obliquus, detrectare Pompejum, actisque ejus obstreperere. *Id. 2, 19.* Ne scelera virtutibus obstrepant, separatim proferentur. *Gell. 6, 2.* Huic definitioni ita obstrepunt. P Per catachresin dicitur de lumine. *Plin. 11, 37, 65.* de pupilla oculi: Aliis nigri, aliis ravi, aliis glauci coloris orbibus circumdatis, ut habili mixtura et accipiatur circumjecto candore lux, et temperato repercussu non obstrepat, h. e. non praestringat, et visu impedit.

OBSTRACTUS, a, um, part. ab *obstringo*: καταδεδυμένος, strictus, constrictus, vinctus. *Pl. Amph. 3, 2. extr.* Amphitruonem collo hic obstricto traham. *Flor. 4, 11.* Purpurea vestis ingentibus obstricta gemmis. P *Translate* est devinctus, obliquus. *Cic. Coel. 32. f.* Quam si vobis, si suis conservatis, addictum, deditum, obstrictum vobis ac liberis vestris habebitis. *Id. Planc. 30.* Maximis beneficii vinculis obstrictus. *Caes. B. G. 1, 9.* Quamplurimas civitates suo sibi beneficio habere obstrictas volebat. *Id. B. C. 2, 17.* Obstrictus fide; et *Cic. Att. 12, 43.* religione. *Just. 14, 4.*

jurejurando. Suet. Caes. 27. fenore. Cic. Pis. 13. foedere. Id. Inv. 2, 45. legibus. Claud. Rapt. Pros. 3, 203. nec limina virgo Linquere, nec virides audebat visere saltus, Praeceptis obstricta tuis. Cic. Sull. 2. f. Obstrictum esse patriae parricidio. Id. Coel. 19. f. Obstrictum voluptatibus teneri. Tac. A. 14, 48. Nulla necessitate obstrictus. Sen. Agam. 276. Obstrictus conjugi animus i. e. addictus. Paul. arm. N. 24, 9. S. Fel. 145. nemo obstrictior est me Debitor huic.

OBSTRACTUS, us, m. Sen. Q. N. 5, 14. f. Per haec loca cum se, exitum quaerens, spiritus torsit, accendat flammam ipso obstrictu, necesse est, h. e. ipsis locorum angustiis, quibus veluti obstringitur. Al. rectius leg. affricu, q. v. v.

OBSTRIGILLATOR, oris, m. obstans, morator, reprehensor. Varr. ap. Non. 8, 73. Aemulus illius artis, et obstrigillator.

OBSTRIGILLO et Obstrigillo, as, avi, atum, a. l. obsto, obisto, officio. Dicunt esse a strigillo, quod in Gloss. Philox. exponitur ἐνω, rado: aut a strigili, qua laedimur, cum vehementius stringimus: aut a strigo, quiesco, sto: unde obstrigillo, obsto. Gloss. Philox. Ἀντικωπῶ, obstrigillo, obrecto, officio. Varr. R. R. 1, 2. med. Tu invides tanto scriptori, et obstrigillandi causa figlinas reprehendis. Enn. ap. Non. 2, 605. Restitant, occurrunt, obstant, obstrigillant, obagitant. Varr. ib. Lex neque innocenti propter similitudinem obstrigillat, neque nocenti propter amicitiam ignoscit. Id. ib. Ut illi renunciaretur se obstrigillaturum, ne triumphus decerneretur. Sen. ep. 95. de facie viri boni: Nemo non amore ejus arderet, si nobis illam videre contingeret. Nunc enim multa obstrigillant, et aciem nostram aut splendore nimio repercutiunt, aut obscure retinent. Alii leg. obsigillant. P. Ap. Non. semper est obstrigillo.

OBSTRIGILLUS, i, m. Obstrigilli, inquit Isid. Or. 19, 34., sunt calcei, qui per plantas consuti sunt, et ex superiori parte corrigia trahitur, ut constringantur; unde et nominantur. Ita etiam Salmas. in Solin. per conjecturam legit in Plinii verbis, quae in voce OBSTRAGULUM attulimus, eique et Graev. assentitur. Verum priorem eam lectionem tuetur Hard. editis libris omnibus, et pluribus etiam MSS.

OBSTRINGO, is, nxi, ctum, a. 3. καταδῶ, [*obligo, devincio aliquid aliquo.] Pl. Aul. 2, 4, 23. Follem obstringit ob gulam, ne quid animae amittat. Val. Fl. 7, 602. tauros obstringere aratro. P. [*Hinc constringo, circumligo, vinculis cingo, coerceo.] Colum. 4, 29. med. Vinculi genus ad incisionem non unum est: alii viminibus obstringunt, etc. Pl. Aul. 1, 1. f. Meum laqueo collum quando obstringero. Hor. Od. 1, 3, 4. Obstrictis aliis praeter lapyga, h. e. constrictis et coercitis aliis ventis. P. Translate est devincire, obligare, constrictum tenere. Cic. Cluent. 66. extr. Donis muliebribus, sepe hereditatis aliquid obstringere. Id. Fam. 3, 18. extr. Te ita existimare volo, quibuscumque officiis Atticum obstrinxeris, iisdem me tibi obligatum fore. P. Item ligare, subjicere. Id. Phil. 2, 33. et Or. 2, 66. extr. Obstrinxisti populum R. religione, [*i. e. sacris violandis commissisti, ut calamitatem acciperet.] Caes. B. G. 1, 31. Obstringere civitatem jurejurando. Cic. Fam. 11, 10. f. aliquid aere alieno, [*i. e. facere, ut aliquid pecuniam mutuum sumat seque creditori obliget.] Id. Att. 6, 1. med. Sex libris, tanquam praedibus, me ipsum obstrinxisti. Id. Inv. 2, 45. Obstringi legibus. Plin. ep. 4, 13. f. et Plin. alter 7, 1, 1. Obstringere alteri fidem suam. Tac. H. 1, 54. Obstringuntur inter se tacito foedere legiones. Id. A. 15, 53. Matrimonium obstringere se alicui. Sen. Ben. 6, 11. aliquid debito. P. Aliquo se crimine obstringere, est se reum facere criminis, alligare, adstringere se crimine. Cic. Phil. 11, 12. Nefario patriae se parricidio obstrinxit. Id. Verr. 2, 1, 3. et Caes. B. C. 2, 32. Qui se tot sceleribus obstrinxerit. Liv. 26, 48. f. Obstringere perjurio non se solum suumque caput, sed signa militaria et aquilas, sacramentique religionem parati. Tac. A. 4, 57. Principem societate scelerum obstringere. Sabinus JClus ap. Gell. 11, 18. f. Qui alienum jacens lucri faciendi causa sustulit, furti obstringitur. P. Conscientia aliquid obstringere, ap. Tac. H. 4, 55. ad se trahere, conscium conjugationis faciendo. P. Clementiam suam obstringere crebris orationibus, ap. eund. A. 13, 11. profiteri se clementiam usurum. [*Est haec argentea aetatis scriptoribus propria dicendi ratio. Adde Eund. ib. 1, 14. Jurejurando obstrinxit, se non excessurum; et 4, 31. ut et jurejurando obstringeret, e re publica id esse: ubi nota absolute v. obstringendi positum.] P. Religione obstringitur miles, non telis, non vulneribus cessurum, ap. eund. ib. 12, 34. jurejurando pollicetur.

OBSTRUCTIO, onis, f. ἐμπόρις, actus obstruendi, occludendique. Arnob. 2, 63. Animae sciunt, doctissimas se fuisse, et obstructione corporum amississe quae noverant. P. Translate. Cic. Sext. 9. f. Etenim animus ejus vultu, flagitia parietibus tegebantur: sed haec obstructio nec diuturna Tom. III.

est, nec obducta ita, ut curiosis oculis perspicere non possit.

OBSTRUCTUS, a, um, part. ab obstruo: ἐμπόριος, obstructione clausus, oclusus. Caes. B. G. 5, 49. Portae obstructae caespite. Ov. Met. 3, 570. quacumque trabes, obstructaque saxa tenebant, h. e. struendo opposita. Id. ib. 617. Obstructoque famem patiaris limine tecti. Sil. 11, 197. hostis adire Si parat, obstructas replete cadavere portas; et 13, 743. refluunt obstructi stragibus amnes. Plin. 17, 14, 24. extr. Duo imbrices utrinque terra obstructi. Cic. Fat. 5. Stupidum esse Socratem dixit, quod jugula concava non haberet: obstructas eas partes et obturatas esse dicebat. Id. Brut. 4. Omnis aditus obstructus. Varr. R. R. 1, 4. med. Obstructae fenestrae. [*Vell. 2, 105, 3. paene obstructis hyeme Alpibus, i. e. clausis per Alpes viis: ubi laud. Ruhk. Mamert. Pan. Maxim. 9. Vos prope soli Alpium vias, hibernis nivibus obstructas, divinis vestigiis aperuistis.] P. Translate. Cic. Acad. 4, 3. Omnis cognitio multis est obstructa difficultatibus. Tac. H. 3, 21. Is terror obstructas mentes consilii ducis aperuit.

OBSTRUDO, is, si, sum, a. 3. ἀποκρύπτω, idem ac obtrudo. Prud. περὶ στερ. 5, 95. Conclamat: os obstrudite, Ne plura jactet improbus. Al. leg. obtrudite, eliso s. P. Ap. Pl. usurpatur pro avide vorare, in os cibum trudendo inferere. Stich. 4, 2, 13. stans obstrudero aliquid strenue. Verba sunt parasiti, qui cum audiret, non esse sibi ad recumbendum in coena locum, ait, se nihilominus stantem rem suam acturum. Id. Cure. 2, 3, 87. aliquid prius obstrudamus, pernam, sumen, etc. Alii hic quoque leg. obtrudamus. Festus: Obstrudant, obstatulient, ab avide trudendo in gulam, non sumendo, cibum. Unde obstrudulentum dixit Titinius: Obstrudulenti aliquid, quod pectam sedens. Aut hic laetaster, aut formaster frigidus. Haec Fest., ad quae verba non una est criticorum conjectura.

[OBSTRUDULENTUS, a, um, adj. qui trudi potest, vel debet: ridicule conficta vox ad risum capiendum. V. Festi l. in v. praec. F.]

OBSTRUO, is, uxi, uctum, a. 3. [*exstruo, aedifico ad vel juxta aliquid, anbauen, Gr. ἐποικοδομῶ.] Liv. 38, 29. Interiore semper juxta validum pro diruto obstruentes murum. P. [*Hinc struendo et inaedificando obruo, claudio, firmo, ἐμπόριος.] Caes. B. C. 1, 27. Ne milites oppidum irrumperent, portas obstruit, vicos plateasque inaedificat; et ib. 3, 48. Omnia flumina et rivus, qui ad mare pertinebant, Caesar aut averterat, aut magnis operibus obstruxerat. Hirt. B. Alex. 19. Lapidibus aliquid opplere atque obstruere. Liv. 5, 1. f. Frons castrorum in Etruriam spectans, auxiliis, si qua forte inde venirent, obstruitur. Just. 24, 7. Interjecta nocte, vias, quae tunc pateant, obstruuntur iri. Nep. Paus. 5. Ne exire posset, valvas ejus aedis obstruxerunt. Inscr. opt. notae ap. Grut. 207, 2. Ostium, et fenestras parietem (lege pariete) obstruit. Plin. 11, 7, 6. Omnes frigidis, aut injuriae aditus obstruere. Id. 31, 3, 28. Aquarum venas obstruere. P. Translate. Cic. Sull. 28. f. Munite communem arcem bonorum, obstruite perfugia improborum. [*Sen. 20. duo Scipiones, qui iter Poenivis vel corporibus suis obstruere voluerunt.] Plin. 35, 10, 36. n. 20. Traditur madidis lupinis vixisse, quoniam simul famem sustinerent et sitim, ne sensus nimia dulcedine obstrueret. P. Obstruere luminibus vicini est aedificando, et altius tollendo fabricam, luminibus vicinarum aedium officere. Cic. Dom. 44. Primo, se luminibus ejus esse obstruendum, minabatur. P. Translate. Id. Brut. 17. Catonis luminibus obstruxit haec posteriorum quasi exaggerata altius oratio, [*i. e. ejus laudibus effecit, ut ejus orationes vix jam legantur.] V. LUMEN. P. Hinc jus luminum obstruendorum redimere est soluta pecunia a vicino impetrare, ut ipse fenestram aliquam suae domus, unde in proximam aedem prospectus est, obstrui sinat, licet legitimum inter ambas spatium (quod ex Festo in Ambitus, est duorum pedum et semis) intermissum sit. Inscr. ap. R. Guarini Comment. in vet. monum. 1. p. 64. Duumviri jure dicundo ex D. D. jus luminum obstruendorum HS. CIO CIO CIO redemerunt, parietemque privatum Col. Ven. Cor. usque ad tegulas faciendum coerant. P. Obstruere aures, surdum facere. Sen. Ben. 3, 17. An tu infelicem vocas, qui caret acie oculorum, cujus aures morbus obstruxit? P. Translate. Virg. A. 4, 440. placidasque viri Deus obstruit aures, h. e. inexorabilem reddidit. P. Opstruo pro obstruo. V. dicta in ABSIS.

OBSTRUSUS, a, um, part. ab obstrudo: clausus, tectus, abditus. Sen. ep. 68. Multi aperta transeunt, condita et obstrusa rimantur.

OBSTUPEFACIO, is, a. 3. ἐκπλήττω, stupidum reddo. Ter. Phorm. 2, 1, 54. eum timidum obstupefecit pudor. Liv. 2, 10. Ipso miraculo audaciae obstupefecit hostes. Id. 25, 38. Nisi metus moerorem obstupefaceret. Tac. H. 4, 72. Nec perinde

periculum aut metus, quam pudor ac dedecus obstupefecerant.

OBSTUPEFACTUS, a, um, part. ab obstupefacio: valde stupefactus. Val. Max. 3, 8. n. 6. extr. Ex nimio haustu rigoris obstupefactis nervis, ac torpore hebetatis artubus. Cic. Deiot. 12. Obstupefactis hominibus. Trebell. Gall. 9. Nec tamen Gallienus ad talia movebatur, obstupefacto voluptatibus corde. Tac. Agr. 18. Obstupefacti hostes.

OBSTUPEFIO, is, n. anom. stupidus fio, obstupesco. Dictys B. Trojan. 4, 21. Aenonen, viso cadavere Alexandri, adeo commotam, uti amissa mente obstupefieret.

OBSTUPESCO, is, pui, n. 3. stupidus fio, ἐκπλήττωμαι. Varr. R. R. 3, 16. f. Apes si multo sunt aspersae, propter odorem avidius applicant se, atque obstupescunt potantes. Cic. Div. 9, 23. Ejus aspectu cum obstupuisset bubulcus. Plin. 36, 7, 11. Obstupescit corpus, nec sentit cruciatum. P. Translate est vehementer admirari. Cic. Att. 5, 21. med. Ob haec beneficia, quibus illi obstupescunt, nullos honores mihi, nisi verborum, decerni sino. Id. Marc. 9. Obstupescunt posteri, triumphos audientes et legentes tuos. P. Item obrigescere. Pelag. Veter. 17. med. Si frigore maxillae obstupuerint. P. Cam accusativo activorum more. Cassiod. Variar. 2, 39. Sed non his tantum beneficiis Antenorea terra fecunda est; infert et alia, quae multo grandius obstupescas. P. In plerisque MSS. et edd. ap. Pl. Poen. 1, 2, 49., Ter. Andr. 1, 5, 21. et Ad. 4, 4, 3. legitur obstupui. V. OBSTUPEO. P. Lexicographi ponunt Obstupesco, es, unde est obstupui, sed ceterae voces inde derivatae adhuc carent exemplo.

OBSTUPIDUS, a, um, adj. stupidus, aut valde stupidus. Pl. Mil. 4, 6, 39. quid adstitisti, obstupida? cur non pultas? Gell. 5, 1. f. Consiluisse universos, quasi attonitos et obstupidos. Appul. Met. 1. f. Consternatus ac prorsus obstupidos.

OBSTUPRATUS, a, um, part. ab inus. obstupro: stupro corruptus. Lampr. Commod. 3. Appellatus a mimis, quasi obstupratus.

OBSTUFFLO, as, a. 1. insufflo. Quint. decl. 7. de tribuno Mariano: Enititur de propinquo tuo etiam confusionis nebulam obstufflare.

OBSUM, obes, obfui, et offui, n. anom. βλάπτω, noceo, damnum affero: quasi contra sum, obsto: contrarium v. prosum. Cic. Or. 1, 26. extr. Fuit mirificus quidam in Crasso pudor, qui tamen non modo non obesset ejus orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset. Ov. Trist. 5, 1, 66. vel totos tolle libellos, Hoc, mihi quod prodest, si tibi lector, obest. Ter. Hec. 3, 5, 13. id quod reliquit, profuit. La. immo obfuit. Auct. ad Her. 4, 23. Subjicimus id, quod nobis adjuvamento futurum sit, aut offuturum illis e contrario. Nep. Dat. 7. extr. Non multum obesse multitudo hostium suae paucitati posset. Ov. Met. 7, 562. obsunt auctoribus artes. Id. Fast. 4, 755. nec, dum degrandinat, obsit Agresti fano supposuisse pecus. Pl. Capt. 3, 5, 48. Nunc falsa prorsus. Heg. at tibi oberunt.

OBSUO, is, ui, utum, a. 3. cirsum suo. Virg. G. 4, 301. huic geminae nares, et spiritus oris Multa reluctanti obsuitor. Est qui leg. obstruitur.

OBSURDESCO, is, urdii, n. 3. ἐκκοσμούμαι, surdus fio. Cic. Somn. Scip. 5. Hoc sonitu complectae aures obsurduerunt. Id. Amic. 24. Obsurdescimus tamen, nescio quomodo, nec ea, quae ab ea monemur, audimus.

OBSUTUS, a, um, part. ab obsuo: Oc. Fast. 2, 577. quod cu trajecit ahena, Obsutum maenae torret in igne caput. Suet. Rhet. 1. extr. Sporta auri obsuta. Id. Tib. 64. Obsuta lectica, h. e. clausa. Al. aliter leg.

OBTECTUS, a, um, part. ab obtego: obductus. Caes. B. C. 3, 19. Quorum mediam orationem interrumpunt undique subito tela immissa, quae ille obtectus armis militum vitavit. Virg. A. 2, 300. arboribusque domus obtecta recessit. Cic. Coel. 18. f. Vitia multis virtutibus obtecta. Sil. 15, 670. et obtectus senium fera proelia miscet, h. e. galea canitiem abscondens.

OBTEGO, is, exi, ectum, a. 3. κατακλύπτω, contego, obduco. [*Cic. Leg. 2, 22. Quemadmodum os resectum terra obtegatur, quaeque in porca contracta jura sint: ita recte ed. Goerenz. cujus v. notam ad h. l. prob. Schütz. in cl. Cic.] Phaedr. 5, 5. simulans sese vestimentis rusticis Porcellum obtegere. Cato R. R. 40. Insuper lingua bubula obtegit, si pluat, ne aqua in librum permanet. Colum. 3, 13. med. Et quod durum est, summis glebis obtegatur. Cic. Sext. 35. In foro jacuit, seque servorum et libertorum corporibus obtegit. Cels. 3, 22. Os obtegendum, fauces velandae, etc. P. Translate. Pl. Trin. 3, 2, 23. Nunc te hoc pacto credis posse obtegere errata? Suet. Ner. 29. Dissimulare vitium, et calliditate obtegere. Tac. A. 4, 19. Scelera nuper reperta praevis verbis obtegere; [*et ib. 13, 33. Cetera flagitia obtegebat.] Id. ib. 1. Animus audax, sui obtegens, in alios criminat. Cic. Vat. 5. Ut adolescentiae turpitu-

Id. N. D. 3, 20. Errantes stellae numerum Deorum obtinebunt, h. e. inter Deos numerabuntur. Sic *Off. 2, 12.* Numerum obtinent jure caesorum. *Quint. 10, 5. med.* Obtinere summam opinionem in scholis; et *Plin. 34, 2, 2.* admirationem, h. e. in admiratione esse. *Id. 15, 18, 19.* Africanam fides patriae nomen obtinent. *P. Obtinere provinciam,* regere, administrare, in provincia cum jurisdictione esse. *Caes. B. C. 1, 30.* Sardiniam obtinebat M. Cotta, Siciliam M. Cato, Africam sorte Tubero obtinere debebat. *Cic. Fam. 1, 9. med.* Cum tu Hispaniam citeriorem cum imperio obtineres. *Id. Att. 5, 21. med.* Ex qua insula nummus nullus, me obtinente, erogabitur. *P. [Hic notandum loquendi genus, quo v. obtinendi usurpatur de victis regionibus, gentibus, populis, in provinciae formam redigendis. Tac. Agr. 23. Quarta aestas obtinendis quae percurrerat insuper: ubi v. Walch.] P. Est etiam retinere, conservare, custodire. Ter. Hec. 5, 4, 18.* Antiquam adeo tuam venustatem obtines, ut voluptati obitus, sermo adventus tuus, quocumque adveneris, Semper siet. [**V. de h. l. in obitus. Liv. 26, 20.* Collaudavit milites, quod duabus tantis cladibus deinceps icti, provinciam obtinuissent. *Cic. Q. Fr. 1, 1, 12.* Ut facilitate sua nos eam necessitudinem, quae est nobis cum publicanis, obtinere, et conservare patiantur. *Id. Quint. 9. extr.* Neque nobis adhuc, praeter te, quisquam fuit, ubi nostrum jus contra illos obtineremus. *Id. Rosc. Am. 17.* Quod tametsi miserum et indignum est, feret tamen aequo animo, iudices, si per vos vitam et famam potest obtinere; et *ib. 48.* Obtinere in perpetuum auctoritatem suam. *Liv. 29, 1. med.* Per tinaces ad obtinendam injuriam, h. e. ad retinendam sibi, quod injuria aliis ademerant. *Tac. A. 1, 32.* Non tribunus ultra, non castrorum praefectus jus obtinuit: vigilas, stationes ipsi (milites) partiebantur. [**Pl. Mil. 2, 2, 32.* Artem et disciplinam obtineat et colorem: ita *Lindem.* docens, *obtinere artem et disciplinam esse,* de artibus consuetis et exercitatione in dissimulando non decedere: et *obtinere colorem,* ut recte *Lamb.,* non mutare colorem, non erubescere neque pallescere, sed semper eodem vultu esse.] *P. Huc pertinet et illud Cic. Part. 37.* Quae autem scripta non sunt, ea aut consuetudine, aut conventis hominum, et quasi consensu obtinentur; et *Tusc. 5, 41.* Lex, quae in Graecorum conviviis obtinetur. *P. Item occupare. Plin. 12, 1, 5.* Platanus memorosa vertice, et se vastis protegens ramis, agros longis obtinet umbris. *Lucr. 3, 1002.* Qui non sola novem dispersis jugera membris Obtineat, sed qui terrai totius orbem. *Curt. 6, 1.* Emensus curru omne spatium, quod acies Laconum obtinuerat. *Liv. 29, 27.* Noctem insequentem eadem caligo obtinuit. *Tac. H. 3, 14. extr.* Legiones, quas Caecina, ad obtinendam Cremonam praemiseraat. *P. Item consequi, adipisci, vincere, superiorem esse. Cic. Quint. 9. f.* Obtinere jus suum contra aliquem. *Id. Att. 7, 25.* Malas causas semper obtinuit, in optima concidit. *Id. Rosc. Com. 4.* Ad iudicium hoc modo venimus, ut totam litem aut obtineamus, aut amittamus. *Id. Fam. 1, 8. med.* Eo tu consule omnia, quae voles, obtinebis. *Liv. 35, 10.* His obtinuit, ut praeferreretur candidato, quem, etc. [**Suet. Caes. 14.* obtinissetque adeo, — nisi; et *23.* Obtinuit, ne reus fieret.] *Coel. ad Cic. Fam. 8, 6. f.* Quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum. *Gell. 12, 14. f.* Impetrare et obtinere. *Cic. Leg. 1, 22. f.* Obtinere et adipisci. *Just. 12, 8.* Aegro est ab eo obtentum, ut vellet vivere. [**V. Herzog. ad Caes. B. G. 7, 37.] P. Cum infinito. Cic. Fin. 2, 22.* Mallet obtinere existimari bonus vir, ut non sit, quam, etc. Al. rectius leg. *Malet existimari bonus vir,* etc. *P. Obtinere rem,* victoriam reportare. *Caes. B. G. 7, 85.* Romani si rem obtinuerint, finem laborum omnium exspectant. *P. Item probare, sustinere, defendere, evincere. Cic. Verr. 2, 3, 71. extr.* Possumus hoc teste, possumus litteris hominum honestissimorum, possumus auctoritate societatis, quod dicimus, obtinere? an aliqua firmiora, aut graviora quaerenda sunt? *Id. Quint. 23. extr.* Non ad obtinendum mendacium, sed ad verum probandum auctoritatem adjuvare. *Id. Fin. 2, 22.* Non metuet, sive celare potuerit, sive opibus magnis, quidquid fecerit, obtinere; et *ib. 4, 28.* Stoici se posse putant duas contrarias sententias obtinere. *Arnob. 4, 133. extr.* Possumus obtinere, falsum esse quod dicitur. *Appul. Dogm. Plat. 1.* Tres partes philosophiae congruere inter se, primus obtinuit, h. e. affirmavit, asseruit, monstravit. [**Cf. Gronov. ad Tac. H. 2, 84. coll. Spald. ad Quint. 7, 1, 6.] P. Item praevalere. Liv. 5, 49. f.* Ibi caedes obtinuit: castra capiuntur, etc. Al. leg. *omnia obtinuit. Ulp. Dig. 2, 4, 4.* Cassius in infinitum omnes parentes dicit: quod et honestius est, et merito obtinuit. *Paul. ib. 42, 1, 36.* Et si dissentirent, sententia plurium obtineret. *Petr. Sat. 2.* Simulque corruptae eloquentiae regula stetit, et obtinuit. Sic *obtinere* dicitur consuetudo, quae invaluit, durat, et servatur. *Ulp. Dig. 1, 16, 7.* Ferias se-

cundum mores et consuetudinem, quae retro obtinuit, dare. Et absolute *Id. ib. 13, 1.* Hodie obtinuit, indifferenter quaestores creati tam patricios, quam plebejos. Sic *fama obtinet,* ap. *Liv. 21, 46. f.* Malim equidem de filio verum esse, quod et plures tradidere auctores, et fama obtinuit. *Sall. Jug. 20.* Quamquam ab ea fama, quae plerosque obtinet, diversum est. Absolute *Id. initio or. ad Caes. de Republ. ord. 1.* Pro vero antea obtinebat, regna atque imperia Fortunam dono dare, etc., sed res docuit, id verum esse, quod in carminibus Appius ait, fabrum esse quemque fortunae. Al. leg. *Populus R. antea obtinebat,* h. e. verum putabat, pro certo tenebat. *Appul. Apol. in.* Certus equidem eram, proque vero obtinebam. *Varr. R. R. 2, 1. med.* Non ipsos quoque (*Romulum et Remum*) fuisse pastores obtinebit, quod Parilibus potissimum condidere urbem? *h. e. pro certo habebitur.* Vel, non hoc obtinebit, quod, etc. *h. e. evincet, probabit. P. In Pandectis Florentinis scribitur optineo,* ut videre est ap. *Torrent. et Brissolinus* testatur. *Quint. 1, 7.* Cum dico obtinuit, b litteram ratio poscit, aures magis audiunt *p.*

OBTINGIT, ebat, tigit, imp. 3. [*tango,* offendendo ad aliquid. Haec enim prima est vocis significatio, quam *Noster* ultimo loco posuerat, sc. *obtingere* pro simplici *tangere* usurpatum docens. *Plaut. fr.* Nam ista mustulentus aestus nares obtigit. *Ita Non. 4, 476.* Sed *idem 1, 322.* habet *attigit,* hunc eundem locum referens. *P. Tum signif. obvenio, Gr. λαχίζω.] Cic. Off. 1, 7.* Eorum, quae natura fuerant communia, quod cuique obtigit, id quisque teneat. *Id. Fam. 2, 19.* Cum optatissimum nuncium accepissem, te mihi quaestorem obtigisse. *Id. Vat. 5.* Cum tibi aquaria provincia sorte obtigisset. *Id. Att. 1, 20.* Eam, quam mihi dicit obtigisse, *σπαράξαν,* nunquam deseram. *Pl. Cas. 2, 4, 21.* Mihi obtinget sors. *Id. Bacch. 3, 6, 14.* Nullus est, cui non invideant rem secundam obtingere. *P. Item evenire, accidere, contingere. Pl. Rud. 4, 6, 7.* eloquere, ut haec res obtigit de filia. *Ter. Heaut. 4, 3, 5.* Istuc tibi ex sententia tua obtigisse, laetor. *Id. Andr. 3, 5, 2.* atque hoc confiteor Jure mihi obtigisse, quandoquidem tam iners sum. *Pl. As. 3, 3, 136.* animo sis bono, face: exoptata obtingent. *Cic. Cat. 4, 2.* Si quid mihi obtigerit, aequo animo paratoque moriar, h. e. humanitus acciderit.

OBTINNO, is, n. 4. idem ac tinnio. *Appul. Apol.* Equid illi aures obtinnirent.

OBTISTROTUM. V. OPTOSTROTUM.

[OBTORPEO, es, n. 2. idem ac obtorpesco. *Not. Tir. p. 94.* Torpet, intorpet, contorpet, obtorpet. *Gloss. Philox.* Obtorpeo, *καταναρκῶ. P.]*

OBTORPESCO, is, ui, n. 3. *ἀποναρκῶ,* valde torpesco, obstupesco, languesco. *Liv. 22, 3. f.* Signum effodiunt, si ad convellendum manus prae metu obtorperint. Adde *Cic. Dom. 52. f. Sen. Contr. 1, 1. med.* Oculi subita caligine obtorperunt. *Plin. 9, 42, 67.* Novit torpedo vim suam, ipsa non torpens, mersaque in limo se occultat, piscium qui securi supernatantes obtorpuere, corripiens. *Id. 8, 27, 41.* Anguis, si squamae obtorpuere, spinis juniperi se scabit, h. e. duriores factae sunt. *P. Saepe transfertur ad animum. Cic. vertens Eurip. versus Tusc. 3, 28.* Sed jam subactus miseris obtorpi. *Liv. 31, 38. f.* Circumfuso undique pavore ita obtorpuerit, ut nec dicere, quid in rem esset, nec audire posset. *Id. 32, 20.* Obtorperant quodammodo animi. *Appul. Apol.* Repentino mentis nubilo obtorpescent.

OBTORQUEO, es, orsi, ortum, a. 2. *συστρέφω,* vehementer torqueo. *Stat. Th. 5, 414.* dextrasque obtorquet in undas Proram. *Aurel. Vict. Vir. illust. 66.* M. Livius Drusus consuli legibus agrariis resistenti ita collum in comitio obtorsit, ut sanguis efflueret e naribus.

OBTORTIO, onis, f. tortio, contortio. *Fulg. de prisc. serm. in Exercitus:* Valgia sunt Iabellorum obtortiones.

OBTORTUS, a, um, part. ab *obtorqueo:* tortus, vel valde tortus. *Virg. A. 5, 159.* it pectore summo Flexilis obtorti pro collum circulus auri. *Cic. Verr. 2, 4, 10.* Obtorta gula in vincula abripi jussit. *Pl. Poen. 3, 5, 45.* Obtorto collo ad praetorem trahi. *Appul. Met. 3.* Domus januas, cardinibus obtortis, evellere gestientes. *Petr. fr. ap. Fulg. de prisc. serm.* Obtorto valgiter Iabello.

OBTRAHO, is, a. 3. *Tert. Virg. vel. 15.* Si tentationibus gradum obraxerit. Al. leg. *obstruxerit.*

OBTRECTATIO, onis, f. *διαναρκῶς, ἐηλοπνία,* actus obtrectandi, reprehensio, vituperatio, maledictio. *Cic. Fam. 1, 7. med.* Quorum malevolentissimis obtrectationibus nos cito de veteri illa nostra sententia prope jam esse depulsos. *Tac. H. 1, 1.* Obtrectatio et livor pronis auribus accipiuntur; et *ib. 3, 37.* Nulla in oratione cujusquam erga Flavianos duces obtrectatio. *P. Definitor a Cic. ipsa aegritudo Tusc. 4, 8.* Obtrectatio est ea, quam intelligi zelotypiam volo, aegritudo ex eo, quod alter quoque potitur eo, quod ipse concupierit. Differt ab *invidia,* ut *ib.* colligitur, quia haec do-

let rebus secundis alterius, a quo nihil laeditur: *obtrectatio* est in his, quibus laedi se quis putat. V. **OBTRECTO.** *Vat. ad Cic. Fam. 5, 9.* Malevolentium obtrectationes et invidias prosternere. *Caes. B. C. 1, 7.* Injurias inimicorum in se commemorat, a quibus diductum et depravatam Pompejum queritur invidia atque obtrectatione laudis suae. *Liv. 28, 40.* Obtrectatio atque invidia adversus crescentem in dies gloriam fortissimi consulis. *Cic. Font. 8.* Inimicum esse alicui ex civilibus studiis, atque obtrectatione domestica. *Id. Q. Fr. 1, 1, 15.* Obtrectatione et malevolentia liberatus. *Just. 32, 2.* Quae res Demetrio non gratiam legationis, sed odium obtrectationis comparavit. *Nep. Att. 20.* Inter quos maximarum rerum non solum aemulatio, sed obtrectatio tanta intercedebat, quantum, etc. *Planc. ad Cic. Fam. 10, 18.* Haec res habet obtrectationem, h. e. obtrectationi est subjecta. *Cic. Brut. 42.* Tantum abest ab obtrectatione invidiae, etc. Al. leg. *invidiaeque. Liv. 2, 40.* Non inviderunt laudes suas mulieribus viri Romani: adeo sine obtrectatione gloriae alienae vivebatur.

OBTRECTATOR, oris, m. *κατάλαλος, διάβολος,* qui obtrectat, maledicus, invidus, calumniator. Quomodo ab *invidio* differat, V. in v. praec. *Cic. Fl. 1.* Si forte beneficii hujus obtrectator, aut virtutis hostis, aut laudis invidus exstiteris. *Id. Planc. 23. med.* Nonnulli nostri iniqui, multi communes obtrectatores, atque omnium invidi multa fixerunt. *Id. Fam. 1, 4.* A tuis invidis et obtrectatoribus nomen inductum fictae religionis. *Id. Brut. 1.* Dolebam, quod non adversarium, aut obtrectatorem laudum mearum, sed socium potius, et consortem gloriosi laboris amiseram. *Id. Fl. 28.* In tam suspiciosa ac maledica civitate locum sermoni obtrectatorum non reliquit. *Suet. Caes. 55.* Purgare se adversus obtrectatorum criminationes; et *ib. 45.* Calvitii deformitatem iniquissime ferebat, saepe obtrectatorum jocos obnoxiam expertus. *Just. 31, 6.* Huic sententiae obtrectatores amici regis erant.

OBTRECTATUS, us, m. idem ac obtrectatio. In sexto casu sing. *Gell. praef. med.* Ut sine vano obtrectatu considerent.

OBTRECTO, as, avi, atum, a. 1. *διανάρκω, διαβάλλω,* ex invidentia male dico, dicta et facta alicujus vituperio, calumnior, reprehendo. *Gloss. Phil.* Obtrectat, *ἀντιπαράτει.* *Cic. Tusc. 4, 20.* Ipsum illud aemulari, obtrectare, dicunt non esse inutile, cum aut se non idem videat consecutum, quod alium; aut alium idem, quod se; et *ib. 26.* Obtrectare vero alteri, aut illa vitiosa aemulatione, quae rivalitati similis est, aemulari, quid habet utilitatis? cum sit aemulantis angustia alieno bono, quod ipse non habeat; obtrectantis autem angustia alieno bono, quod id etiam alius habeat. V. **OBTRECTATIO.** *Id. Ac. 4, 6.* Arcesilas Zenoni obtrectans nihil novi reperienti. *Nep. Arist. 1.* Aequalis fere fuit Themistocli. Itaque cum eo de principatu contendit. Namque obtrectarunt inter se. [**Recte monet Brem. ad h. l., obtrectare non in malam partem, sed in universum dictum esse ad significandam agendi rationem eorum, qui in rebus ad rempublicam regendam pertinentibus diversam sententiam sequerentur.] Liv. 36, 34.* Iratus Aetolis, quos solos obtrectasse gloriae suae, cum liberaret Graeciam, meminerat. *Id. 8, 36.* Cessatum a milite, ac de industria, ut obtrectaretur laudibus ducis, impedita victoria est. *Cic. Manil. 8. extr.* Qui huic obtrectant legi, atque causae. *P. Cum accusativo est damnare, culpae, carpere. Phaedr. epil. 2.* Si livor obtrectare curam voluerit. *Id. prol. 5.* Hunc (*libellum*) obtrectare si volet malignitas, Imitari dum non possit, obtrectet licet. *Liv. 45, 37.* Cui nullum probrum dicere poterat, ejus obtrectare laudes voluit. *Tac. A. 1, 17. extr.* Non obtrectari a se urbanas excubias. *Auct. Dial. de Or. 25.* Invicem se obtrectaverunt. *Plin. 9, 35, 58.* Lautitiam omnem, apparatusque obtrectans. Addunt et ex *Cic. Phil. 10, 3.* Consuetudo plerisque in rebus obtrectandi bonos. Al. tamen rectius leg. *bonis.* *P. Obtrectat, inquit Fest.,* contra sententiam tractat. Hinc *obtrectare aliquid manibus* pro atrectare, contrectare contra alicujus voluntatem, dixit *Hieron. Vit. Pauli, n. 3.* Sunt qui *adrectare* legunt.

OBTRECTIO, onis, f. actus obterendi. *August. serm. de divers. 8, 4.* Accedite ad eum in obtrectatione cordis.

OBTRECTUS, a, um, part. ab *obtero:* *περιτριβής,* protritus, conculcatus. *Colum. 6, 4. med.* Pellem serpentis obtrectam cum vino miscent. *Cic. Or. 3, 86.* Ruina conclavis obtrecti. *Lucr. 3, 907.* Urgerive superne obtrectum pondere terrae. *Luca. 3, 656.* Obtrita ossa. *Val. Max. 1, 6. n. 11.* Sed illae clades aliquanto majores: legionum interitus, signa hostilibus intercepta manibus, obtrectum equitatum, etc. *P. Translate. Pl. Curc. 4, 4, 17.* Meae pugnae procliares plurimae obtritae jacent, h. e. contemptae, spretae.

OBTRECTUS, us, m. actus obterendi. In sexto casu sing. *Plin. 18, 28, 67. n. 4.* Ne herbae obtrectu hebetentur.

OBTRECTO, is, usi, usum, a. 3. *προσθρέζωμαι,* idem quod trudo, vel contra aliquem trudo, vi pel-

lo. *Pl. Men.* 3, 3, 26. Jamne abiit intro? abivit, obrusit fores. *Al. leg. operuit. Cic. Verr.* 2, 4, 36. Qui non obrusit aliqua ex parte monumenta P. Scipionis, sed funditus sustulit et delevit, h. e. loco movit, evertit. Sunt qui suspicantur legendum *obruicit*, alii *obruuit*, alii *obstruxit. Appul. Met.* 7. f. Ardentera titionem mediis inguinibus obruduit. P. Significat interdum avide in os immittere, et quasi gulam cibo inferire. V. OBSTRUDO. P. Item claudere. V. *ib.* P. Saepissime vero ponitur pro invito et repugnanti offerre, aut dare. *Ter. Andr.* 1, 5, 15. ea quia nemini obrudi potest, Itur ad me. *Id. Hec.* 3, 1, 16. nunquam ausus sum recusare eam, quam mihi obruduit pater. P. *Obtrudere palpum alicui* est blanditias invito alicui adhibere, ut decipias: *αὐχέλλειν. Pl. Ps.* 4, 1, 35. Ego istuc aliis dare condidici: mihi obrudere non potes palpum.

OBTRUNCATIO, onis, f. *κατακόπη*, actus obruncandi. *Colum.* 4, 29. Quod tum et obruncatione vitis, et cum ejusdem refectionis fissura praecipit fieri.

OBTRUNCATUS, a, um, part. ab *obtrunco*: *κατακοφθεὶς*, trucidatus, occisus. *Sall. Jug.* 71. Juxta boni malique, strenui et imbelles, inulti obruncati.

OBTRUNCO, as, avi, atum, a. 1. *κατακόπω*, trunco, abscindo, caedo. *Colum.* 4, 29. *med.* Atque ita superficies insitae vitis usque ad receptum surculum obruncatur. P. Item concidere, trucidare, occidere. *Sall. fragm. ap. Non.* 9, 5. Ceteri vice pecorum obruncabantur. *Id. Jug.* 102. Equites, pedites permixti caedere alios, alios obruncare. *Vet. Poeta ap. Cic. N. D.* 3, 26. Puerum interea obruncat, membraque articulatim dividit, Perque agros passim dispergit corpus. *Liv.* 1, 5, f. Ita regem obruncant. *Virg. G.* 3, 374. cervos Cominus obruncant ferro. *Pl. Aul.* 3, 4, 10. Capio fustem, obrunco gallum furem manifestarium. *Justin.* 33, 2. Veluti jacentem obruncaturus.

[OBTRUSIO, onis, f. immissio. *Coel. Aurel. Acut. praef.* 7. Corpusculorum obrusio. E.]

OBTUOR, eris, dep. 2. *ἐπορώω*, intentis oculis aspicio, contra intueor. *Pl. Bacch.* 4, 4, 17. numqui nummi exciderunt, here, tibi, quod sic terram obtuere? *Id. Most.* 1, 1, 66. quid tu me nunc obtuere, furcifer? P. Pro simplici intueor, aut video. *Id. ib.* 3, 2, 153. nullam pictam conspicio hic avem. *Tra. ignosco*: aetate non quis obtuerier: *παγαγωγή. Sic Amph.* 3, 2, 18. Quonam te avertisti? *Alc.* ita ingenium meum est: Inimicos semper osa sum obtuerier.

OBTUTUS, us, m. V. OBTUTUS.

OBTUMESCENS. V. OBMUTESCENS.

OBTUNDO, is, udi, usum, a. 3. *κατακόπω*, idem quod tundo, aut contra tundo. *Firm. Math.* 5, 5. Qui aliquo dolore percussus et caput plangant, et pectora pugnis obtundant. P. *Obtundere aciem ferri* est ita tundere, ut crassior fiat, et hebetetur, caedendoque inepta sit. *Claud. Cons. Mall. Theod.* 166. Nonne vides, ut nostra soror Clementia tristes Obtundat gladios? V. OBTUSUS. P. Ab acie ferri transfertur ad oculos, cum hebetiores fiunt, et minus vident. *Plin.* 22, 25, 70. Lens aciem oculorum obtundit, et stomachum inflat. *Claud. VI. cons. Honor.* 51. acies stupet igne metalli, Et circumfuso trepidans obtunditur auro. P. Item ad aures, cum minus audiunt. *Plin.* 24, 11, 50. Arundinum lanugo illita auribus obtundit auditum. P. Hinc *obtundere aures*, et *obtundere absolute*; praesertim cum vel nimio clamore, vel eadem saepius repetendo, vel diutius, quam par est, loquendo molesti sumus. *Cic. Or.* 66. Ne brevitatis defraudasse aures videatur, neve longitudo obtudis. *Id. Att.* 8, 1, extr. Ego si somnum capere possem, tam longis te epistolis non obtunderem. *Id. Fam.* 5, 14, f. Cupio non obtundere te, si non delectare nostro studio. In ep. *Timarch.* ap. *eund. Verr.* 2, 3, 67. *med.* Obtuderunt ejus aures, te socium praetoris fuisse. *Ter. Ad.* 1, 2, 33. ne me obtundas de hac re saepius. *Id. Andr.* 2, 2, 11. obtundis, tametsi intelligo. *Gell.* 4, 9, f. Verba, si perpetua, atque infrunita, et obtundentia, neque laudabilia, neque utilia sunt. P. Item ad vocem, cum minus acuta et sonora fit. *Plin.* 32, 9, 31. Myaces fauces vexant, vocemque obtundunt. *Cic. Or.* 2, 70. Cum patronus vocem in dicendo obtudisset. Adde *Liv.* 7, 2, *med.* P. Saepae ad animum. *Cic. Tusc.* 1, 33. Multa e corpore existunt, quae acuant mentem, multa, quae obtundant. *Id. Or.* 3, 24. Non quo acui ingenia adolescentium nollem, sed contra ingenia obtundi nolui, corroborari impudentiam. P. *Obtundere aegritudinem*, ejus vim infirmare. *Cic. Tusc.* 3, 16. Nihil est, quod tam obtundat enervetque aegritudinem, quam, etc.

OBTUNSIUS, onis, f. actus obtundendi, percussio. *Lamprid. Commod.* 10. Quem vidisset absentes inter nigros capillos quasi vermiculos habere, sturno apposito, qui se vermes sectari crederet, capite suppuratum reddebat obtunsiionibus.

OBTUNSUS pro obtusus legunt nonnulli (inter quos *Pierius*) ex MSS. ap. *Pl. Cas.* 5, 1, 8. Ob-

tunso ore, h. e. pugnis verberato. *Virg. G.* 1, 262. Vomeris obtunsi dentem; et *ib.* 3, 135. obtunsiior usus. *Gell.* 13, 24. *med.* Obtunso ingenio esse. *Auct. Pan. ad Constant.* 12. extr. Collisi, obtunsiue gladii. *Appul. Met.* 9. Offenso lapide, atque obtunsiis digitis. Alii passim n. exterunt.

OBTUOR, eris, dep. 3. idem quod obtueor: a tuor. *Accius ap. Non.* 2, 696. Quibus oculis quisquam nostrum poterit illorum obtui vultus?

OBTURACULUM, i, n. obturamentum. *Marcell. Empir.* 35. *med.* Diligenter et spisse foramen ejus (*cacabi*) obturandum erit, atque ubi congelaverit se adeps, extrahendum obturaculum erit.

OBTURAMENTUM, i, n. *ἐμφράξις, ἐπιστόμισμα*, id quo quippiam obturatur. *Plin.* 16, 8, 13. de subere: Usus ejus eadum obturamentis. *Id.* 33, 4, 21. Repleto stagno, excussis obturamentis, erumpit torrens tanta vi, ut saxa provolvat.

OBTURATUS, a, um, part. ab *obtur*: *ἐμφράκτος*, oclusus, obstructus. *Cic. Fat.* 5. Stupidum esse Socratem dixit, quod jugula concava non haberet: obstructas eas partes et obturatas esse dicebat. *Plin.* 20, 6, 21. Obturatae nares; et 29, 2, 9. aures. *Vitr.* 7, 12. Dolia operculis obturant, ne spiramentum obturata emittant. *Plin.* 34, 18, 54. Obturati urcei.

OBTURATOR, oris, m. qui obturbat. *Ascon. in Cic. Div. Verr.* 15, f. Nisi quem forte ex illo grege moratorum, etc. Obturbatores quosdam, sordidosque caudicos significat, qui adhibebantur ad moram faciendam, etc. V. MORATOR.

OBTURBATUS, a, um, part. ab *obturbo*. *Plin.* 8, 18, 26. Obturbata proclatione prius aqua.

OBTURBO, as, avi, atum, a. 1. *παρανοήσω, ὑποκρούω*, turbo, conturbo, perturbo. *Cic. Att.* 12, 18. Obturbare solitudinem; et *ib.* 16. extr. Me scriptio et litterae non leniunt, sed obturbant. *Tac. H.* 3, 25. Obturbare hostes. Adde *A.* 1, 66. P. Obstrepere, obloqui, reclamare, impedire loquentem. *Ter. Andr.* 5, 4, 23. Itane vero obturbat? *Pl. Poen.* 1, 2, 49. sine amem: ne me obturba, ac tace. *Tac. H.* 3, 10. Obturbabatur militum vocibus Aponius, cum loqui coeparet. Adde *A.* 6, 24., *Suet. Aug.* 86. et *Plin.* ep. 9, 13.

OBTURGESCO, is, ursi, n. 3. turgesco, *οἰδοίω*. *Lucret.* 6, 658. Obturgescit enim subito pes. *Al. leg. obrutescit. Fest.* in *Boa*: A qua icti obturgescunt. *Lucil. ap. Prisc.* 9, 870. Obtursi ebrius.

OBTURO, as, avi, atum, a. 1. *ἐμφράκτος, ἐπιστόμιζω*, obstruo, ocludo, oppilo. *Festus* ducit a *θύρα*, ostium: unde quidam scripsere *obthuro*: quod plerisque aliis non placet. *Voss.* in *Etym.* derivat a *tus*, his fretus *Varronis ap. Non.* verbis, quae tamen reperire minime nobis datum fuit: Atque etiam sacerdotes aures suas ture replebant, ne peregrinis verbis intercedentibus confusa carminum memoria turbarentur. [*Doedert.* 3, 167. docet, id quod minime rejiciendum videtur, verba *obturare* et *returare* = *obtusare* et *retusare* (discrimine non nisi pronuntiationis asperius factae interposito) esse frequentativa verborum *obturare* et *returare*, significationis similitudinem inter *obturare* et *obturare* demonstrans his locis: *Cic. Tusc.* 3, 16. Nihil est, quod tam obtundat enervetque aegritudinem; et *Lucr.* 4, 870. Cibis — patenter per membra ac venas ut amorem obture edendi. *Auct. ad Her.* 3, 9. Si vehementer aures auditorum patulas videbuntur. *Hor. Ep.* 2, 105. Obturere patulas impune legentibus aures. *Cato R. R.* 154. Labrum inum pertundito: ea fistulam subdito, ut obturari recte possit. *Varr. R. R.* 3, 16. *med.* de apib.: Extra ostium alvei obturant omnia, qua venit inter favos spiritus. *Colum.* 12, 48. *med.* Amphoras fasciculis foeniculi obturare. *Plin.* 19, 10, 58. Limo aut ciner obturare foramina. *Pl. Aul.* 2, 4, 25. Obturare gutturem. *Id. Stich.* 1, 2, 57. os. P. Part. *Obturans ap. Vitr.* 10, 12. Assibus obturantibus foramina. *Obturandus V.* in OBTURACULUM.

OBTUSE, adv. obtusa acie. [**Cic. N. D.* 1, 25. quo quid dici potest obtusius? *Solin.* 32. *med.* Crocodili in aqua obtusius vident, in terra acutissime.

OBTUSIO, onis, f. ut Obtusio sensuum, apud *Tert. adv. Marc.* 3, 6. est stupiditas.

OBTUSUS, a, um, part. ab *obtundo*: verberatus, percussus. *Pl. Amph.* 2, 1, 59. sum obtusus pugnis pessime. P. Est etiam retusus, crassus, acumine carens, et pungendo, caedendoque minime aptus, *ἀβήλως. Colum.* 4, 24, f. Obtusa, et hebes, et mollis falx putatorem moratur. *Tac. A.* 15, 54. Pugionem vetustate obtusum saxo asperare. *Or. Met.* 1, 471. Obtusum telum. *Virg. G.* 1, 261. durum proculdit arator Vomeris obtusi dentem. *Plin.* 18, 35, 79. Cornua lunae obtusa pluviam; erecta et infesta ventos significant. *Lucr.* 4, 356. Obtusus angulus. P. Dicitur et de acie oculorum, quae hebes est, et minus videt: et translate de acie mentis, et ingenii. *Cic. Sen.* 23. Nonne vobis videtur animus is, qui plus cernat et longius, videre, se ad meliora proficisci; ille autem, cujus obtusior sit acies, non videre? *Id. fragm. ap. Lactant.* 3, 14. *med.* Mihi autem non modo

ad sapientiam caeci videmur, sed ad ea ipsa, quae aliqua ex parte cerni videantur, hebetes et obtusi. *Tac. Agr.* 9. Castrens jurisdictionis securae et obtusior, ac plura manu agens, calliditatem fori non exercet. *Gell.* 13, 24. *med.* Obtuso ingenio esse. *Arnob.* 1, 15. Nos hebetes, stolidi, fatui, obtusi pronunciamur, et bruti. P. *Obtusa lux*, parum nitens, subobscura, caliginosa. *Virg. G.* 1, 395. Nam neque tum stellis acies obtusa videtur, etc. P. *Obtusae aures*, tardae, subsurdatur, etc. P. *Obtusae aures*, Obtusaeque aures, nisi quisque novissimus error, Obtusaeque aures, nisi cum vox sola mariti Noscitur. Adde *Cels.* 2, 8, et 8, 14. P. Item defatigatae. *Auct. ad Her.* 3, 9, f. Si vehementer aures auditorum obtusae videntur, atque animi defatigati ab adversariis multitudine verborum. *Sil.* 11, 289. obtusae aures immiti murmure tubae. P. *Obtusa vox*, minus clara. *Quint.* 11, 3. Vox candida et fusca, plena et exilis, dura et flexibilis, obtusa et clara. P. *Obtusae fauces. Id. ib.* Fauces tumentes strangulant vocem, obtusae obscurant, rasae exasperant, cum nempe vox obtunditur. V. OBTUNDO. P. *Obtusior usus alicujus membri a Virg.* dicitur *G.* 3, 135., cum illud sensu acuto caret, et vivo. Sic *obtusus stomachus*, languidus. *Plin. ep.* 7, 3. Si coenam tibi facerem, dulcibus cibis acres acutosque miscerem, ut obtusus illis et oblitus stomachus, his excitaretur. P. Hinc translate. *Virg. A.* 1, 567. Non obtusa adeo gestamus pectora Poeni, h. e. non adeo stupidi sumus, aut rustici, et crudeles. P. *Obtusae vires*, infirmae, fractae, languidae. *Lucr.* 3, 453. obtusis ceciderunt viribus artus. *Liv.* 5, 18. Sensus oculorum atque aurium hebetes, vigor animi obtusus. P. *Obtusum venenum*, sine vi. *Calpurn. Ecl.* 5, 94. de angue: Marcet, et obtuso jacet exarmata veneno.

OBTUTUS, us, m. *πρόσωπος*, aspectus, inspectio: ab *obtuor*, quasi obtuitus. [**Cic. Div.* 59. Quodam obtutu oculorum duo pro uno lucernae luminaria (videntur), i. e. oculorum directione, *Richtung des Blicks.*] *Cic. Or.* 3, 5. Qui vultum ejus, cum ei dicendum esset, obtutumque oculorum in cogitando probe nosset. *Id. in Arat. N. D.* 2, 42. Obtutum aliquo figere. *Id. Univ.* 8. Effugit obtutum oculorum animus. [**Id. N. D.* 3, 4. in. Cur contuerere autem altero oculo, causa non esset; quum idem obtutus esset amborum, *da die Sehe in beiden gleich ist.*] *Quint.* 1, 2. *med.* Visus fatigatur continuo obtutu oculorum. *Sen. Agam.* 137. circuit pallor genas, Jacensque vultus languido obtutu stupet. *Virg. A.* 1, 499. Dum stupet, obtutuque haeret defixus in uno; et *ib.* 7, 249. defixa Latinus Obtutu tenet ora, soloque immobilis haeret; et *ib.* 12, 666. Obtutu tacito stetit. *Val. Fl.* 7, 88. et tandem obtutu consurgit ab alto, h. e. in terram diu defixo: ut dicitur *altus sopor, altus timor*, etc. Quidam codex, teste *Burm.*, habet *obtuitu*. P. [Est etiam pro oculo. *Appul. Met.* 1. Isto gemino obtutu circulatorum aspexi. E.] P. Translate. *Or. Trist.* 4, 1, 39. Semper in obtutu mentem vetat esse malorum. P. In plur. num. *Prud. Hamart.* 915. Nil intercurrent obtutibus.

OBVAGIO, is, n. 4. *ἀντιβιβάζω*, vagitu obstrepro, contra, seu circum vagio. *Pl. Poen. prol.* 31. Ne esurientes hic quasi hoedi obvagian.

OBVAGULATUM ire, prisca formula in Leg. XII. Tab., ut est ap. *Fest.* in *Portum. Id.* in *Vagulatione*: Vagulatione in lege duodecim Tabularum significat questionem cum convicio. Cui testimonium defuerit, is tertius diebus ob portum obvagalatum ito, h. e. tribus continuis nundinis eat ad domum adversarii sui, ibique obversetur, et cum clamore et convicio sua repetat. *Portus* enim ibi pro domo positus est. Putant autem ipsam vocem esse a *vagio*, unde fieri *vagilo*, seu *pagulo*, et *obvagulo*. Alii a *vagor* deducunt. V. PIPULUM.

OBVALLATUS, a, um, part. ab *obvallo*: quasi vallo opposito munitus, et clausus. *Cic. Agr.* 2, 1. Eum locum, quem nobilitas praesidiis firmatum atque omni ratione obvallatum tenebat, me duce rescidistis, virtutisque in posterum patere voluistis.

OBVALLO, as, a. 1. vallo claudio. *Festus* in *Ob*: Ob praepositio alias ponitur pro circum, ut cum dicimus, urbem obsideri, obsignari, obvallari.

OBVARIATOR, oris, m. qui cuiquam occurrit, quominus rectum iter conficiat. *Paulus ex Festo.*

OBVARO, as, a. 1. *δυναστέω*, depravo, perverto: a *varis*, idest qui introrsum pedes intortos habent. *Enn. ap. Non.* 2, 606. Nam consiliis obvarant.

*OBUCULA, ae, f. opp. Hispaniae Baeticae, ad Baetim flumen. *Hirt. B. Alex.* 5. *Ant. It.* P. *Obucula* est *Plin.* 3, 1. B. A.

OBVENIENTIA, ae, f. eventus, qui aliunde obvenit. *Tert. adv. Valent.* 29. De obvenientia superducant.

OBVENIO, is, n. 4. *ἀντίω*, obviam, vel contra, sive coramvenio. *Cic. Att.* 2, 12, f. Eas daturus eram ei, qui mihi primus obvissenet. *Al. melius leg. obviam venisset.* [**Orell.* vulg. retinet.] P.

Item advenio. Liv. 29, 34. Jubes cedere paulatim: se in tempore pugnae obvenerunt. Al. leg. venturum. [Id quidem nihili est; sed obveneri eadem ratione dictum est, qua alias occurrere, nimirum: se in tempore laborantium pugnam suscepturum.] P Saepius est obtingere. Cic. Verr. 2, 2, 6. Simulatque ei sorte provincia Sicilia obvenerit. Caes. B. C. 1, 6. Provinciae decernuntur: Scipioni obvenerit Syria, Domitio Gallia. Cic. Verr. 2, 2, 7. Quod hereditas ei obvenerit. Varr. R. R. 1, 12. Istiusmodi mi fundus hereditate obvenerit. Caes. B. G. 7, 81. f. Quibus eae partes ad defendendum obvenerant. Just. 38, 5. Paphlagonia, quae non vi, non armis, sed adoptione testamenti hereditaria patri suo obvenerit. P Item contingere, evenire, accidere. Cic. Phil. 2, 33. Id igitur obvenerit vitium, quod tu jam cal. Januar. futurum esse provideras. Pl. Truc. 2, 6, 40. haud ab re tibi obvenerit iste labos. Id. As. 2, 2, 15. Obvenerit occasio. Suet. Vesp. 21. Post decisa, quaecumque obvenerint, negotia.

OBVENTICIUS, a, um, adj. qui obvenerit, qui casu contingit. Tert. adv. Marc. 2, 3. Obventicia bonitas.

OBVENTIO, onis, f. quiddam praeter agrorum fructus alicui accedit ex industria, ut mercedis ex vectura jumentorum, navium, locatione, pensionibus, etc. Ulp. Dig. 14, 1, 1. med. Exercitorem eum dicimus, ad quem obventiones et redditus omnes perveniunt. Id. ib. 27, 9, 12. med. Vel in fructibus conditis, vel etiam in reditu spe, atque obventionum. Adde ib. 7, 1, 7.

OBVENTUS, us, m. occursus, adventus. Tert. Anim. 41.

OBVERBERO, as, a. 1. idem quod verbero. Apul. Met. 7. Inscensum (asinum) baculo obverberans; et ib. 9. Ferula nates ejus obverberans; et ib. Comites ejus pugnis obverberant.

OBVERSATIO, onis, f. negotiorum, actus obversandi, huc illuc itio. Cic. Mur. 24. Moestos amicos, obversationes, testificationes, seductiones testium, secessionem subscriptorum animadvertent. Ita quidam lexicographi: verum in optimis codicibus legitur observationes.

[OBVERSATUS, a, um, part. ab obverso: qui obversatur. Liv. 2, 36. Aegro animi eadem illa in somnis obversata species, visa est rogitare, etc. F.]

OBVERSE, adv. Colum. 9, 7. med. Domicilia apum obverse ad hibernum orientem componi debent, ut apricum habeant apes matutinum egressum, et sint experrectiores. Al. leg. obversa.

OBVERSOR, aris, atus sum, dep. 1. ἀποστροφῆς, ante aliquem versor, appareo, adsum. [*Liv. 31, 11. Magnam partem eorum (transfugarum) palam Carthaginensi obversari dicit: et sic multis in locis ap. Liv. v. Gloss. Liv. s. h. v.]

Plin. ep. 5, 21. Sedebant iudices, obversabantur advocati. Id. ep. 6, 16. med. Nam meatus animae ab iis, qui limini obversabantur, audiebatur. Id. Pan. 48. Obversabantur foribus horror et minae, et par metus admissis et exclusis. Tac. A. 3, 37. Obversans in urbe inter coetus et sermones hominum. P Saepe dicitur de iis, quae oculis aut menti apparent, ut spectra, visa, species. Cic. Sext. 3. Sed mihi ante oculos obversatur reipublicae dignitas, quae me ad se rapit. Id. Tusc. 2, 22. Obversantur animo honestae species. Liv. 35, 11. Caudinae cladis memoria non animis modo, sed prope oculis obversabatur. Plin. 24, 17, 102. Hac pota lymphari homines, obversantibus miraculis, h. e. animo miras rerum species imaginante. Lucr. 4, 1055. Illius et nomen dulce obversatur ad aures. P Pro adversari. Tert. adv. Gnost. 5. Malo obniti et obversari nisi bonum non potest. P Etiam obverso, as, dictum est, teste Prisc. 8, 799.

OBVERSUS, a, um, part. ab obverso: ἀποστροφῆς, erga aliquem conversus, adversus. Plin. 17, 3, 2. In aquilonem obversas vites et arbores poni suasere. Colum. 7, 3. f. Ne pascentium capita sint obversa soli. Ov. Met. 12, 467. faciemque obversus in agmen utrumque. Sil. 10, 110. Obversam spectans ora ad Phaethontia prolem. Tac. A. 4, 54. Obversus ad matrem, non mirum, ait, si, etc.; et ib. 67. Aestas in Favonium obversa, et aperto circum pelago peramoena. Flor. 2, 6. med. Romani adversus solem, pulverem, Eurum obversi. P Cum accus. Appul. Met. 2. Tunc orientem obversus, et incrementa solis tacitus imprecatus. P Absolute. Tac. A. 12, 14. Carrhenam, profligatis obversis longius evectum, integer a tergo globus circumvenit, h. e. adversis, et resistentibus. P Translate. Tac. H. 3, 83. Miles ad sanguinem, et caedes obversus; et ib. 11. Uni Antonio vix ac potestas in utrumque exercitum fuit, cedentibus collegis, et obversis militum studiis.

OBVERTO, is, erti, ersum, a. 3. ἀποστροφῆς, versus, erga, aut contra aliquem verto, convertito. Vet. Poeta ap. Cic. Fam. 9, 26. Quem aspectabant: cujus ob os ora Graji obvertebant sua. Virg. A. 6, 3. Obvertit pelago proras. Plin. 14, 21, 27. Fenestras cellae vinariae obverti in aquilonem oportere. Ov. Met. 12, 605. arcus obvertit in illum, Certaue letifera direxit spicula dextra. Id. Her. 19, 191. caeruleas quoties obvertor ad undas. Pl. Ps. 4, 3, 3. Nimis ego illum hominem metuo, Ne in re secunda nunc mihi obvertat cornua. Liv. 27, 28. med. Inde primo turbata acies est, dum ad circumsonantem undique clamorem flectere cornua, et obvertere ordines volunt.

OBVIAM, adv. eis ἀντιπρῶτον, ob, idest contra viam, adversus, contra. Cic. Mil. 10. Fit obviam Clodio ante fundum ejus. Pl. Bacch. 4, 4, 16. quem quaero, optime ecce obviam mihi est. Cic. Phil. 2, 22. Caesari ex Hispania redeunti obviam longissime processisti; et ib. 24. et Fam. 3, 7. Prodire obviam alicui. Id. Mur. 33. venire; et 32. ire; et Fam. 14, 5. properare. Caes. B. G. 7, 12. proficisci; et 28. contra venire; et B. C. 1, 18. exire. Liv. 7, 10. progredi. Cic. Fam. 3, 7. et Att. 12, 5. mittere. Pl. Amph. 3, 4, 2. obsistere. Id. Asin. 2, 3, 24. et 2, 4, 6. occedere. Id. Epid. 2, 2, 30. occurrere. Id. Men. 5, 8, 8. praecurrere. Id. Ps. 1, 3, 20. accedere. Cic. Planc. 40. ferre se. Ter. Ad. 3, 2, 24. offerre se. Liv. 1, 16. med. dare se. Id. 5, 23. Adventus dictatoris, omnibus ordinibus obviam effusus, celebrator fuit. Ter. Phorm. 1, 4, 19. ipse est, quem volui obviam. Pl. Ps. 2, 1, 18. quis hic est, Qui oculis meis obviam obicitur? et 4, 8, 5. minas, Quas promisi, obviam ei ultro deferam. Gell. 17, 4. Eum cum habuisset forte obviam, quaeso, inquit, etc. P Translate. Pl. Capt. 3, 3, 6. Nec sycophantiis, nec fucis ullum mantellum obviam est, h. e. adest, in promptu est. Id. Cas. 3, 4, 28. amanti mihi toto obviam eveniunt morae, h. e. interponunt se, mihi obsistunt. Id. Stich. 4, 1, 19. si tibi nulla aegritudo est animo obviam, h. e. sese offert. Sall. Jug. 7. Obviam ire periculis, h. e. pericula adire. P Obviam ire saepe est opponere se, obsistere, resistere. Cic. Verr. 2, 1, 41. med. Cupiditati hominum obviam ire. Sall. Jug. 5. Tum primum superbiae nobilitatis obviam itum est. Liv. 9, 14. Laetari milites, obviam itum irae suae. Id. 23, 28. med. Ambo duces junctis copiis, ire obviam coeptis, atque obsistere parant. Sall. Cat. 6. Hostibus obviam ire. Id. Jug. 17. f. injuriae; et ib. 25. sceleri; et ib. 46. Gracchorum actionibus. Tac. A. 6, 16. fraudibus; et H. 2, 33. sententiae. Sic Cic. Att. 4, 16. med. Pomptinius vult triumphare: huic obviam Cato, et Servilius praetores aperte. P Cavillandi et irridendi causa duplicem adverbii significationem, in bonam scilicet et in malam partem, simul complexus est his verbis Cic. Att. 2, 1. med. Cum neque sibi ex Sicilia Romam venientibus obviam quemquam prodire potuisse, et nocte se introisse, in concione jactasset Clodius; nihil ei novi dixi accidisse: nocte introisse item ante, non esse itum obviam, ne tum quidem, cum iri maxime debuit, h. e. nocte item Caesaris domum introisse, cum ibi mulieres Bonae Deae sacra facerent, nec quemquam inde ad eum expellendum contra prodire, quod maxime fieri debuisset, ne ipsius Deae sacra viri praesentia polluerentur. P Pro remedium afferre, mederi. Tac. A. 4, 64. Ni Caesar obviam isset, tribuendo pecunias pro modo detrimenti; et ib. 13, 5. Obviam ire dedecori; et ib. 4, 6. infecunditati terrarum; et H. 4, 46. timori.

OBVIAM, adv. eis ἀντιπρῶτον, ob, idest contra viam, adversus, contra. Cic. Mil. 10. Fit obviam Clodio ante fundum ejus. Pl. Bacch. 4, 4, 16. quem quaero, optime ecce obviam mihi est. Cic. Phil. 2, 22. Caesari ex Hispania redeunti obviam longissime processisti; et ib. 24. et Fam. 3, 7. Prodire obviam alicui. Id. Mur. 33. venire; et 32. ire; et Fam. 14, 5. properare. Caes. B. G. 7, 12. proficisci; et 28. contra venire; et B. C. 1, 18. exire. Liv. 7, 10. progredi. Cic. Fam. 3, 7. et Att. 12, 5. mittere. Pl. Amph. 3, 4, 2. obsistere. Id. Asin. 2, 3, 24. et 2, 4, 6. occedere. Id. Epid. 2, 2, 30. occurrere. Id. Men. 5, 8, 8. praecurrere. Id. Ps. 1, 3, 20. accedere. Cic. Planc. 40. ferre se. Ter. Ad. 3, 2, 24. offerre se. Liv. 1, 16. med. dare se. Id. 5, 23. Adventus dictatoris, omnibus ordinibus obviam effusus, celebrator fuit. Ter. Phorm. 1, 4, 19. ipse est, quem volui obviam. Pl. Ps. 2, 1, 18. quis hic est, Qui oculis meis obviam obicitur? et 4, 8, 5. minas, Quas promisi, obviam ei ultro deferam. Gell. 17, 4. Eum cum habuisset forte obviam, quaeso, inquit, etc. P Translate. Pl. Capt. 3, 3, 6. Nec sycophantiis, nec fucis ullum mantellum obviam est, h. e. adest, in promptu est. Id. Cas. 3, 4, 28. amanti mihi toto obviam eveniunt morae, h. e. interponunt se, mihi obsistunt. Id. Stich. 4, 1, 19. si tibi nulla aegritudo est animo obviam, h. e. sese offert. Sall. Jug. 7. Obviam ire periculis, h. e. pericula adire. P Obviam ire saepe est opponere se, obsistere, resistere. Cic. Verr. 2, 1, 41. med. Cupiditati hominum obviam ire. Sall. Jug. 5. Tum primum superbiae nobilitatis obviam itum est. Liv. 9, 14. Laetari milites, obviam itum irae suae. Id. 23, 28. med. Ambo duces junctis copiis, ire obviam coeptis, atque obsistere parant. Sall. Cat. 6. Hostibus obviam ire. Id. Jug. 17. f. injuriae; et ib. 25. sceleri; et ib. 46. Gracchorum actionibus. Tac. A. 6, 16. fraudibus; et H. 2, 33. sententiae. Sic Cic. Att. 4, 16. med. Pomptinius vult triumphare: huic obviam Cato, et Servilius praetores aperte. P Cavillandi et irridendi causa duplicem adverbii significationem, in bonam scilicet et in malam partem, simul complexus est his verbis Cic. Att. 2, 1. med. Cum neque sibi ex Sicilia Romam venientibus obviam quemquam prodire potuisse, et nocte se introisse, in concione jactasset Clodius; nihil ei novi dixi accidisse: nocte introisse item ante, non esse itum obviam, ne tum quidem, cum iri maxime debuit, h. e. nocte item Caesaris domum introisse, cum ibi mulieres Bonae Deae sacra facerent, nec quemquam inde ad eum expellendum contra prodire, quod maxime fieri debuisset, ne ipsius Deae sacra viri praesentia polluerentur. P Pro remedium afferre, mederi. Tac. A. 4, 64. Ni Caesar obviam isset, tribuendo pecunias pro modo detrimenti; et ib. 13, 5. Obviam ire dedecori; et ib. 4, 6. infecunditati terrarum; et H. 4, 46. timori.

OBVIGILATO, adv. vigilanter. Pl. Bacch. 3, 2, 14. Quae me causa magis cum cura esse ea, quam obvigilato, est opus. Alii leg. atque advigilare est opus.

OBVIO, as, avi, atum, n. 1. ἀντιπρῶτον, obviam eo. Hieron. ep. 5. n. 1. Reciprocae epistolae inter nos currant: illa sibi obvient, illae nobiscum loquantur. Veg. Mil. 3, 4. In scutis invicem obviantibus niti. P Item obsistere, resistere. Macr. Sat. 7, 5. Ubi toto impellentium procerum, quibus obviantium non erat, hortatu succubuit. Marcell. Dig. 39, 5, 20. Ut non possit suae confessioni obviare. Impp. Arcad. et Honor. Cod. Theod. 12, 1, 161. Plectibili severitate eorum fraudibus obviantium est. P Item impedire, remedium afferre. Pall. 1, 35. med. Grandini creditur obviare, si quis crocodili pellem, vel hyaenae, vel marini vituli per spatia possessionis circumferat. Id. 4, 10. Asini urina vermibus obviabit.

OBVIOLIO, as, a. 1. idem ac violio. Varr. L. E. 5, 8. Atticum (alii leg. antiquum) illud, Obviolavit. Inscr. ap. Grut. 996, 13. Quisquis es homo, ne mea ossa obvioles.

OBVIUS, a, um, adj. ἀντιπρῶτον, qui obviam fit, qui occurrit. Cic. Mil. 18. Quippe qui ei obvius futurus omnino non erat. Id. Att. 6, 5. Obvias mihi litteras mittas; et ib. 4. extr. Fae ut mihi tuae litterae volent obviae. Just. 1, 6. Ut quem primum postera die obviam habuisset, socium coeptis assumeret. Hirt. B. Afr. 89. Cui in itinere fit obvius L. Caesar. Liv. 1, 16. med. Dare se obvium alicui. Ov. Met. 11, 138. labentibus obvius undis Carpe viam. Sall. Jug. 81. Quo loco inter se obvii fuissent. Suet. Caes. 81. Libellus insidiarum ab obvio quodam porrectus. Prop. 2, 22, 3. Obvia, nescio quot pueri, mihi turba minuta Venerat. Liv. 37, 23. Esse in obvio alicui, h. e. in loco, ubi obvius esse possis. Virg. A. 1, 318. Cui mater media sese tulit obvia silva; et ib. 11, 498. Obvia cui, Volscorum acie comitante, Camilla Occurrit. Tibull. 1, 3, 45. ultroque ferebant Obvia securis ubera lactis oves. P Obvius etiam dicitur, qui alteri occurrit resistendi, et oppugnandi gratia. Cic. Caecin. 27. Si ingredienti cum armata manu obvius fueris. Sall. Jug. 24. Necessarie copias parat, et Jugurthae obvius procedit; et 54. Qui firmioribus animis obvii hostibus fuerant. Virg. A. 11, 504. Audeo Tyrrenos equites ire obvia contra; et ib. 10, 552. Obvius ardenti sese obtulit; et 877. infesta subit obvius hasta; et ib. 9, 56. Non aequo dare se campo, non obvia ferre Arma viros, sed castra fovere. P Obvia res aliqua est, quae eunti occurrit, seu ex adverso, et ante pedes sita est. Nep. Eum. 9. Montes, qui obvii erant itineri adversarium. Val. Fl. 3, 583. taurus tactus asylo, Obvia quaeque ruit. Virg. G. 4, 23. Vicina invitet decedere ripa calori, Obviaque hospitium teneat frondentibus arbor. Ov. Met. 1, 527. nudabant corpora venti, Obviae adversas vibrabant flamina vestes. [*Tac. A. 2, 54. Samothracum visere intentem obvii Aquilones depulere.] Lucr. 3, 384. neque aranei tenuia fila Obvia sentimus, quando obreturimus euntes. Catull. 64, 108. illa procul, radicibus exturbata, Prona cadit, lateque et cominus obvia frangens. Val. Fl. 1, 389. Et levis Elis equis, et fluctibus obvius Aulon; et 4, 656. et fuga ponti obvia, h. e. cursus maris navi contrarius, et obsistens. P Item quae exposita est injuriae, et cui noceri facile potest. Virg. A. 10, 694. rupes Obvia ventorum furis, expositaque ponto. Id. ib. 3, 498. melioribus opto Auspiciis, et quae fuerit minus obvia Grajis. Sen. Herc. Fur. 485. Vulneri et ferro obvius, h. e. vulnerabilis. P Homo obvius, qui facile adiri potest, comis, affabilis. Plin. ep. 1, 10. Est enim obvius, et expositus, plenusque humanitate. Quint. 8, 4. med. Obvia voluntas, h. e. prompta, obsequens, indulgens. Tac. A. 2, 2. Prompti aditus, obvia comitas. P De iis, quae facile occurrunt sine labore quaerendi. Id. ib. 16, 2. Nova ubertate provenire terras, et obvias opes deferre Deos. Quint. 9, 3. Secretae (figurae orationis) et extra vulgarem usum positae, ideoque magis nobiles, ut novitate aures excitant, ita copia satiant: nec se obvias fuisse dicenti, sed conquisitas, et ex omnibus latebris extractas congestasque declarant. Gell. 5, 1. Obvias vulgatasque laudes effutire. Quint. 12, 2. Ut ea quidem, quae manu fiunt, confiteantur egere doctoribus: virtutem vero obviam et illaboratam, tantum quia nati sumus habeamus. Mart. 11, 6. Quiddam venerit obvium, loquamur, Morosa sine cogitatione. Gell. 3, 14. med. Cum obvium, proximumque esset dicere, etc. [*Significatio, quam in hujus et praecedentis §. exemplis vox obvius continet, argentea demum aetate obtinuit.]

[OBULCONENSIS, e, adj. ad Obulconem pertinens, urbem Hispaniae Baeticae, prope Baetim fluvium, quae nunc Porcuna, aliis Andujar esse videtur: ejus meminit Plin. 3, 1, 3. In mediterraneo (oppidum) Obulco, quod Pontificense appellatur. Inscr. ap. Grut. 458, 5. Ordo Pontificensis Obulconensis. Alia ap. Mur. 1065, 2. M. Cornelius Fannianus Obulconensis. F.]

[OBULTRONEUS, a, um, adj. qui obviam ultro progreditur. Not. Tir. p. 83. Ultroneus, obultroneus. Gloss. Philox. Obultroneus, ἀντιπρῶτος. F.]

OBUMBRATIO, onis, f. actus obumbrandi. Arnob. 5, 186. Si allegoricae caecitatis obumbratio tolleretur, facilis ad discendum res esset.

OBUMBRATRIX, icis, f. quae obumbrat. Tert. Apol. 9. Arbore templi obumbratrices scelerum.

OBUMBRATUS, a, um, part. ab obumbro: umbra tectus, coopertus. Pall. 12, 1. Locis frigidis dicunt in fabae satione glebas non esse frangendas, ut per eas gelicidiorum tempore possint germina obumbrata defendi. [*Curt. 5, 4, 8. Obumbratus annis.] Appul. Met. 11. f. Non obumbrato, vel oblecto calvitio, sed quoquo versus obvio.

OBUMBRO, as, avi, atum, a. 1. ἐπισκιάω, umbra tegeo, umbram induco [*obscuro]. Just. 1, 4. Vitem enatam, cujus palmitis omnis Asia obumbratur. Plin. 2, 42, 42. Nubes solem obumbrant. Id. 17, 21, 35. n. 6. Melior vino ea vitis, quando sibi ipsa non obumbrat, assidueque sole coquitur. Ov. Amor. 2, 16, 10. Gramineus madidam caespes obumbrat humum. Virg. A. 12, 573. Ferrum alii torquent, et obumbrant aethera telis. Ov. Met. 13, 844. coma plurima torvos Prominet in vultus, humerosque, ut lucus, obumbrat. [*Adde ib. 14, 837.] P Item [*translate] obscurare, [*imminuere.] Tac. H. 2, 32. Senatium, et populum, nunquam obscura nomina, etsi aliquando obumbrentur. Plin. 23, 1, 23. In proverbium cessit, sapientiam vino obumbrari. [*Quint. Inst. 8. prooem. 23. Nam illa, quae curam fatentur, et ficta atque composita videri etiam volunt, nec gratiam consequuntur, et fidem amittunt, propter id, quod sensus obumbrant.] Mamert. Grat. act. ad Julian. 5. Obumbrare candorem aequitatis. P Item tegere,

celare. *Petr. Sat.* 101. Poteris hanc simulationem et lacrimis, et vultus confusione obumbrare. *Or. Her.* 17, 48. nec ullus Error, qui facti crimen obumbret, erit. *Id. Pont.* 3, 3, 75. Tu licet erroris sub imagine crimen obumbres, etc. P [Hinc poetice vindicat notionem defendendi, tuendi, ducta metaphora ab arboribus, quae solem frondibus defendunt. *Noster* hanc vocis notionem supra §. 2. adscripsit. *Virg. A.* 11, 222. Multa simul contra variis sententia dictis Pro Turno: et magnum reginae nomen obumbrat. P Confund. in cdd. *obumbrare, inumbrare et adumbrare.* V. *intpp.* ad *Virg. G.* 4, 20.] P Part. *Obumbrans* ap. *Plin.* 2, 41, 41. Nubilo obumbrante.

OBUNCATUS, a, um, part. ab inus. *obunco*: obuncus factus. *Coel. Aurel. Tard.* 2, 14. Digitorum summitates crassescunt obuncatis unguibus: quod Graeci *γυρίων* vocant.

OBUNCTUS, a, um, part. ab inus. *obungo*: circum unctus, oblitus, illitus, delibutus. *Appul. Met.* 2. Capillus guttis Arabicis obunctus; et *ib.* 8. Facie coenoso pigmento delita, et oculis obunctis graphice.

OBUNCULUS, a, um, dimin. obunci. *Titin.* ap. *Non.* 14, 1. Tunica, et cingula obuncula adimetur: pannos possidebit foetidos, h. e. adunca fibula instructa. [Bothe legend. putat, *togula obunculae*, h. e. anni curvae. F.]

OBUNCUS, a, um, adj. *εὐγυπιος*, aduncus. *Virg. A.* 6, 597. rostroque immanis vultur obunco. *Or. Met.* 6, 516. pedibus praedator obuncis Deposuit nido leporem Jovis ales in alto. *Claud. B. Gild.* 470. de aquila anguem lacerante: reluctantem morsu partitur obunco. *Or. de nuce* 115. quia nec noceo, nec obuncis vindicor hamis.

OBUNDATIO, onis, f. exundatio. *Flor.* 4, 2. med. Interim obundatione verni fluminis commeatibus prohibetur.

OBUNDO, as, n. l. circum undo, exundo. *Stat. Achill.* 1, 102. lateque Deae Sperchios obundat Obvius, et dulci vestigia circuit unda. Al. leg. *abundat.*

OBVOLITO, as, n. l. circum volito, vagor. *Porc. Latro decl. in Cat.* 11. Quos in foro quotidie, in oculis civium passim obvolitare cernimus; et 32. Gladiatoriis agminibus stipatum per ora vulgi palam obvolitare.

OBVOLVO, is, olvi, lutum, a. 3. *περιελίω, περιβαίρω*, circum volvo, obnuo, obduco, contego. *Cic. Or.* 22. f. Pictor ille vidit, obvolvendum caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari. *Suet. Cal.* 51. Ad minima tonitrua et fulgura connivere, caput obvolvete; et *Caes.* 82. Toga caput obvolvitur, et sinistra manu sinum ad ima crura deduxit. P Translate. *Hor. Sat.* 2, 7, 42. verbisque decoris Obvolvas vitium, h. e. obtegas.

OBVOLUTATUS, a, um, part. ab inusit. *obvoluto*: circum volutatus. *Veg. Vet.* 3, 4. med. Bos in proscindendo duritiam soli, obvis radicibus obvolutus convellit armos, h. e. oblutatus.

OBVOLUTIO, onis, f. *Macr. Somn. Scip.* 1, 11. f. In singulis sphaeris, quae coelo subjectae sunt, aetherea obvolutione vestitur.

OBVOLUTUS, a, um, part. ab *obvolvo*: circum volutus, obtectus. De parricidis *Cic. Inv.* 2, 50. Os obvolutum folliculo, et praeligatum. *Auct. ad Her.* 1, 13. Obvolutus et obligatus corio devehatur in profluentem. *Cic. Verr.* 2, 5, 28. Cives R. ne cognoscere, capitibus obvolutis ad necem rapiantur; et *Liv.* 4, 12. extr. Capitibus obvolutis se in Tiberim praecipitaverunt. *Suet. Dom.* 17. Brachium lanis fasciisque obvolutum. *Appul. Met.* 11. Limpido tegmine crines madidos obvolutus. *Id. Apol.* Res in sudario obvolutae. P Translate. *Pacuv.* ap. *Cic. Div.* 1, 31. Adest fax obvoluta sanguine, atque incendio.

OBUSTUS, a, um, part. ab inus. *oburo*: circum ustus, *περικεκαυμένος*. *Virg. A.* 11, 894. Stipitibus ferrum, sudibusque imitantur obustis; et *ib.* 7, 506. hic torre armatus obusto. *Or. Trist.* 5, 2, 66. Glebaque eanenti semper obusta gelu.

O C

*OCALĒA, ae, f. Boeotiae opp. *Plin.* 4, 7. B. A. [OCCA, ae, f. instrumentum rusticum ad occandum. *Gloss. Isid.* Occa, rastrum. *Gloss. Philox.* Occa, βολοκόπημα. *Veg. Vet.* 1, 56. Crates, quae occa vocatur a vulgo. *Colum.* 2, 18. Tum glebas sarculis resolvemus, et inducta occa coaequabimus. Alii leg. *inducta crate.* F.]

OCCĀBUS, i, m. *ὀκκαβός, τὰ περὶ τὸν βραχίονα φέλλια*, armillae circa brachium, ut est ap. *Hesych.* Item torquis circa collum. *Inscr.* ap. *Mur.* 333. Q. Sammio Secundo ab XV. viris occabo et corona exornato, etc. Alia ap. *Romanelli Topogr. Napol.* T. 3. p. 512. XV. sacris faciundis sacerdoti Matris Deum Licinio Secundo permisimus et occavo, et corona, dumtaxat intra fines coloniae, uti. *Occavo* scriptum pro *occabo*. V. *Philipp. a Turre* ap. *Salengr.* in *Nov. Thesaur. Antiquit.* T. 3. p. 862.

OCCĀECO, V. OBĀECO.

OCCĀLLATUS, V. OBĀLLATUS.

OCCĀLLESCO, V. OBĀLLESCO.

[OCCĀMEN, inis, n. idem ac occatio. *Gloss. Isid.* Occamen, concisio: scil. glebarum. F.]

OCCĀNO et Obcano, is, ui, n. 3. idem quod occino. *Sall. fragm.* ap. *Diomed.* 1, 370., *Prisc.* 10, 898. et *Serv.* ad *G.* 2, 384. Jussu Metelli cornicines occanere. *Tac. A.* 2, 81. Tum Sentius occanere cornua, tubasque, et peti aggerem, erigi scalas jussit.

OCCĀSIO, onis, f. *εὐκαιρία, καιρός*, opportunitas temporis casu proveniens, tempus opportune oblatum faciendi aliquid, facultas, ansa, campus: ex *ob* et *casus*: quasi casus se offerens. *Cic. Inv.* 1, 27. Occasio est pars temporis habens in se aliquid rei idoneam faciendi, aut non faciendi opportunitatem. *Id. Off.* 1, 40. Tempus actionis opportunum, Graece *εὐκαιρία*, Latine appellatur occasio. *Pl. Men.* 3, 3, 29. quid ego cesso, dum datur mihi occasio, Tempusque, abire ab his locis? *Id. Ps.* 4, 2, 3. Heus tu, nunc occasio est, et tempus. *Liv.* 4, 58. Ex incommodo alieno suam occasionem petere. *Planc.* ad *Cic. Fam.* 10, 4. f. Ne inter aliena vitia hae gentes nostra mala suam putent occasionem, [*armorum scil. capiendorum]; et *ib.* 8. Si in eo mihi temperavissen, majores occasiones ad optulandum haberem. *Cic. Mil.* 14. Quem si interficere voluisset, quantae quoties occasiones, quam praeclaras fuerunt; et *ib.* 15. Quae tum non modo occasio, sed etiam causa illius opprimendi fuit? *Id. Att.* 5, 18. med. Si fuerit occasio, manu; sin minus, locis nos defendemus. *Plin.* 18, 6, 8. n. 3. Fossas, si sit occasio, silice vel glareas sterni. *Cic. Verr.* 2, 1, 13. Simulacrum primum ei occasio visa est, exercitum provinciamque deseruit. *Id. Fam.* 12, 24. Ut primum occasio data est, meo more rempubl. defendi. *Id. Manil.* 2. Occasionem sibi ad occupandam Asiam oblatam esse arbitratur. *Id. Verr.* 2, 2, 25. Iste amplam occasionem calumniae nactus. *Id. Leg.* 1, 2. Teneo, quam optabam occasionem, neque omitam. Al. leg. *amittam.* *Id. Caecin.* 5. f. amittere. *Nep. Mill.* 3. dimittere. *Id. Dion.* 4. dare alicui. *Caes. B. C.* 3, 25. praetermittere; et *ib.* 79. Non deesse occasione. *Petr. Sat.* 12. Occasionem bellissima uti coepimus. *Id. fragm. Trag.* 78. *Burm. extr.* Occasionem opportunissimam nacti. *Suet. Galb.* 17. praebere alicui. *Plin. ep.* 2, 13. avidissime amplecti. *Liv.* 35, 12. f. arripere. *Plin.* 2, 1, 1. sumere. *Sen. Ben.* 3, 14. extr. quaerere. *Pl. Ps.* 4, 3, 5. capere. *Cic. Har. resp.* 25. f. captare. [*Ingentem exemplorum numerum hujus vocis praeg. signif. positae collegit *Boettlich.* in *Lex. Tac.* p. 329. sq. *Suetonii* locos habet *B. Crus.* in *cl. Suet.* p. 546. sq. Cf. etiam *Herzog.* ad *Caes. B. G.* 7, 47.] P *Data, capta, oblata occasione, per, et ad occasionem, ex occasione, et occasione absolute, formulae sunt frequentes. Cic. Phil.* 7, 6. Qui familiarem jugularit, quid hic, occasione data, faciet inimico? *Hirt. B. Afr.* 56. Gaetuli, occasione capta, perfugiunt in Caesaris castra. *Suet. Caes.* 73. Occasionem oblata simulatates deponere. *Liv.* 30, 3. Haec spem fecerant castra hostium per occasionem incendendi. *Suet. Claud.* 11. Fratris memoria per omnem occasionem celebrata. *Id. Aug.* 41. Liberalitatem omnibus ordinibus per occasiones frequenter exhibuit; et *ib.* 97. De nocte ad occasionem aurae evehctus est. *Id. Caes.* 60. Proelia non tantum destinato, sed ex occasione sumebat. *Sen. Tranqu.* 1. Hostes vagi, et occasio adalientes. *Suet. Claud.* 42. Graecae linguae amorem occasione omni professus. P Sequentie infinito. *Pl. Capt.* 2, 3, 63. nunc adest occasio Bene facta cumulare. P Pro commoditate, facilitate, facultate. *Tac. A.* 15, 50. Hic occasio solitudinis, ibi ipsa frequentia tanti decoris testis. [**Garr.* ad *Cic. Off.* 1, 40, 142. p. 177. sq. (laudante *Beiero*), vv. *opportunitas* et *occasio* ita distinguit, ut *opportunitatem* actionis cujusdam cum prioribus et posterioribus convenientiam esse velit; *occasionem* autem concursum antecedentium causarum, a quibus illa pendeat.] P *Dea* habita est: ejusque simulacrum ita describit *Phaedr.* 5, 8. Cursu volucris pendens in novacula, Calvus, comosa fronte, nudo corpore: Quem si occuparis, teneas, elapsam semel Non ipse possit Juppiter reprendre; Occasionem rerum significat brevem. Effectus impedit ne segnis mora, Finxere antiqui talem effigiem temporis. Hic porro virili effigie fingitur Occasio, quia ea Graecis ὀκκαβός dicitur, de quo exstat *Posidippi* epigramma in *Anth. Gr.*, cujus initium: *Τὸς, πόθεν ὀκκαβός; Auson. epigr.* 12, 3. Sum *Dea*, quae rara, et paucis Occasio nota. *Id.* praeterea alas in pedibus ei tribuit, et comitem *Metanoem*, seu *Poenitentiam*. P Aliquando ponitur pro facultate, et copia. *Colum.* 9, 1. Genus id clathrorum fabricatur ex robore, quercu, vel subere: nam oleae rara occasio est. *Plin.* 36, 26, 65. Cum sparsi per litus epulas parent, nec esset cortinis attollendis lapidum occasio. *Id.* 23, 4, 40. Si vetusti olei non sit occasio.

OCCĀSIUNCULĀ, ae, f. parva occasio. *Pl. Trin.* 4, 2, 132. Nimis argute obrepsisti in eapse

occasiuncula. [Vet. Schol. ad *Cic. Planc.* (ed. A. Maio) 34. Hic mutuatus est occasiunculam quandam amarius lacessendi. F.]

*OCCASIVUS, a, um, adj. ad occasum spectans. *Gloss. Gr. Lat. divinos.* Saxo *Gramm. prol.* 5. B. A.

OCCĀSUS, a, um, part. ab *occido*. *Pl. Epid.* 1, 2, 41. Ante solem occasum. *Claud. Quadrig.* et *Lex. XII. Tab.* ap. *Gell.* 17, 2. Sol occasus suprema tempestas est. Ipse *Gell.* 3, 2. Post solem occasum. *Id. citat.* l. 17. Sole occaso non insuavi venustate est, si quis aurem habeat non sordidam, nec proculcatam. Adde *Lucil.* ap. *Prisc.* 9, 869. qui et ipse cum sole jungit: nam alia ratione usum, quod sciam, non habet.

OCCĀSUS, us, m. *πρόμα, θάνατος*, interitus, mors, obitus, casus: et dicitur tum de homine, tum de inanimis rebus. *Cic. Acad.* 1, 2. f. Post L. Aelii nostri occasum. *Id. Pis.* 15. Qui dies post obitum occasumque nostrum reipubl. primus illuxit. Adde *Nep. Eum.* 13. *Virg. A.* 2, 431. Iliaci cineres et fama extrema meorum, Testor, in occasu vestro, etc.; et *ib.* 1, 242. occasum Trojae tristesque ruinas. *Cic. Sull.* 11. et *Pis.* 8. Ad occasum interitumque reipubl. P Translate *occasus odii*, cum odium deponitur. *Quint. decl.* 9, 18. Semper odiorum honestus occasus est, scil. quia inimicitiae mortales esse debent. P *Occasus astro-*rum est, cum ad inferius hemisphaerium decidendo, vel in sole condendo se, oculis nostris subtrahuntur, *divos.* *Virg. G.* 1, 225. Multi ante occasum Majae coepere. *Quint.* 1, 4. Ortus, occasusque signorum. *Plin.* 2, 15, 12. Stellae Venere, et Mercurii Solem insequuntur, adeptaque occasu matutino conduntur. *Caes. B. G.* 1, 50. Solis occasu suas copias in castra reduxit; et *ib.* 2, 11. extr. Sub occasum solis sequi destiterunt; et *ib.* 3, 15. extr. Ab hora quarta usque ad solis occasum; et *ib.* 5, 8. Ad solis occasum naves solvit. *Sall. Jug.* 71. Equites pariter cum occasu solis expeditos educit. P Absolute. *Tac. H.* 3, 86. Praecipiti in occasum die. *Stat. Th.* 1, 686. Quique bibit Gangan, aut nigrum occasibus intrat Oceanum. P Item ea pars coeli, ubi sol occidit. *Caes. B. G.* 1, 1. extr. Aquitania spectat inter occasum solis, et septentriones. *Virg. A.* 9, 668. Quantus ab occasu veniens pluvialibus Hoedis Verberat imber humum; et *ib.* 11, 317. Ager longus in occasum. P Olim pro occasione usurparunt. *Enn. ap. Fest.* Hic occasus datus est. *Id. ib.* Occasus juvat res. *Id. ib.* Ast occasus ubi, tempusve audere repressit.

OCCĀTIO, onis, f. *βολοκόπη*, actus occandi. *Seren.* ap. *Non.* 1, 306. Occatio occaecatio est. *Cic. Sen.* 15. Terra cum sparsum semen exceptit, primo id occaecatum cohibet: ex quo occatio, quae hoc efficit, nominata est. *Colum.* 11, 2. med. Pulverationem faciunt quam vocant rustici occasionem, cum omnis gleba in vineis refringitur, et resolvitur in pulverem. *Plin.* 18, 20, 49. n. 3. Aratione per transversum iterata, occatio sequitur, ubi res poscit, crate vel rastro.

OCCĀTOR, oris, m. qui occat. *Colum.* 2, 13. Tritici modii quatuor bubulcorum operas occupant quatuor, occatoris unam, sarritoris duas. *Pl. Capt.* 3, 5, 3. Sartor, satorque scelerum, ac messor maxime. *Tyn.* Non occatorem dicere audebas prius? Nam semper occat prius, quam sarrunt rustici. P De Deo Occatore, V. IMPORCITOR.

OCCĀTORIUS, a, um, adj. ad occatorem pertinet. *Colum.* 2, 13. Hordei modii quinque bubulci operas tres exigunt, occatoriam unam, sarritoriam unam, et dimidiam.

OCCĒDO, is, essi, essum, n. 3. *ὀκκαβόω*, obviam eo, accedo: ex *ob*, et *cedo*. *Pl. Most.* 5, 2, 4. Ait, se metuere in conspectum illius occedere. *Id. As.* 2, 3, 24. et 2, 4, 6. et *Stich.* 5, 2, 24. obviam accessit mihi. P Pro *occido* dixerunt etiam *occido*. Unde *Festus*: Occidamus Plautus ponit pro contra cedamus. *Plauti* locus videtur esse *Ps.* 1, 3, 20., ubi nunc sic legitur: *Accedamus hac obviam*; alii autem mallent *occidamus*. Etiam *Varr. R. R.* 3, 17. Designato aedili nos occedimus, et gratulati in Capitolium prosequimur. Alii leg. *occidimus*.

[OCCĒTATIO, onis, f. idem ac occentus. *Symmach. Or. in Valent.* (ed. A. Maio) 2, 14. Crassus percontanti filio, quid noctis moveri castra jussisset; Vereris, inquit, ne tuas aures forte non penetret occendatio bucinarum? F.]

OCCĒTO, as, avi, atum, a. 1. ob, seu ad, vel contra aliquem canto. *Festus*. Occentassint antiqui dicebant, quod nunc, convicium fecerint, dicimus: quod id clare, et cum quodam canore fit, ut procul exaudiri possit: quod turpe habetur, quia non sine causa fieri putatur. *Cic. fragm.* ap. *August.* C. D. 2, 9. Nostrae XII. Tabulae cum perpaucae res capite sanxissent, in his hanc quoque sancendam putaverunt, si quis occentavisset, sive carmen condidisset, quod infamiam afferret, flagitiumve alteri. Ita optimi critici ex MSS. Al. perperam leg. *actitavisset*. Fortasse ex hoc *Cicero*nis loco ipsa verba legis XII. Tab. ita concinnavit *Scal.* ad *Festum*: Si quis carmen occentassit, quod alteri fla-

gitium faxit, capital esto. P Occentare ostium, est ad ostium alicujus malum carmen occentare. Pl. Pers. 4, 4, 20. At illi noctu occentabunt ostium, exurent fores. Adde Merc. 2, 3, 73. Absolute, Id. Curc. 1, 2, 57. Quid si adeam ad fores, atque occentem? Hoc autem loco in bonam partem sumitur, habetque eandem prope sententiam, quam cum nos dicimus, ein Ständchen bringen. V. ibi sequentia. P Dicitur et de avibus infausto omine occinentibus. Ammian. 30, 5. med. Bubo culminibus regii lavacri insidens, occentansque funebria.

OCCENTUS, us, m. actus occinendi, cantus. Plin. 8, 57, 82. Soricum occentu dirimi auspicia annales refertus habemus. Val. Max. 1, 1. n. 5. Occentus soricis auditus Fabio Maximo dictaturam, C. Flaminio magisterium equitum deponendi causam prae-buit.

OCCEPSO. V. OCCIPIO.

OCCEPSO, as, a. 1. frequent. ab occipio. Pl. Men. 5, 5, 18 et 32. Jam hercle occupat insanire primulum. Id. Rud. 3, 4, 70. maximo malo suo, Si attigerit, sive occupasset: ἀρρακίως pro occupaverit. Alii leg. occentassit.

OCCII, orum, m. plur. Plin. 12, 8, 18. In Hyrcaniae convallibus ficis similes esse arbores, quae vocentur occii, ex quibus defluit mel horis matutinis duabus.

OCCIA, ae, f. virgo Vestalis. Tac. A. 2, 86. B. A.

OCCIDANĒUS, a, um, adj. occidentalis, ut Ventus occidaneus, Innocent. de cas. litter. p. 228. Goes.

OCCIDENS, entis, part. ab occido, qui occidit. Substantive ponitur pro occasu, locus nempe seu plaga, in qua sol occidit, δόκος. Cic. N. D. 2, 66. Qui has nobiscum terras ab oriente ad occidentem colunt. Hor. Epod. 1, 13. Vel occidentis usque ad ultimum sinum. P Significat etiam morientem, cadentem. Cic. Tusc. 1, 45. Cum suis se laudibus vita occidens consolari potest. Id. Fam. 4, 1. Aliquid opis occidenti reipublicae tulissemus. Petr. Sat. 22. f. Tricliniarches lucernis occidentibus oleum infuderat.

OCCIDENTĀLIS, e, adj. δυτικός, qui vergit ad occidentem. Plin. 18, 34, 67. n. 3. Ab occasu solstitiali, et occidentali latere septentrionis. Gell. 2, 22. Occidentalis ventus.

OCCIDĪO, onis, f. ἀνάγκη, occisio, caedes, qua deletur genus aliquod viventium. Liv. 3, 28. f. Hostes a proelio ad preces versi orare consulens, ne in occisione victoriam poneret. Colum. 4, 7. de vitib.: Nec ad occisionem universum genus perducipatimur. Id. 9, 15. de apib.: Nec ad occisionem gens interimenda est. P Hinc occisione occidere est occidendo delere, ad interuentionem redigere. Cic. Fam. 15, 4. med. Equitatus occisione occisus. Liv. 28, 43. Cum duo exercitus prope occisione occisi essent. Just. 26, 2, et 28, 2. Omnes occisione caesi. Id. 2, 14. Mardonii copias occisione occidisse; et Tac. A. 12, 38. Ni cito subventum foret, copiae tum occisione occubissent; et ib. 13, 57. Equi, viri, cuncta victa occisioni dantur; et ib. 12, 56. extr. Pugnatum fortium virorum animo: ac post multum vulnere occisioni exempti sunt.

OCCIDIUM, ii, n. occidio, interitus. Prud. Apoth. 695. rota lurida solis Haeret, et occidium sentit jam jamque futurum. Alii rectius leg. excidium, quam vocem postulat ipsa versus hexametri ratio.

OCCIDO, is, cidi, cisum, a. 3. vehementer caedo: ex ob, et caedo. [*V. Doederl. 3, 188. et 190.] Ter. Ad. 4, 2, 19. Ctesipho me pugnis miserum, et istam psaltrium Usque occidit. [*V. Doederl. 1, 15.] P Saepius est ἀποκτείνω, ἀναγκάω, ad necem caedere, necare, interficere, trucidare. De discrimine inter neco, et occido, V. NECO. Cic. Fin. 2, 20. extr. L. Virginii filiam sua manu occidit. Id. Phil. 14, 14. Cum copias hostium, quae ad castra accesserant, profligarit, occiderit. Id. Rosc. Am. 35. Nullus modus est hominis occidendi, quo, etc. Cues. B. G. 5, 36. Ipse pro castris fortissime pugnans occiditur. Liv. 3, 23. Hos ignominiosa fuga domum se recipientes consul ad unum omnes occidit. Id. 40, 10. Qui occisurus fratrem fuit. Suet. Claud. 44. Veneno aliquem occidere. P Translate est ex cruciare, tantaque molestia afficere, ut prope occidere videaris. Hor. Epod. 14, 5. Candide Maecenas, occidis saepe rogando. Id. A. P. 475. Quem vero arripuit, tenet, occiditque legendo. Adde Pl. Ps. 4, 1, 23. et Men. 5, 4, 23. Neco, et eneco eadem ratione usurpantur. P Pro perdere. Ter. Ph. 4, 3, 67. hei mihi, Geta, occidisti me tuis fallaciis. P Pro accedere, V. OCCEDO. P Pro caedere, V. OCCO. P Morientes occidere, proverbialis locutio ap. Petr. Sat. 98., ut perditum perdere ap. Cic. Fam. 14, 1. P De rebus inanibus, V. OCCISUS. P [*Confund. occidi et interfici. V. Beier. ad Cic. Off. 2. p. 78.]

OCCIDO, is, cidi, casum, n. 3. κατακτείνω, cado, ruo, decido, accido: ex ob, et cado. Pl. Rud. prol. 8. Et alia Signa de coelo ad terram occidunt. Liv. 21, 35. extr. Ut neque sustinere se a lapsu possent, aliique super alios, et jumenta et homines, occiderent. [*Id. 23, 24. Arborea ita inciderant, ut immotae starent, momento levi impulsae occiderent, i. e. conciderent, laberentur.] P Occidere astra dicuntur, vel cum sub hemisphaerium nostrum cadunt, vel subeunt solem, et conduntur, κατὰ δόκον. Catull. 5, 4. Soles occidere, et conduntur, κατὰ δόκον. Nobi, cum semel occidit brevis lux, Nox est perpetua una dormienda. Colum. 11, 2. XV. cal. Januar. Capra occidit mane; et mor: IV. cal. Januar. Aquila vespere occidit. Plin. 2, 25, 23. Cometes nunquam in occasura parte coeli est, h. e. occidua. P Saepe est perire, interire, mori, exstingui. Cic. N. D. 2, 9. Refrigerato et exstincto calore, occidimus ipsi et exstinguimur. Id. Fam. 9, 5. Illos vereor, qui in bello occiderunt. Id. Div. 1, 25. med. Eudemus proelians ad Syracusas occidit. Virg. A. 2, 581. Occiderit ferro Priamus? Troja arserit igni? et ib. 12, 659. Regina tui fidissima, dextra Occidit ipsa sua. Sall. Jug. 7. Sperans vel ostentando virtutem, vel hostium saevitia facile eum occasurum. Ov. Met. 13, 596. primisque sub annis Occidit a forti (sic Dii voluistis) Achille; et ib. 6, 265. minimo tamen occidit ille Vulnere, non alte percusso corde sagitta. Id. Am. 2, 6, 37. Occidit ille loquax, humanae vocis imago, Psittacus. P De rebus inanibus. Val. Fl. 7, 282. Occidat aeterna tandem Cadmeia morte Jam seges. Cic. Acad. 4, 38. Nulla vis tantos queat motus moliri, ut hic ornatus (mundi) nunquam dilapsus occidat. V. et locum Petronii in OCCIDENS. Plin. 17, 13, 20. Quae cito occidunt, velocia sunt, ut ficus, punica, prunus. Virg. Ecl. 4, 24. Occidet et serpens, et fallax herba veneni Occidet. Id. A. 12, 828. Occidit, occideritque sinas cum nomine Troja. [*Liv. 1, 48. cum illo (Servio) simul justa ac legitima regna occiderunt; et 5, 42. velut ad spectaculum a fortuna positi occidentis patriae.] P Translate. Cic. Q. Fr. 1, 4. med. Sin plane occidimus, ego omnibus meis exitio fuero. Sic Virg. A. 11, 413. Funditus occidimus, nec habet Fortuna regressum. Cic. Mil. 36. extr. Vos obsecro, iudices, ut vestra beneficia, quae in me contulistis, aut in huius salute augeatis, aut in ejusdem exitio occasura esse videatis. Id. Fam. 4, 3. Eos, qui auctoritatem, et consilium tuum non sunt secuti, sua stultitia occidisse, h. e. de pristina dignitate, et statu decidisse. Pl. Most. 2, 1, 2. Occidit spes nostra; et Hor. Od. 4, 4, 70. occidit, occidit spes omnis, et fortuna nostri Nominis. Cic. Leg. 2, 19. Ne morte patrisfamilias sacrorum memoria occideret. Adde Amic. 27. f. Lucr. 3, 416. Oculorum lumen occidit; et 2, 788. Causa occidit, h. e. nulla est, sublata est. Id. 1, 668. Occidit ad nihilum nimirum funditus ardor Omnis. Pl. Truc. 1, 2, 72. Non hercle occiderunt mihi etiam fundique, atque aedes, h. e. non omnino amisi: habeo etiamnum. P Occidi, desperantis exclamatio, comicis frequens, perii, interii, nullus sum, actum est de me. Ter. Andr. 3, 4, 26. Sed eum ipsum video: occidi. Pl. Cas. 3, 5, 1. Nulla sum, nulla sum: tota tota occidi. P [*Confund. occidere, decidere et concidere. V. intpp. ad Virg. A. 7, 766.]

OCCIDUALIS, e, adj. Prud. adv. Sym. 2, 597. Omnibus in terris, quas distinet occidua Oceanus, roseoque Aurora illuminat orbe. Adde Psych. 832.

OCCIDŪUS, a, um, adj. occidens, occasus. Or. Fast. 4, 832. oriens, occiduousque dies. Id. ib. 5, 558. et Gell. 19, 7. Sol occiduous. Calpurn. Ecl. 3, 82. Qui metere occidua ferale nocte lupinos Dicitur. Stat. Th. 3, 33. sub occiduas versae jam noctis habenas, Astrorumque obitus. P Translate. Or. Met. 15, 226. emensis medii quoque temporis annis, Labitur occiduae per iter declive senectae, h. e. quae morti est proxima. P Item ad occidentem situs. Ov. Fast. 1, 313. Octipedis frustra quaeruntur brachia Cancri: Praeceptis occiduas ille subivit aquas. Stat. Sil. 1, 4, 73. et Th. 1, 200. Occiduas, primasque domos, h. e. regiones occidentales, et orientales. Lucan. 3, 294. Quidquid ab occiduis Libye patet arida Mauris; et 4, 672. Cardine ab occiduo vicinus Gadibus Atlas. Val. Fl. 2, 621. occiduis regnator montibus Atlas. P Occidua hora, vesper. Calpurn. Ecl. 5, 34. rususque premetur Mane, quod occiduae mulsura redegerit horae. P Pro caduco. Paul. Nol. carn. 34, 306. Exsortes animae carnis ab occiduo.

OCCILLO, as, a. 1. videtur esse dimin. abocco, quod glebas comminere significat. Nam pro comminere, seu contundere usurpat Pl. Amph. 1, 1, 28. qui mi adventienti os occillet probe. Alii leg. oscillet. Gloss. quoque Philox. Occillare, συγκόπτειν. Occillator, βοσκοκόπος, h. e. occator.

OCCINO, is, ui, n. 3. κατάκω, contra cano, occento. Liv. 6, 40. f. Quid enim est, si pulli non pascentur? si ex cavea tardius exierit? si occinuerit avis? h. e. cantu sinistrum augurium dederit. P Pro simplici cano. Appul. Flor. n. 13. Haec animalia inter se vario tempore, et vario modo occinunt. P Part. Occinens ap. Val. Max. 1, 4. n. 2. Occinentes in eum adversum corvi.

OCCIPĪO, is, cepi, ceptum, a. 3. ἐπιλαμβάνω, incipio, instituo, aggredior. Lucr. 5, 887. aeo flo-

rente juvenas Occipit, et molli vestit lanugine malas. Pl. Trin. 4, 3, 35. metuo, si compellabo, ne aliam rem occipiat loqui. Id. Mil. 4, 8, 52. si forte liber fieri occiperim; et 3, 1, 154. Nunc, quod occipi, obsonatum pergam. Id. Ps. 1, 4, 6. Neque exordiri primum, unde occipias, habes. Id. Stich. 1, 2, 17. Principium ego quo pacto cum illis occipiam, id ratiocinor; et 5, 5, 19. suavem cantionem aliquam occipito. Ter. Andr. 1, 1, 52. Occipere quaestum. Id. Eun. 4, 1, 8. sermonem cum aliquo. Id. Ad. 3, 1, 2. modo dolores occipiunt primulum. Tac. A. 12, 12. extr. Hiems occipiebat. Liv. 1, 7. Ex loco infesto agere porro armentum occipit. P Occipere magistratum, ingredi, inire. Tac. A. 3, 2. Jam consules magistratum occiperant. Adde Liv. 5, 9. extr. et ib. 11. med. ubi al. leg. accipere. P Passive. Ter. Heaut. 4, 1, 36. istuc quidquid est, Qua hoc ceptum est causa, loquere. Id. Eun. prol. 22. fabula cepta est agi. Adde Pl. Ps. 4, 1, 13. P Occipso, antique pro occipero. Pl. As. 4, 1, 49. Forte si tussire occipit, ne sic tussiat, Ut, etc. Id. Cas. 5, 4, 22. Si unquam posthac amasso, aut occipso modo. Adde Amph. 2, 2, 41. P In praeteritis scribitur et per oe, ut sit a coepi, isti.

OCCIPĪTIUM, ii, n. ἰσθμὸς, posterior pars capitis a vertice ad cervicem. Varr. R. R. 1, 8. f. Ibi dominus simulac vidit occipitium vindemiatoris, furcillas reducit hibernatum in tecta, h. e. simulac vindemiator resectis uvis pertransiit, et terga dedit. Pl. Aul. 1, 1, 25. in occipitio quoque habet oculos, pessima. Cels. 4, 2. Cucurbitulas temporibus, et occipitio admovere. Plin. 11, 29, 35. de locustis: Vox earum proficisci ab occipitio videtur. Varr. ap. Non. 4, 32. Caesar reversionem fecit, ne post occipitium, in Hispania exercitus qui erant, relinqueret. P Frons occipitio prior, idest potior, proverbium, de quo V. in FRONS, tis.

OCCIPUT, cipitis, n. idem quod occipitium: ex ob, et caput. Pers. 1, 61. Vos, o patricius sanguis, quos vivere fas est Occipiti caeco, posticae occurrere sannae.

OCCISĪO, onis, f. φόνος, actus occidendi, caedes. Cic. Caecin. 14. f. Si caedes et occisio facta non erit. P Occisione occidere, est usque ad interuentionem delere. Cic. Phil. 14, 14. Ejusque copias occisione occiderit, suo exercitu ita incolumi. Al. leg. occisione, quod est frequentius [*ita Orell.]. Aurel. Vict. Vir. illustr. 14. Fabii in insidias delapsi, ad unum occisione perierunt.

OCCISĪTANTUR saepe occiduntur. C. Gracchus pro rostris in P. Populium: Homines liberi nunc in oppido occisitantur. Paul. ex Festo.

OCCISOR, oris, m. φορέτης, necator, interfector. Pl. Mil. 4, 2, 64. Urbicaepe, occisor regum.

OCCISORĪUS, a, um, adj. ut Animalia occisoria, h. e. quae mactari possunt, ap. Tert. Anim. 33.

OCCISUS, a, um, part. ab occido, ἀναγκάσις, interfectus, necatus. Liv. 3, 10. med. Occisione prope occisi. Cic. Cat. 1, 10. Vigilare non solum ad insidiandum somno maritorum, sed etiam bonis occisorum. Plin. 29, 4, 18. Occisa morsa aspidum animalia. P Item perditus, desperatus. Pl. Capt. 3, 4, 7. Occisa est haec res, nisi reperio atrocem mihi aliquam astutiam. Id. Cas. 3, 5, 52. occisissimus sum omnium, qui vivunt. P Quomodo differant necatus, et occisus, V. NECO.

OCCLAMĪTO, as, a. 1. frequent. ab oclamo, contra clamito, clamitando obstrepo. Pl. Curc. 1, 3, 27. dormio, ne oclamites.

OCCLAMO, as, a. 1. contra clamo, clamore obstrepo. Vell. 2, 4. Cum omnis concio oclamasset. Sen. ep. 47. med. Hoc loco oclamabit mihi tota manus candidatorum. Plerique alii utrobique leg. acclamo.

OCCLŪDO, is, usi, usum, a. 3. ἐπικλείω, idem quod claudo, vel contra aliquem claudo. Cic. Acad. 4, 47. Quid me in invidiam, et tanquam in concionem vocas? et quidem, ut seditiosi tribuni solent, ocludi tabernas jubes? Pl. Most. 2, 1, 78. Clavim cedo, atque abi hinc intro, atque ocludo ostium: Et ego hinc ocludam. Id. Men. 4, 2, 108. me non excludet ab se, sed apud se ocludet domi; et 4, 3, 24. Abiit intro, ocludit aedes: nunc sum exclusissimus. Ter. Eun. 4, 7, 14. Ocludendae aedes. Atta ap. Non. 2, 543. Ocludere fontem. P Ocludere linguam, impedire, ne quis loquatur. Pl. Mil. 3, 1, 10. si resciverint inimici consilium tuum, Tuopte tibi consilio ocludunt linguam, et constringunt manus. P Ocludisti syncope pro ocludisti. Pl. Trin. 1, 2, 151. Ocludisti linguam: nihil est qui respondeam.

OCCLŪSUS, a, um, part. ab ocludo, κατάκλειστος, clausus, conclusus. Pl. Epid. 2, 3, 3. Oclusum atque obsignatum armarium. Cic. Or. 2, 61. Furax servus, cui domi nihil sit nec obsignatum, nec oclusum. Id. Cat. 4, 8. f. Quaestus, oclusis tabernis, minui solet. Pl. Most. 2, 2, 14. Oclusa janua; et 2, 1, 53. aedes jam fac oclusae sient. Id. Curc. 1, 1, 15. Ostium oclusissimum. P Translate. Ter. Andr. 3, 3, 25. Dum ejus lubido oclusa est contumeliis. Pl. Trin. 1, 2. f. Pauci sint, faxim, qui sciant quod nesciunt, 56 *

Oclusionemque habeant stultiloquentiam, h. e. minus stulte loquantur.

OCCO, as, avi, atum, a. 1. βολοκοπέω, glebas infringo, et comminuo, et in pulverem redigo, ut jacta semina operiri possint. Aratur enim terra semel, aut bis, deinde cratae vel rastros franguntur glebae aratro excitatae: et hoc est occare: dictum vel ab occadendo, seu occidendo, ut putant Varr. R. R. 1, 31. et Verrius ap. Fest., quia glebae caeduntur, et comminuantur: vel, ut ait Cic. Sen. 15., ab occaecando, quia operiuntur semina. V. OCCATIO. Hoc fiebat tum ante sationem, tum post, pro ratione agri ita postulantis. Plin. 18, 20, 49. n. 3. Aratione per transversum iterata, occatio sequitur, ubi res poscit, cratae, vel rastros; et sato semine iteratio. (Virg. haec ita exsequitur G. 1, 94. Multum adeo, rastris terras qui frangit inertes, Vimineasque trahit crates, juvat arva.) Pl. Merc. prol. 71. Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem metis. Hor. Ep. 2, 2, 161. Cum segetes occat tibi mox frumenta daturas. Plin. 18, 21, 50. Siliginem, far, triticum occato, sarrito, runcato. Colum. 2, 4. Compluribus iterationibus sic resolvatur vervactum in pulverem, ut vel nullam, vel exiguum desideret occasionem, cum seminaverimus: nam veteres Romani dixerunt male subactum agrum, qui satis frugibus occandus sit. P. Habet locum etiam in cultura vineae. Varr. l. c. Vites novellas fodere, aut arare, et postea occare, id est comminueri, ne sit gleba: quod ita occidunt, occare dicunt. Pall. 6, 4. Hoc mense arbores et vites, quae ablaqueatae fuerant, occare, hoc est operire jam convenit.

OCCORPI. V. in OCCIPIO.

OCCUBITUS, us, m. occasus. Hieron. ep. 108. n. 34. Post solis occubitus.

OCCUBO, as, n. 1. occumbo, jaceo. Sen. Hipp. 997. Hippolytus flebili leto occubat. Virg. A. 5, 371. ad tumulum, quo maximus occubat Hector. Sic ib. 10, 706. Paris urbe paterna Occubat. Id. ib. 1, 550. si vespicitur aura Aetheria, neque adhuc crudelibus occubat umbris, h. e. degit iter mortuos. P. Praeteritum occubui cum occumbo est commune.

OCCULCATUS, a, um, part. ab *occulco*: calcatus, conculcatus. Varr. R. R. 1, 13. Chors exterior aperta stramentis ac palea occulcata pedibus pecudum. Al. leg. conculcata. Liv. 27, 14. Et partim occulcatis, partim dissipatis qui circa erant, nudaverant una parte aciem. Hic quoque alii leg. conculcatis.

OCCULCO et Oculco, as, avi, atum, a. 1. κατακλίω, proculco, conculco, calco. Cato R. R. 49. Pono in scrobo, aut in sulco, operitoque, et bene occulcato.

OCCULO, is, ui, cultum, a. 3. καλύπτω, operio, abdo, condo, tego. Est ex *ob*, et *colo*: et proprie dici volunt, cum agrum colendo, arando, occando, semina aut plantas terra condimus, et contegimus. Hinc illud Virg. G. 2, 346. quaecumque premes virgulta per agros, Sparge fimo pingui, et multa memor occulte terra. P. Utcumque sit, universim adhibetur pro abscondere, celare. Cic. Att. 5, 15. Appii vulnera non refrico: sed apparent, nec oculi possunt. Id. Tusc. 2, 15. Feminae parietum umbris occultantur. Pl. Most. 1, 3, 118. istae Vetulae, edentulae, quae vitia corporis furo occultant. Nep. Alc. 9. In Thraciam se abdidit, sperans ibi facillime suam fortunam oculi posse. Virg. A. 1, 313. Classem in convexo nemorum sub rupe cavata Occulit. Liv. 33, 1. Hastatos anfractus viarum, vallesque interjectae occultebant. Ov. Am. 1, 8, 21. Fors me sermoni testem dedit: illa monebat Talia: me duplices occultare fores. Id. Fast. 2, 216. Silvae montanas occultare apta feras. Id. Met. 14, 816. Annuit omnipotens, et nubibus aera caecis Occulit. Sen. Hipp. 875. Effare: fido pectore arcana occultam. Tac. A. 3, 16. Quorum nequiter adseveraverim: neque tamen occultare debui narratum ab iis, qui, etc. Tibull. 1, 2, 37. Si quis et imprudens aspexerit, occultat ille, h. e. celet, quidquid aspexerit.

OCCULTATE, adv. occulte. Cic. Deiot. 6. Quod igitur et occultatius conari, et efficere cautius potuit. Meliores codices habent *occultius*. [*Ita Orell.]

OCCULTATIO, onis, f. κατάκρυψις, actus occultandi. Cic. N. D. 2, 50. f. Cornibus tauri, apri dentibus, morsu leones: aliae fuga se, aliae occultatione tutantur. Id. Fin. 2, 22. med. Quae libido se non propriet, ac projiciet aut occultatione proposita, aut impunitate, aut licentia? Plin. 7, 45, 46. Occultatio in spelunca.

OCCULTATOR, oris, m. κατακρύπτων, qui occultat, celator. Cic. Mil. 19. Sustinisset hoc crimen ipse ille latronum occultator et receptor locus.

OCCULTATUS, a, um, part. ab *occulco*, ἐποκρυμμένος, abditus, celatus. Sall. Jug. 53. Neque plane occultati humilitate arborum. Cic. Acad. 4, 39. Latent ista omnia crassis occultata et circumfusa tenebris. Ov. Pont. 1, 1, 17. et epistola cui sit, Non occultato nomine, missa docet.

OCCULTE, adv. κρυφαί, clam, abscondite, latenter. Plin. 36, 2, 2. Nec clam illud occulteque fa-

etum est. Cic. Agr. 1, 1. Quae res aperte petebatur, ea nunc occulte cuniculis oppugnatur. Caes. B. G. 7, 83. Quid agi placeat, occulte inter se constitunt. Id. B. C. 1, 66. Cum paucis equitibus occulte ad exploranda loca proficiscitur. Ter. Ad. 3, 2, 30. amare ocepit aliam: Neque id occulte fert. Lucr. 1, 314. Ferreus occulte decrevit vomer in arvis. Sic Ov. Am. 1, 8, 49. Labitur occulte, fallitque volubilis aetas. Sall. Cat. 17. Erant praeterea complures paulo occultius consilii hujus participes. Caes. B. C. 3, 67. Diverso itinere, quam potuit occultissime reliquis cohortes duxit.

OCCULTERIPEDA. V. OCULICREPIDA.

OCCULTIM, adv. occulte. Solin. 4. Occultim reptare.

OCCULTO, adv. occulte. Afran. ap. Charis. 2, 186. Age, curre cursim ad Numisium occulto.

OCCULTO, as, avi, atum, a. 1. ἀποκρύπτω, abscondo, abdo, celo, obtego: frequent. ab *occulo*. Cic. N. D. 2, 20. Stellae tum occultantur, tum rursus aperiuntur. Id. Off. 1, 35. Quae enim natura occultavit, eadem omnes, qui sana mente sunt, remouent ab oculis. Id. Manil. 3. Latebris se occultare. Caes. B. G. 1, 27. Occultare fugam; et ib. 7, 73. insidias; et ib. 45. legionem silvis. Petr. Sat. 123. gremio Penates. Caes. B. G. 7, 85. aliquid in terram; [*V. Herzog. ad h. l. de exquisito hoc loquendi genere disputantem.] et 83. se post montem; et ib. 6, 30. se in insulis; et 16. aliquid apud se. Stat. Theb. 9, 617. culpam sub antris. Pl. Trin. 2, 2, 2. neque latebrose me abs tuo Conspectu occultabo; et 3, 2, 1. Sta illico, noli aversari, neque te occultassis mihi: ἀρχαίως pro occultaveris. Caes. B. C. 2, 31. Quippiam dissimulare et occultare. Cic. Off. 1, 30. Occultare et dissimulare appetitum voluptatis. Id. Fin. 2, 24. Ut in fronte ostentatio sit, intus veritas occultetur. Id. in Sen. 7. Ad occultanda tanta flagitia. Liv. 29, 14. Occultantibus id, credo, patribus, ne, etc. P. Sq. inf. Pl. Pers. 4, 3, 22. res est quaedam, quam occultabam Tibi dicere.

OCCULTUS, a, um, part. ab *occulo*, κρυπτός, latens, abditus, absconditus, abstrusus, involutus. Cic. Rosc. Am. 36. Occultior, atque tectior cupiditas. Id. Fam. 11, 21. extr. Si quid erit occultius, et, ut scribis, reconditum. Id. Verr. 2, 1, 15. Occultum, intestinum, ac domesticum malum. Id. Acad. 4, 19. Res occultissimas aperire, in lucemque proferre. Virg. A. 9, 383. Rara per occultos ducebat semita calles; et ib. 3, 695. Occultas vias agere sub mare. Ov. A. Am. 3, 630. Et feret occultas pura tabella notas. Virg. G. 3, 397. Et salis occultum referunt in lacte saporem. Hor. Od. 1, 12, 45. Crescit, occulto velut arbor aevo, Fama Marcelli. Sall. Cat. 24. Tale periculum reipubl. haud occultum habuit. [*— Hic notandus erat usus, quo res occultae ap. Ciceronem quidem de rerum natura intelliguntur. Ita Ac. post. 1, 4, 15. Socrates videtur — primus a rebus occultis et ab ipsa natura involutis, in quibus omnes ante eum philosophi occupati fuerunt, avocavisse philosophiam et ad vitam communem adduxisse; et ib. 5, 19. De natura et rebus occultis philosophandi ratio, i. e. physica; et ib. 2, 41, 127. Indagatio ipsa rerum tum maximarum, tum etiam occultissimarum habet oblectationem. Cf. Fin. 2, 14, 46. 3, 11, 37. scire cupimus, illa, quae occulta nobis sunt, quomodo moveantur quibusque de causis ea versentur in coelo; et 4, 7, 8. contemplatio rerum occultiorum: ubi alii libri melius occultarum. (Cf. ib. 5, 19, 51. eorum omnium, quae naturae obscuritate occultantur, cognitiones.) N. D. 1, 18, 49. Res occultae et penitus abditae. Off. 1, 4, 13. Cognitionemque rerum aut occultarum, aut admirabilium ad bene beatique vivendum necessariam ducimus: ubi v. Beier., cujus verba hic secuti sumus.] P. Absolute. Cic. Coel. 23. f. Servi, quibus occulta creduntur. Tac. A. 15, 74. Occulta conjurationis retexere; et ib. 1, 61. Occulta saltum scrutari; et ib. 4, 71. extr. et 5, 4, et 6, 7. (item Claud. Cons. Mall. Theod. 124.) Delationes exercebant alii propalam, multi per occultum; et ib. 3, 18. In occulto tenere aliquid. Liv. 21, 22. extr. Sineret, fata in occulto esse. Pl. Trin. 3, 2, 86. Nihil ego in occulto agere soleo. Cic. Cluent. 18. extr. Stare in occulto; et ib. 16. f. Multi viri boni cum ex occulto intervenissent. Ter. Eun. 4, 7, 17. fundam tibi vellem dari, Ut illos procul hinc ex occulto caederes. P. Occultus homo, tectus, fictus, dissimulatur. Cic. Fam. 3, 10. med. Si me astutum et occultum lubet fingere. Liv. 25, 16. Ab occultis cavendum hominibus, consultiisque. Tac. A. 6, 51. Occultus ac subditus fingendis virtutibus; et ib. 4, 7. Occultus odii, h. e. odium celans. P. Occultus pro occulte. Id. ib. 3, 29. Neque tum fuisse dubitaverim, qui ejusmodi preces occulte illuderent; et ib. 4, 12. Domum Germanici revirescere, occultis laetabantur; et 40. Excessisse te jam pridem equestre fastigium, non occultis ferunt, h. e. palam aere ferunt. P. Occultum offerre (al. efferre) significat sub terram ferre, ponere. Festus.

OCCUMBO, is, occubui, bitum, n. 3. κατακλύωμαι, cado, occido. Vell. 2, 70. Et ita in gladium

occubuit. Al. leg. incubuit. [*Ita Ruhnk.] Just. 37, 2. Cometes cum oriretur, occumberetque, quatuor horarum spatium consumebat. P. Fere de casu mortis dicitur, quasi ob mortem cadere, morti succumbere: et praesertim illata ab alio nece cadere. Ov. A. Am. 3, 18. Fertur et ante annos occubuisse suos. Val. Fl. 3, 169. occumbens Hercules armis. Lucan. 9, 567. occumbere eos occubuisse. Just. 7, 51. extr. Pro libertate eos occubuisse. P. Dicimus occidit matris appetitus occubuit. P. Dicimus occumbere mortem, morte et morti. [*Zumpt. Gr. cubere mortem, morte et morti.] [*Zumpt. Gr. Lat. §. 387. docet occumbere mortem usitatus dici, quam occumbere morti vel morte. Ceterum utramque forma proba. V. Drak. ad Liv. II. mox laudandos; et Sanct. ed. Scheid. p. 472. et 758.] Sil. 13, 380. et Ean. ap. Prisc. 6. f. licuit pugnanti occumbere letum. Cic. referens dictum cujusdam Laecaenae, Tusc. 1, 42. extr. Idcirco generum, ut esset, qui pro patria mortem non dubitaret occumbere. [*Ita Orell.] Al. leg. morte. Curt. 4, 15. med. Ante oculos sui quisque regis mortem occumbere dicebant egregium. [*Id. 8, 2, 8. cujus duo filii apud Miletum pro mea gloria occubuerunt mortem: ita Zumpt.] Liv. vertens Graecam Inscript. 26, 25. med. Qui pro patria pugnantes mortem occubuerunt. Al. leg. oppetierunt. Id. 31, 18. Qui pugnantes mortem occubuisse. Al. leg. morte. Suet. Aug. 13. Filius quoque voluntariam occubuisse necem. Hic quoque al. voluntaria nece. [*Suet. accusativum frequentat.] Liv. 1, 7. Cacus ictus clava morte occubuit. Val. Fl. 1, 633. segni occumbere leto. Virg. A. 2, 62. Seu versare dolos, seu certae occumbere morti. Ean. ap. Serv. h. l. Pro vestra vita morti occumbant fortiter. Ov. Met. 15, 499. et Phaedr. 4, 1. Occumbere neci. P. Occumbere aliquo, manu alicujus. Sil. 5, 260. Rullo ditissimus agri Occumbis, generose Volunx; et Claud. B. Get. 74. dum vellere Pelion Otus Nititur, occumbit Phoebo. P. Occumbere est etiam contra accumbere, nempe coenae. Afran. ap. Non. 2, 223. Immo jam dudum occubuisse, degulasse oportuit. Sunt qui velint interpretari oppetisse, gulam fregisse. V. DEGULO. P. Legitur et *obcumbio*.

OCCUPATICIUS Ager, κατελημμένον χωρίον, qui desertus a cultoribus propriis, ab aliis occupatur. Festus.

OCCUPATIO, onis, f. πρόληψις, κατάληψις, actus occupandi, obsessio, invasio. Cic. Dom. 3. Obsessio temporum, occupatio fori, oppressio curiae. Id. Off. 1, 7. Sunt autem privata nulla natura, sed aut veteri occupatione, ut qui quondam in vacua venerunt, aut victoria, aut lege, etc. P. Ar. rhetores est figura sententiae, quae et praesumptio dicitur, cum id, quod obijci potest, occupamus, et diluimus. Ante occupatio dicitur a Cic. Or. 3, 53. f. et praesumptio a Quint. 9, 2., ubi plures ejus species, praemunionem, confessionem, praedictionem, emendationem, praeparationem, etc., subjectis etiam exemplis, exponit. Occupationis exempla vide in voce AT. P. Praeterea Occupatio est, cum dicimus, nos praetere, aut non scire, aut nolle dicere id, quod tunc maxime dicimus. Ita Auct. ad Her. 4, 27. Alii dicitur praetertio. [*De utraque figura bene disputat Ernest. in Lex. techn. lat. rhet. p. 270. sq.] P. Saepe est negotium, res agenda, quae detinet animum, et impedimento est, ne aliis rebus vacet, ἀσχολία. Cic. Or. 10. In maximis occupationibus tuis numquam intermitti studia doctrinae. Caes. B. G. 4, 22. Neque has tantularum rerum occupationes tibi Britanniae anteponeudas judicabat. Nep. Att. 20. Cum propter suas infinitas occupationes minus saepe Attico frueretur. Cic. Fam. 7, 17. med. Cum ille aut occupatione, aut difficultate tardior tibi erit visus. Id. Att. 1, 19. Vix huic tantulae epistolae tempus habui, atque id ereptum e summis occupationibus; et ib. 3, 20. Ab omni occupatione se expedire; et ib. 16, 16. Relaxare se occupatione; et Fam. 10, 28. et ib. 12, 30. Maximis occupationibus impediri. Id. N. D. 1, 19. implicari. Id. Att. 2, 23. Ex eo colligere poteris, quanta occupatione distinear. [*Liv. 10, 45. Etruria — occupationem (omnis Romana vis aversa in Sannium erat.) P. R. pro occasione rebellandi habuit; et Caes. B. C. 3, 22. occupatione magistratum et temporum: ubi v. intpp.] Sen. Cons. ad Marc. 1. med. Studia, hereditarium et paternum bonum, surdas aures, irrito ac vix ad brevem occupationem proficiente solatio transeunt, h. e. avocamentum a dolore.

OCCUPATORIUS Ager, idem fere, quod occupaticius. V. ARCIFINALIS.

OCCUPATUS, a, um, part. ab *occupo*: καταληφθείς, captus, ante captus, invasus, obsessus. Caes. B. C. 3, 109. Alter accepto vulnere occupatus, per suos pro occiso sublatus est. Id. B. G. 6, 11. Partem finitimi agri per vim occupatam possidebant. Hirt. B. Alex. 78. Tetrarchia occupata et possessa a Deiotaro. Mart. 3, 82. Jacet occupato galbanatus in lecto, h. e. quem totum mole sui corporis implet. Sall. in or. Lepidi contra Sull. Res per scelus occupatas dimittere. Tac. H. 3, 35. Transitus Alpium praesidiis occupati. Just. 5, 8. f. Citato itinere miserunt, qui eum intercipere

rent: a quibus occupatus, etc.; et 2, 12. med. Graeci adventu hostium occupati proelium capessunt. *Curt. 9, 7. med.* Macedo gladium cooperat stringere: quem occupatum complexu, pedibus repente subductis, Dioxippus arietavit in terram. *P Translate. Liv. 27, 20.* Beneficiis Scipionis occupatos omnium animos publice privatimque esse. *P Occupata pecunia*, quam quis ad aliquid emendum impendit. *Pl. Epid. 2, 2, 113.* Atque id non decem tibi erit occupatum argentum dies. *P Occupata urbs*, plena quidem aedificiis, sed sine ordine. *Liv. 5, 55. extr.* Festinatio curam exemit vicos dirigendi, dum, omissis sui alienique discrimine, in vacuo aedificant. Ea est causa, ut forma urbis sit occupatae magis, quam divisae similis. *P Saepe est distentus, districtus, implicatus, impeditus negotio aliquo, ita ut non possit alii rei operam dare, ἀσχολος, cui opponitur otiosus, vacuus, liber. Cic. Tusc. 1, 3.* Ut si occupati profuimus aliquid civibus nostris, proximus etiam, si possumus, otiosi. *Id. Att. 10, 9.* Festinabam eramque occupatior; et *ib. 12, 38.* Non dubito, quin occupatissimus fueris, qui ad me nihil litterarum. *Id. Or. 1, 56. med.* Suspenso et occupato animo aliquid facere. *Coel. ad Cic. Fam. 8, 4.* Comitiorum dilationes occupatorem me habebant. *Cic. Coel. 19.* Amores autem, et hae, deliciae quae vocantur, nunquam hunc occupatum impeditumque tenuerunt. *Pl. Most. 4, 3, 16.* nisi quid magis es occupatus, operam mihi da. *Id. Merc. 2, 2, 16.* Quamquam negotium est, si quid vis, Demipho, non sum occupatus unquam amico operam dare, *h. e.* quum amico operam dem, aut dare queam. *Ter. Phorm. 3, 2, 17.* alia cum occupatus esset sollicitudine. *Nep. Ann. 7.* Cum in apparando accerrime esset occupatus. *Id. Alc. 8.* In eo erat occupatus, ut bellum quam diutissime duceret. *Cic. Planc. 27.* Ecquid ego dicam de occupatis meis temporibus, cui fuerit ne otium quidem unquam otiosus? *Id. Leg. 1, 3.* Neque enim occupata opera, neque impedito animo res tanta suscipi potest. *Phaedr. 2, 5.* Est ardehionum quaedam Romae natio Trepide concursans, occupata in otio, Gratis anhelans, multa agendo nihil agens. *P Occupatus alicui rei*, *h. e.* in aliqua re. *Plin. 26, 2, 6.* Sedere his in scholis auditioni occupatos gratius erat, quam, etc. Ita quaedam editiones, praesertim veteres: sed *Hard. cum Aldo, et al. operatos.* *P Scribent meretrix in fronte cellae, occupatam esse se, cum, uno admissio amatore, alios exclusos volebat. Pl. As. 4, 1, 15.*

OCCUPATUS, us, m. occupatio. *Claud. Mamert. ap. Sidon. ep. 4, 2.* Equo tam ex occupatu unquam implicabere, quin, etc?

OCCUPO, as, avi, atum, a. *L. καταλαμβάνω*, invado, obsideo, capio, usurpo, teneo, praesertim cum aut subito, aut celeriter id fit: *ex ob, et capio: [*nostr. anfassen.* Ceterum non subito vel celeriter, sed cum vi quadam comprehendendi, corripiendi notionem continere videtur. *Cf. Herz. ad Caes. B. G. 1, 3,* qui occupo proprie frequentativum verbi genus dicit, ad rationem istorum: *nuncupo, aucupo.] Cic. Agr. 2, 28.* Totam Italiam suis praesidiis obsidere atque occupare cogitat. *Id. Fin. 3, 29.* Theatrum cum commune sit, recte tamen dici potest, ejus esse eum locum, quem quisque occupavit. *Id. Phil. 13, 5.* Agri Lucaei possessiones occupare. *Liv. 33, 31.* Patent urbes opportuna ad occupandum. *Caes. B. C. 1, 11. extr.* Pisaurum, Fanum, Anconam singulis cohortibus occupat. *Tac. H. 1, 62.* Occupanda urbs. *Id. ib. 4, 47.* Valida manu montem occupat. *Hor. Od. 1, 14, 2.* Occupare portum. *Cic. Amic. 12, et Phil. 5, 6.* regnum; et *Off. 2, 23.* tyrannidem. *Pl. Trin. 5, 2, 12.* familiam optimam, *h. e.* ingredi, nancisci. *[*Lindem. jocularum dictionem esse contendit pro eo, quod esset: se insinavit. Er hat da eine sehr gute Familie in Beschlag genommen.] Ov. Fast. 3, 509.* aliquem amplexu. *[*Curt. 3, 1, 19.* Cum deinde Darium, ubicumque esset, occupare statuisset, *i. e.* impetum facere in, etiam cogere, ut pugnam iniret.] *P Pro implere, impedire. Hor. Od. 3, 29, 44.* atra nube polum, pater, occupato; et *ib. 24, 3.* Caementis licet occupes Tyrrenum omne tuis. *Prop. 2, 5, 28.* Et mala desertos occupat herba Deos. *P Pro implere serendo. Colum. 5, 10.* de lente: Jugerum agri paulo plus quam modius occupat. *Adde ib. 11.* *P Pro ferre. Virg. A. 10, 699.* Sed Latagum saxo, atque ingenti fragmine montis Occupat os faciemque adversam. Ubi *Serv.:* pro Latagi os occupat: et est Graeca figura in Homero frequens, ut si dicas, ἔκαστον Ἀχιλλέου τὸν πόδα, Achillem percussit pedem, pro Achillis pedem. *Id. ib. 9, 770.* Gladio occupare aliquem. *Ov. Met. 3, 48.* aliquem morsu. *Prop. 4, 4, 82.* vocales occupat ense canes. *P Pro tenere, capere, ligare, prehendere. Virg. G. 4, 440.* Cum clamore ruit magno, manicisque jacentem Occupat; et *ib. 190.* fessos sopor occupat artus. *P Aggredi, et conficere. Prop. 4, 10, 13.* Hunc videt ante cavas vibrantem spicula turres Romulus, et votis occupat ante ratis. *Ter. Andr. 1, 5, 62.* mors continuo ipsam occupat. *P Antei-*

re, praecire. *Ov. Trist. 1, 10, 5.* de navi: Nec comites volucris contenta est vincere cursu: Occupat egressas quamlibet ante rates. *P Detinere. Tibull. 1, 11, 39.* Quam potius laudandus hic est, quem prole parata Occupat in parva pigra senecta casa. *P Occupare pecuniam* est ponere, collocare vel fenore, vel in emptione rei cuiuspiam. *Cic. Fl. 21.* Pecuniam adolescentulo grandi fenore, fiducia tamen accepta, occupavisti. *Id. Verr. 2, 1, 36.* Pecunias occuparat apud populos, et syngraphas fecerat. *Colum. 1, 8. med.* Occupare pecuniam animalibus, aut aliis rebus promercalibus; et *11, 1. med.* pecuniam in pecore. Contra otiosam pecuniam dicimus, quae in arca detinetur, et nullas parit usuras. *V. OTIOSUS.* *P Translate a primis significationibus. Cic. Font. 5.* Vult magnitudine rei sic occupare animos eorum, qui audiunt, ut difficilis aditus veritati inveniatur. *Id. Q. Fr. 1, 1, 13.* Ante occupatur animus ab iracundia, quam providere ratio potuit, ne occuparetur. *Id. Verr. 2, 4, 51.* Superstitio mentes Siculorum occupavit. *Virg. A. 3, 294.* incredibilis rerum fama occupat aures; et *ib. 4, 499.* pallor occupat ora; et *ib. 7, 446.* juveni subitus tremor occupat artus. *Caes. B. G. 1, 39.* Tantus timor omnem exercitum occupavit. *Liv. 5, 38.* Pavor fugaque occupaverat animos. *Tibull. 4, 4, 5.* macies tabentes occupat artus. *P Saepe est praevincere, ante capere, antevertere, praesumere, praecipere, προάγειν. Hanc Nonius 4, 328.* putat primam et propriam hujus verbi vim et notionem. *Cic. Or. 40.* Ut ante occupet, quod videat opponi. *Id. Tusc. 5, 9. f.* Occupavi, inquit, te Fortuna, atque cepi, omnesque aditus tuos interclusi, ut ad me adspirare non posses. *Phaedr. 5, 8.* Calvus, comosa fronte, nudo corpore, Quem si occuparis, teneas. *Pl. Stich. 3, 1, 33.* ego per hortum amicum transibo meam, Mihi hanc occupatum noctem. *Tac. H. 2, 13.* Milites faciles occupantibus, et melioribus incuriosi. *Sen. ep. 70. med.* Stultitia est, timore mortis mori: expecta: quid occupas? *[*Cf. Gronov. ad Sen. Thyest. 270.* quem laudat *Heinsf. ad Hor. Sat. 1, 9, 6.* Cum affectaretur: Numquid vis? occupo.] *Sen. alter Phoen. 416.* Occupa, mater, preces, *h. e.* festina precari, antequam fratres se mutuo petant. *Id. Herc. Oct. 435.* et *Agam. 193.* et *Thyest. 203.* Occupare scelus, *h. e.* facere, antequam alter faciat. *[*Lucan. 5, 555.* velut occupet imbrem; ubi *v. Cort.* item ad *8, 670.] Hor. Ep. 1, 7, 64.* Vultejum manu Philippus Occupat, etsalvere jubet prior. *Phaedr. epil. 2.* Quoniam occupat alter, ne primus forem, Ne solus esset, studui. *Plin. Pan. 10.* Ille jure principis occupavit, primusque fecit, quod omnes facturi erant. *Liv. 4, 29.* Qui prior auctor tam saevi exempli foret, occupaturus insignem titulum crudelitatis fuerit, *h. e.* A. Postumius Tubertus, quem tradunt securi feriri jussisse filium suum, quod injussu ejus contra hostes pugnaverit. *V. POSTUMIANUS.* *Adde Paev. et Varr. ap. Non. l. c. [*Curt. 8, 9, 32.* apud hos occupare fati diem pulchrum.] *P Cum infinito. Liv. 1, 14.* Priusquam tantum roboris esset, quantum futurum apparebat, occupant bellum facere; et *ib. 30. f.* Occupat Tullus in agrum Sabinum transire. *[*Liv. 2, 48.* Occuparent patres ipsi suum munus facere.] *Hor. Od. 2, 12, 28.* rapere occupat. *Pl. Ps. 4, 1, 15.* Volo, tu prior ut occupes adire. *Adde Poen. 1, 2, 107.* et alibi, et *Titin. et Varr. ap. Non. l. c. [*Cf. Drakenb. ad Liv. 21, 39.* Occupavit tamen Scipio Padum trajicere. *P De eo, qui prior loquitur. Stat. Th. 7, 538.* hic justae Tydeus memor occupat irae: Me potius socii, etc. *P Occupare sibi aliquod consilium ap. Pl. Men. 5, 2, 94.* est ante capere, invenire. *P Nonnunquam est distingere, impedire, ita ut ad alia nequeas animum et operam advertere. Pl. Men. 3, 1, 6.* illum Dii omnes perduint, qui primus commentus est Concionem, haecque re homines occupatos occupat. *Coel. ad Cic. Fam. 8, 10.* Haec causa primos menses occupabit. *Pl. Ps. 1, 5, 134.* Da operam, quaeso, mihi, Ne quod te ad aliud occupes negotium. *Ter. Hec. prol. 1, 4.* Ita populus studio stupidus, in funambulo Animum occuparat. *Liv. 33, 40. f.* Occupari aliarum rerum cura. *P Ἰσχύει est illud Sen. Troad. 497.* Miser occupet praesidia, securus legat, *h. e.* quod primum se offert, arripiat. *P Occupassim, is, it,* antique pro occupaverim ap. *Pl. As. 4, 2, 9.* et *Most. 5, 1, 48.*

OCCUPO, onis, m. cogn. Mercurii, qui furum Deus est aliena bona occupantium. *Petron. fragm. Trag. 58. Burm. med.* Sed res, et lectio incerta est.

Si curtatus inaequali tonsore capillos Occurri, rides; et *Sat. 1, 4, 135.* sic dulcis amicis Occurram. *P Item obviam fio resistendi, et pugnandi causa. Caes. B. C. 1, 40.* Legiones quatuor transjecit, duabusque Fabianis legionibus occurrit; et *ib. 2, 27.* Etiam inermes armatis occurrebant. *P Est etiam incidere, casu incurrere. Id. B. G. 4, 26.* Quibuscumque signis occurrerat, se aggregabat; et *ib. 3, 6.* Alio sese in hiberna consilio venisse meminerat, aliis occurrisse rebus videbat. *P Ratione loci est contra situm esse, adversum stare, oppositum esse. Plin. 5, 24, 20.* de Euphrate: Apud Elegiam occurrit ei Taurus mons. *Id. 6, 26, 29.* Media oblique Parthiae occurrens; et *3, 10, 15.* Quem locum occurrens Thermanus sinus paeninsulam efficit. *Stat. Th. 1, 114.* abrupta qua plurimus arce Cithaeron Occurrit coelo, *h. e.* contra coelum erigitur. *P Est etiam accurrere, advenire in tempore: nam ob pro olim usurpatum est. Pl. Poen. prol. 43.* Nunc dum scriblitae aestuant, occurrite. *Cic. Verr. 2, 3, 27.* Quamprimum aliam civitatem occurrere, *h. e.* ad aliam civitatem festine transire. *Id. Phil. 1, 4.* Non quo me ad tempus occursum putarem, sed, etc. *Val. Max. 4, 4. n. 7.* Quod ad causam dicendam non occurrisset. *Liv. 31, 29.* Concilium Aetolorum futurum erat. Huic ut occurreret, legati regis iter accelerarunt; et *max:* Atheniensium quoque legati ad id concilium occurrerunt. *Hirt. B. Afr. 68.* Suppetias occurrere alicui. *P Cum infinito. Lucr. 3, 909.* nec dulces occurrunt oscula nati Praeripere. *P Translate est offerre se vel animo, vel oculis, in mentem venire. Colum. 2, 2. med.* Oculis ejus tot paludes, tot etiam campi salinarum occurrerent. *Caes. B. G. 7, 85.* Utrisque ad animum occurrit, unum illud esse tempus, quo maxime contendere conveniat, *h. e.* ad animum addendum. *Cic. Or. 2, 24. f.* Cum rem penitus causamque cognovi, statim occurrit animo, quae sit causa ambigui. *Plin. 29, 1, 1.* Occurrit cogitationi, quoniam modo, etc. *Cic. Fin. 4, 17.* Qui quodcumque in mentem veniat, aut quodcumque occurrat, se sequi dicent. *Id. Or. 1, 33.* Omnes loci anquirentibus nobis ostendunt se et occurrunt; et *ib. 2, 34. extr.* Omne, quod erit in re, occurret atque incidet. *Id. Or. 3, 49. med.* Neque vos paeon, aut herous ille conturbet: ipsi occurrunt orationi: ipsi, inquam, se offerent et respondebunt non vocati. *Id. Mil. 9.* Occurrebat, maneam ac debilem praetoriam suam futuram, consule Milone. *Sen. Prov. 6.* Isti, quos pro felicibus aspicitis, si non, qua occurrunt, sed qua latent, videritis, miseri sunt, *h. e.* apparent, videntur. *Cic. Or. 32. f.* Haec tenenda sunt oratori: saepe enim occurrunt, *h. e.* offeruntur et usveniunt. *P Cum infinito. Plin. 24, 17, 99.* Occurrit aliqua dicere et de magicis herbis. *P Item ultro venire, ultro offerri. Cic. Deiot. 14.* Non deo, C. Caesar, tentare, quoniam modo misericordiam tuam commovere possim: nihil opus est: occurrere ipsa solet supplicibus et calamitosis, nullius oratione evocata. *P Item resistere, repugnare, opponere se. Cic. Cat. 3, 7. f.* Omnibus ejus consiliis occurri atque obstiti. *Id. Fat. 18.* Itaque illi rationi, quam paulo ante conclusi, sic occurrit: si omnia fato fiant, etc. *Brut. ad Cic. Fam. 11, 11.* Malivolentiae hominum in me, si poteris, occures. *P Item respondere. Val. Fl. 7, 222.* tum cetera rumpit, Occurritque Venus: tu nunc mihi causa viarum, etc. *Quint. 1, 5.* Ut si dicenti, quem video? ita occurras, ego. *P Passive impersonaliter. Cic. Acad. 4, 14.* Si negabunt, vera a falsis posse distingui, qui poterunt longius progredi? occurretur enim, sicut occursum est; et *Off. 2, 2.* Occurritur autem nobis, et quidem a doctis et eruditiss, quaerentibus, satisne constanter facere videamur, qui, etc. *Quint. 7, 6.* Contra scriptum tribus generibus occurritur. *P Pro impedire, praevincere, mederi, remedium afferre, praesertim si de malo agatur, quod nondum accidit. Cic. Verr. 2, 4, 47.* Sentio occurrendum esse satietati aurium animorumque vestrorum. *Val. Max. 8, 5. n. 1.* Ne potentia inimicorum oppressisse videretur, occursum est. *Pers. 3, 64.* venientis occurrite morbo. *Plin. 32, 9, 31.* Torminibus et inflationibus occurrunt. *Cic. Cluent. 23.* Sed ego occurram expectationi vestrae, judices. *Nep. Pelop. 1.* Utrique rei occurram quantum potero, et medebor cum satietati, tum ignorantiae lectorum. *Pers. 1, 62.* posticae occurrite sannae. *P Item praevincere, occupare. Cum accusativo communi. Pall. 8, 7.* Nunc etiam, quae Julio non occurrimus, exsequamur. *P Pro occurri dixerunt etiam occurri, ut memordi, peposci, Graecorum exemplo, qui verbi τίστω, verbero, praeterit. τέρωγα habent. Aelius Tubero ap. Gell. 7, 9.* Si generalis species occurrit.

OCCURSACULUM, i, n. quiddam alicui occurrit. *Appul. Apol. Noctium occursacula, h. e. spectra.*

OCCURSATIO, onis, f. actus occursandi, ἀνιπρωσις. *Cic. Planc. 12.* Facilis est illa occursatio, et blanditia popularis, *h. e.* ultro citroque, sursum prorsum cursatio vel salutandi, vel conveniendi,

vel prensandi causa. *Id. Mil.* 35. Vestras et vestrorum ordinum occursationes, studia, sermones secum ablatum esse dicit.

OCCURSATOR, oris, m. qui occursat. *Auson. Idyll.* 2, 25. Non occursator, non garrulus obvia cernens, h. e. opportune importune alii occurrentes sciscitandi, colloquendi, salutandi causa.

OCCURSATRIX, icis, f. occursans. *Fest. in Spintyrnix*: Occursatrix artificium, perdita spintyrnix.

OCCURSIO, onis, f. ἀπάντησις, occursus. *Sen. Consol. ad Marc.* 18. Videbis nocturnam lunae successionem a fraternis occursionibus lene remissumque lumen mutantem. *Al. leg. occursibus. Sidon. ep.* 7, 10. Superest, ut sollicito veneratori culpam rarae occursionis indulgeas, h. e. quod raro te visat. *Sulpic. Sever. dial.* 1, 21. Gaudet salutationibus, inflatur occursionibus.

OCCURSITO, as, n. 1. frequent. ab *occurso*. *Solin.* 25. de elephantis: Si confertis pecoribus occur-sitent.

OCCURSO, as, avi, atum, n. 1. ἀπάντω, obvius fio: frequent. ab *occurro*. *Virg. Ecl.* 9, 24. et inter agendum Occursare capro, cornu ferit ille, caveto. *Tac. A.* 3, 20. Promptus inter tela occursat fugientibus, increpat signiferos. *Caes. B. G.* 5, 43. *med.* Occursat ocius gladio, cominusque rem gerit Varenus. *Gell.* 3, 7. Promptissimus ad occur-sandum pugnandumque. *Plin.* 16, 2, 2. Occursantes inter se radices. *Id.* 11, 51, 112. Mobili occursante membrana intus, h. e. adversa, et quasi se opponente. *P* Pro accurrere, advenire. *Pl. Truc.* 2, 2, 27. Quid tu huc occursas, in urbem quotiescumque advenimus? *P* Pro in mentem venire. *Plin. ep.* 2, 3. Occursant verba, sed qualia? quaesita et exulta; et *ep.* 5, 5. *f.* Occursant animo mea mortalitas, mea scripta. *P* Cum accus. *Pl. Mil.* 4, 2, 56. ita me occursant multae: meminisse haud possum. *P* Translate. *Plin. Pan.* 25. *f.* Intercedere casibus, occursare fortunae, h. e. obviari ire, et praevinire. *Sall. Jug.* 87. Et ea agere inter invidios, occursantes factiosos, opinione, Quirites, asperius est, h. e. contra nitentes, adversantes. *Plin. Pan.* 81. Pia mente adire lucos, occursare numinibus, h. e. ante ea se sistere, et adorare.

OCCURSUS, oris, m. qui occurrit. *August. Music.* 6, 6.

OCCURSUS, us, m. ἀπάντησις, actus occurrendi, obviari itio, incursio. *Liv.* 5, 41. Vacuis occursu hominum viis, h. e. quin ullus hominum in vacuis viis occurreret. *Or. Met.* 14, 255. Mille lupi, mixtaeque lupis ursaeque, leaeque Occursu fecere metum. *Tac. A.* 4, 60. Occursum alicujus vitare; et *H.* 3, 85. declinare. *Plin.* 36, 13, 19. n. 2. de labyrintho: Itinerum ambages, occursusque ac recursus inexplicabiles. *Or. Met.* 15, 522. Rota stiptis occursu fracta ac disjecta. *Plin.* 11, 37, 61. Dentes serrati pectinatim coeuntes, ne contrario occursu atterantur. *Id.* 2, 47, 46. Jugi modici occursu tantus ille ventorum coercetur, h. e. objectu. *Id.* 7, 49, 50. Occursus maleficorum siderum.

[OCEANENSIS, e, adj. ad Oceanum pertinens, ut Bononia Oceanensis urbs maritima Morinorum in Gallia Belgica, quae prius Gessoriacum, nunc *Boulogne* appellatur, unde in Britanniam olim trajectus erat. *Auct. Excerpt. ad Ammian.* n. 4. Qui (*Constantinus*) ad patrem Constantium venit apud Bononiam, quam Galli prius Gessoriacum vocabant. Hinc in nummo ap. *Eckhel. D. N. V. T.* 8. p. 110. Bononia Oceanensis. *F.*]

[OCEANEOLUS, i, m. dimin. Oceanei, vel Oceani, quod est nomen gentilicium R. *Inscr. ap. Grut.* 882, 10. L. Oceaneolus Maximillus. *F.*]

OCEANITIS, idis, f. filia Oceani, Ὠκεανίτις. *Virg. G.* 4, 341. Cliquo et Berce soror, Oceanitides ambae. Adde *Hyg. praef. fab.*

OCEANUS, i, m. Ὠκεανός, mare magnum, quo tota cingitur terra: ex quo influit inter Africam, Asiam, et Europam, quod dicitur mediterraneum; inter Germaniam et Scandinaviam, quod Balticum, etc. A terris, quas alluit, varia habet nomina, ut Atlanticus, Scythicus, Indicus, Arabicus, Germanicus, Aethiopicus, etc., ut est ap. *Solin.* 23. *f.* Dicitur volunt a celeritate, ut *Id. ib.* paulo supra tradit, nempe ab ὠκίς, celer, et ναός, fluo, mano. *Cic. Somn. Scip.* 6. Omnis terra parva quaedam insula est, circumfusa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quem Oceanum appellatis in terris. *Id. Manil.* 12. Nunc nullam intra Oceani ostium praedonum navem esse. *Hor. Od.* 4, 14, 47. belluosus qui remotis Obstrepit Oceanum Britannis. *P* Quod *Virg.* appellat Oceanum patrem rerum, *G.* 4, 382., respicit opinionem eorum, qui ex aqua omnia gigni putarunt: quae sententia Thaletis fuit.

Serv. ib. et ad v. 364. et ad *Ecl.* 6, 31. *P* In Fabulis est filius Coeli et Terrae, ut est ap. *Cic. Univ.* 11. et *Hyg. praef. fab.* Ejus uxor est Tethys, ex qua Fluvius et Nymphas genuisse dicitur: quorum numerus, et nomina alia ab aliis produntur. *Catull.* 88, 5. quantum non ultima Tethys, Non genitor Nympharum abluit Oceanus. Adde *Colum.* 10, 200. *P* Jungitur interdum cum alio substantivo, eo modo, quo *flumen Rhenum* dicitur. *Caes. B. G.* 3, 7. Mare Oceanum. **Isid. Orig.* 9, 2. Saxonum gens in Oceani maris littoribus et paludibus inuis sita. *B. A.* *P* Etiam adjective. *Oceano fluctu, Oceano litore* quidam leg. ap. *Juven.* 11, 94. et 113., ubi alii utroque loco *Oceani*. *Venant. carm.* 3, 9, 4. Qua vagus (*sol*) Oceanus exit, et intrat aquas. *Al. leg. Oceanus*; et *carm.* 7, 12, 56. Quidquid ab Oceanis circulus ambit aquis. *Al. leg. Oceani*. [**Alia exempla haec sunt: Tac. H.* 4, 12. insulam — mare Oceanum a fronte, Rhenus amnis tergum ac latera circumluit; *A.* 1, 9. mari Oceano aut amnibus longinquis septum imperium. *Mela* 2, 6. Paulatim se in nostrum et Oceanum mare extendit; *cf. ib.* 3, 3. *Cf. Zumpt. Gr. Lat. §.* 258. p. 235.] *P* Oceanus, solum vastum in balneis, et omnino lacus alveusque major, vel ab eo nomine, vel ab amplitudine vocatus, et a levantium quoque strepitu, et marino quasi aestu. *Lamprid. in Alex. Sev.* 25. Oceani solum primus inter principes Alexander appellavit, quum Trajanus id non fecisset, sed diebus solia deputasset. *P* Thermarum magnitudo Romae quanta fuerit, *Ammianus* docet, quum narrat *lavacra in Urbe in modum provinciarum structa* 16, 10. *P* Fuit et Oceanus nomen designatoris theatralis, cujus erat disponendis ordinibus in theatro praeesse, et amovere e XIV gradibus, qui Equites non essent. Ejus meminit *Mart.* 3, 95, 9, 5, 24, 4. et 6, 9. *B. A.* *P* [Est etiam cogn. R. *Inscr. ap. Mur.* 1453, 3. Ti. Claudius Oceanus. *F.*]

***OCELENSES**, ium, populi Lusitaniae, quorum caput Ocellum, dicti et Lancienses. *Plin.* 4, 12. *B. A.*

***OCELIS**, is, Ὠκίλις, emporium Arabiae Felicis, ad sinum Arabicum. *Plin.* 6, 23. *P* *Ocila* est *Plin.* 12, 19. *B. A.*

OCELLA, ae, m. cogn. R., ductum ab oculorum parvitate, ut constat ex his verbis *Plin.* 11, 37, 55. Qui altero lumine orbi nascerentur, Coclites vocabantur; qui parvis utrisque, Ocellae. Hinc *Serv. Sulpicius Galba*, qui a noverca sua Livia Ocellina adoptatus fuerat, vocatur L. Livius Ocella in *Inscr. ap. Grut.* 431, 2. et 3., quae positae eidem sunt in Hispania Tarraconensi, dum provinciam illam per octo annos proconsulari potestate regeret: ipse tamen imperium adeptus vetera sibi nomina adscivit. *Suet. Galb.* 4. Adoptatus a noverca sua (*Livia Ocellina*), Livium nomen, et Ocellae cognomen assumpsit, mutato praenomine. Nam et Lucium mox pro Servio usque ad tempus imperii usurpavit. *V. Eckhel. D. N. V. T.* 6. p. 300. [**Multa adjecit F.*]

OCELLATUS, a, um, adj. *Suet. Dom.* 8. Ocellatas sorores Vestales memorat: quae fortasse nomen ex eo habuere, quod patrem, aut ex majoribus alium Ocellam appellatum habuerunt. *P* *Ocellatis ludere. Id. Aug.* 83. Animi laxandi causa modo piscabatur hamo, modo talis, aut ocellatis, nucibusque ludebat cum pueris minutis, h. e. parvis lapillis rotundis, et ocellum referentibus. *Varr. ap. Non.* 3, 138. Altera exorat patrem libram ocellatorum, altera virum semodium margaritarum. *Ap. Suet.* sunt qui lectionem sollicitant. [**V. Casaub. ad Suet.* 1. modo laud., *Turneb. Advers.* 3, 18. *Salm. Exercit. Plin.* p. 496.]

[OCELLINA, ae, f. ad Ocellam pertinens: est cogn. R. ap. *Suet. Galb.* 3. Livia Ocellina, filia L. Livii Ocellae, et *Serv. Sulpicii Galbae noverca. V. OCELLA. F.*]

OCELLULUS, i, m. parvus ocellus. Agnoscitur a *Diomed.* 1, 313.

OCELLUS, i, m. ὀφθαλμίδιον, ὀμμυλίδιον, parvus oculus. Vox fere poetica. Adhibetur autem tum significandae parvitatibus causa, tum saepius blanditiae. *Pl. Rud.* 2, 4, 8. Ut in ocellis hilaritudo est! eja corpus ejusmodi! *Catull.* 3, 17. meae puellae Flendo turgiduli rubent ocelli. *Or. Fast.* 3, 19. Blanda quies victis furtim subrept ocellis. *Id. Amor.* 2, 8, 15. iratos in te defixit ocellus. *P* De re valde cara. *Pl. Trin.* 2, 1, 18. Ocellae mi, fiat: et istuc, et si amplius vis dari, dabitur. *Id. Most.* 1, 3, 11. Volo meo placere Philolachi, meo oculo, meo patrono. *Id. Asin.* 3, 3, 101. O Libane, ocellus aureus. *August. ap. Gell.* 15, 7. Ave, mi Cai, meus ocellus jucundissimus. Adde *Catull.* l. c. in NEMESIS. *P* Pro oculo universim. *Prop.* 2, 10, 17. Quandocumque igitur nostros nox (al. mors) claudet ocellus. *Id.* 1, 3, 19. intentis haerebam fixus ocellis. *P* De re praestanti, aut valde pulchra. *Cic. Att.* 16, 6. Cur ocellus Italiae, villulas meas non video? *Catull.* 31, 1. de Sirmione: Paeninsularum, Sirmio, insularumque ocellae. *P* Bulbus radices arundinis, qui

oculus dicitur a *Plin.* 17, 20, 33. et 16, 36, 67., appellatur etiam *ocellus* ab *eod.* 21, 4, 10.

***OCELUM**, i, n. Ὠκέλιον, oppidum Galliae cisalpiniae. *Caes. B. G.* 1, 10. *B. A.*

OCENSIS, V. OEENSIS.

***OCHA**, ae, f. Ὠχη, Euboeae oppidum. *Plin.* 4, 12. *B. A.*

***OCHANI**, orum, populi ultra Caspium mare degentes, Mardis vicini. *Plin.* 6, 16. *B. A.*

***OCHARIUS**, i, m. Asiae fluvius, trans Maecotim paludem. *Plin.* 6, 7. *B. A.*

OCHRA, ae, f. ὄχρα, genus terrae lutei coloris: ab ὄχρος, pallidus: cujus duo sunt genera: aliud enim nascitur, aliud fit. Hoc existit ex rubrica exusta in ollis novis luto circumlitis, ut *Plin.* docet 35, 6, 12. Adde *Vitr.* 7, 7. et *Cels.* 5, 18. n. 19.

***OCHUS**, i, m. Ὠχος, fluvius Asiae, ultra mare Caspium, in Bactriana, in Oxum se exonerans. *Plin.* 6, 16. *Curt.* 7, 10. *f. Ammian.* 23, 26. *P* Item rex Persiae. *Curt.* 3, 13. *P* Et nomen filii Darii Codomanni. *Id.* 4, 14. *B. A.*

***OCILA**, locus Arabiae Felicis, cum portu. *V. OCELAS. B. A.*

[OCIMOIDES, is, adj. ὠκίμοιδής, ocimo similis. *Appul. H.* 109. Carduum silvaticum alii ocimoides vocant. *F.*]

OCIMUM, i, n. est nomen peculiare herbae hortensis odoratae, quae ab ὠκίς, celer, scilicet a celeritate nascendi, nomen habet, ut *Varro l. mox cit.* in OCINUM tradit. *Hesychius*: Ὠκίμον, βοτάνη εὐώδης, τὸ λεγόμενον βασιλικόν. Sunt qui *ocimum* scribere malunt, ut sit ab ὄζω, oleo. *Plin.* 19, 7, 36. Nihil ocimo fecundius; cum maledictis ac probris serendum praecipiant, ut laetiam proveniat, sato pavitur terra. Hinc *Colum.* 10, 319. Tum quoque proscisso rigoque inspersa novali Ocima comprimit, et gravibus densate cylindris. *Pers.* 4, 21. pannucea Baucis Cum bene discincto cantaverit ocima vernae, h. e. cum vetula olerum et olentium herbarum venditrix clara voce servum invitat ad olera emenda. Vires porro ejus varias in medicina persequitur *Plin.* 20, 12, 48. Enumerat *Cels.* 2, 22. inter herbas, quae acrem habent succum. [**Basilienkraut, Ocimum basilicum, L.*]

OCINUM, i, n. ὠκίνον, pabuli genus ex trifolio, antiquioribus Latinis usitatum. *Cato R. R.* 54. Ubi ocinum tempestivum erit, dato primum. Manibus carpito; id renascetur: quod falcula secueris, non renascetur: usque ocinum dato, donec arescat. *Varr. R. R.* 1, 31. Omne pabulum, primum ocinum, farraginem, viciam, novissime foenum secari; ocinum dictum a Graeco verbo ὠκίς, quod venit cito. Similiter quod ocimum in horto. Hoc amplius dictum ocinum, quod citat alvum bubus, et ideo iis datur, ut purgentur: id ex pabuli segete viridi desecta, antequam genat siliquas. *Plin.* 17, 22, 35. n. 21. Ocinum antiqui appellabant pabulum umbrae patiens, quod celerissime proveniat. *Id.* 18, 16, 42. Apud antiquos erat pabuli genus, quod Cato ocinum vocat, quo sistebant (lege *ciabant*) alvum bubus. Id erat e pabuli segete viridi desecta, antequam genicularet (alii leg. *siliquaret*). *Varro* interpretatur appellatum a celeritate proveniendi, e Graeco, quod ὠκίως dicunt. *Callim. hymn. in Dian.* 165. hoc idem ὠκίωσαν τριπένηλον vocat. Hinc *Hesych.*: Ὠκίωσαν, πόα τις ἢ τριπένηλος καλονμένη. *P* In locis supra allatis sunt qui *ocimum*, vel *ocymum* scribunt, sed prior lectio ceteris praestat.

OCIOR et **Ocyor**, et superl. Ocissimus et Ocysimus, adj. ὠκίωτος, ὠκιστος, velocior, celerior, citior: comparativum, ab ὠκίς, celer, unde ὠκίωτος. *V. OCYS.* Qui scribunt per *v*, a Graeco positivo ducunt: qui per *i*, a comparativo. Retinent *i* *Vossius, Dausqu.* et alii ex veteribus libris. Hos libentius sequimur. *Virg. A.* 10, 247. fugit illa per undas Ocior et ventis, et fulminis ocior alis. *Hor. Od.* 2, 16, 23. Ocior cervis, et agente nimbo Ocior Euro. *Plin.* 8, 18, 25. Tigris pondere ocior acta remeat, iterumque consequitur. *Id.* 2, 8, 6. Mercurii sidus inferiure circulo fertur (*quam Venus*) novem diebus ocioire ambitu; et *ib.* 19, 17. Signa, quae obliqua consurgunt, ocioire transeunt spatio; et 8, 43, 68. de asinis: Partus a tricesimo mense ocissimus. *Id.* 27, 2, 2. Omnium venenorum ocissimum est aconitum. *Id.* 15, 15, 16. Ocissima pira, h. e. quae celerissime maturescunt. *Id.* 16, 31, 56. Ficorum longissimae radices, ocissima senectus.

OCIOR, aris. *V. OTIOR.*

OCITER et **Ocyter**, adv. ὠκίως, cito, celeriter. *Appul. Met.* 1. Cetera huic eidem usui profer ociter; et *ib.* 2. Ociter surrexit.

OCIUM cum derivat. *V. OTIUM.*

OCIUS et **Ocyus**, et superl. Ocissime et Ocysissime, adv. ὠκίωτερον, ὠκιστα, celerius, citius. De ratione scribendi *V. OCIOR.* *Cic. Quint.* 13. Ut ocius ad tuum pervenias. *Id. Tusc.* 4, 14. Illi in morbum et incidunt tardius, et recreantur ocius. *Hor. Od.* 2, 3, 26. omnium versatur urna, serius, ocius Sors exitura. *Sall. Jug.* 27. Quam ocissime ad provinciam accedat. *Plaut. fragm. ap. Fest.* Ocissime

nos liberi possumus fieri. Ter. Eun. 3, 5, 61. Perlonge est: sed tanto ocus prope remus. Plin. 17, 11, 16. Ficus, si in scilla seratur, ocissime ferre traditur pomum. Id. 34, 18, 50. Plumbi fornacium halitus pestilens canibus ocissime; et ib. 10, 22. Ulcera ocissime sanantur. P Nonnunquam ocus pro positivo usurpatur, h. e. sine ulla comparatione, saltem aperta. Caes. B. G. 5, 43. med. Occurrit ocus gladio, cominusque rem gerit Varenus. Ter. Heaut. 4, 7, 4. sequere hac me ocus. Virg. A. 12, 681. e curru saltum dedit ocus arvis; et Ecl. 7, 8. ocus, inquit, huc ades, o Meliboe. (Adde A. 8, 555.) Hor. Sat. 2, 7, 34. nemon oleum fert ocus? ecquis Audit? Pl. Amph. 5, 1, 17. ocus accorro, ut sciscam quid velit. Id. Curc. 2, 2, 26. Heus exi, Phaedrome, exi, exi, inquam, ocus. P Pro facilius, aut potius. Hor. Ep. 1, 14, 28. Angulus iste feret piper, et tus ocus uva. P Pro ocissime dixerunt etiam oxime. Paul. ex Festo.

OCLIFERIA. V. ODORIFER.

OCLUS. V. OCULUS.

OCNUS, i, m. Ocnos, idem qui Bianor, Mantuae conditor, fatidicae Mantus, et Tusci filius amnis, ut ait Virg. A. 10, 198. P Alius est ille, de quo Prop. 4, 3, 21. Dignior obliquo funem qui torqueat Ocnos, Aeternusque tuam pascit, aselle, famem. Fuit enim quidam Socrates pictor, cuius opus inter alia fuit, ut Plin. narrat 35, 11, 40. n. 31., piger, qui appellatur Ocnos, (Ocnos pigrum significat) spartum torqueus, quod asellus arrodit. Quam picturam Polygnoto tribuit, atque ita explicat Pausan. 10, 29. Vir esse quidam sedens, quem inscriptio indicat Ocnum esse. Pictus est torqueus spartum: adest asella abrodens assidue, quantum tortum fuerit. Hunc dicunt fuisse hominem industrium et laboriosum, qui uxorem haberit sumptuosam, a qua quidquid ille laborando compararet, brevi consumeretur. Unde prov. ap. Iones, quoties viderint hominem valde quidem laborantem, sed nullo emolumento, o anho ocnos anagete tou Ocnou tyn thymyga. Haec Pausan., ex quibus intelliges Propertii sententiam, imprecantis mala ei, qui vallum, tubas, et castra primus invenit, et homines in militiae laboribus occupavit. Sunt qui comminiscuntur Ocnum quendam apud Inferos damnatum torquendo sparto, rodente asello, ut dictum est. [In Mus. Vatic. exstat marmor quantivis pretii hanc exhibens fabulam ex descriptione Pausaniae, quodque Polygnoto picturam representare videtur: illius figuram habet, et docte illustrat Viscont. Mus. Pio-Clem. T. 4. tab. 36. et p. 229. ed. Mediol. F.]

OCQUINISCO, is, n. 3. inclinor, me demitto ad stuprum patiendum. V. CONQUINISCO. Pomp. ap. Nov. 2, 600. Ut nullu' civem paedicavi pro dolum. Nisi ipsus orans ultroque ocquinisceret. Id. ib. Nisi nunc aliquis subito obviam occurrit mihi, Qui ocquiniscat, quo compingam terminum in tutum locum.

OCRA, ae, f. Italiae opp., in terra Carnorum. Plin. 3, 19. B. A.

OCREA, ae, f. xnyhis, περηνήεις, munimentum crurum militare, tibialis armatura, tibiale. Varro dicit ab ob, et erus; at Festus ab Ocris, mons confragosus, quod sit inaequaliter tuberata. Hoc magis probandum videtur; prima enim syllaba ambigua est quantitatis, quae longa esset, et obcrea vel obcrea scriberetur, si Varronis etymon probum esset. V. OCRIS. Varr. L. 4, 24. Lorica a lorris: balteum, quod cingulum e corio habebant bullatum: ocrea, quod opponeretur ob crus. Plin. 7, 56, 57. med. Galeam, gladium, hastam invenere Laedaemonii; ocreas et cristas Cares. P Erat lamina ferrea, vel aerea admixto stanno, quo lentior esset, et cruri aptaretur: anteriorem cruris partem tangebant infra genua, et nexibus ex posteriore parte decussatim obligatis strangebatur. Barbarae tamen gentes ocreis supra genua exstantibus utebantur: ut patet ex antiquis monumentis marmoreis, in quibus utrumque earum genus passim videntur. Virg. A. 7, 634. Aut leves ocreas lento ducunt argento, h. e. stanno aeri admixto. Sidon. ep. 3, 3. Alii de concavo tibi cassidis exituro flexilium laminarum vincula dissiabant, alii explicandis ocrearum nexibus implicantur. P Unicum cruri sinistro ocream opponerent olim Samnites, veteresque Italiae populi. Liv. 9, 4. de militib. Samnitum: Spongia pectori tegumentum, et sinistrum crus ocrea tectum. Juven. 6, 256. de gladiatore Samnite: Balteus, et manicae, et cristae, crurisque sinistri Dimidium tegmen; vel, si diversa movebit Proelia, tu felix, ocreas vendente puella. Appul. Met. 11. Alium ocreis, scuto, galea, ferroque insignem e ludo putares gladiatorio procedere. Sil. 8, 419. de Sabinis: ac laevo tegmina crure. P Romanorum pedites gravis armaturae, qui gladio pugnabant, dextrum tantummodo crus ocrea tangebant, qui vero nunc gladio, nunc missilibus decertabant, utrumque crus ocrea muniebant. Hinc in antiquis anaglyptis, et in columna Trajani, quae etiamnum Romanae exstat, videre est milites tum unica, tum binis ocreis contextos. Veg. Mil. 1, 20. Pedites scutati, praeter cataphractas et galeas, etiam ferreas ocreas in dextris cruribus cogeantur accipere: sic

erant armati principes, hastati, et triarii; et mox: Sciendum praeterea, cum missilibus agitur, sinistros pedes inante milites habere debere: ita enim vibrandis spiculis vehementior ictus est. Sed cum manu ad manum gladiis pugnatur, tunc dextros pedes inante milites habere debent, ut proximior dextra sit, quae plagam possit inferre. P Etiam venatores ocreis usos fuisse, discimus ex Horatio; et vellentes spartum, ex Plinio (V. v. sq.); et aratores ex Virg. Mor. 121. Ambit crura ocreis paribus. Verum in his locis ocreae sunt pro peronibus. P Est etiam cogn. R., ut C. Luscius Ocrea, ap. Cic. Rosc. Com. 14. [*Non pauca addidit F.]

OCREATUS, a, um, adj. ocreis crura munitus. Hor. Sat. 2, 3, 234. Tu nive Lucana dormis ocreatus, ut aprum Coenem ego. Plin. 19, 2, 7. de sparto: Ad reliquos usus laboriose evellitur, ocreatis cruribus, manu, textisque manicis, etc. *OCRESIA vel Ocrisia, ae, f. mater Servii Tullii, Tanaquilis ancilla, P. Corniculae uxor. Ov. Fast. 6, 627. Namque pater Tulli Vulcanus, Ocrisia mater. Plin. 36, 27. Tanaquilis ancillam Ocrisiam captam. Adde Arnob. 5. med. p. 212. Herald. (al. 169.) B. A.

OCRICULANUS et Ocricolanus, a, um, adj. ad Ocriculum pertinens, quod est Umbriae oppidum, nunc Otricoli. Cic. Mil. 24. Ocriculana villa. P Ocriculana tribus ab eo oppido nomen habuit. Eius mentio habetur in Inscr. ap. Grut. 23, 6. Sex Pompejus Sex. fil. Ocri. Civica, etc. et 194, 2. C. Junius C. F. Ocri. Pupianus Eq. R. etc. P Ocriculani, orum, ejus oppidi cives. Liv. 9, 41. f., Plin. 3, 14, 19. P Est qui leg. Otricolanus.

*OCRICULUM, i, n. Umbriae opp. Liv. 22, 11. Plin. ep. 6, 25. Tac. H. 3, 78. V. v. praec. B. A.

OCRIS, is, m. Festus: Ocrem antiqui, ut Attejus Philologus in libro Glossematorum refert, montem confragosum vocabant, ut apud Livium: sed qui sunt hi, qui ascendunt altum ocrim? Et: Celso ocre, arvaque petraea, et mare magnum. Et: Haud ut quem Chiro in Pelio docuit ocri. Unde fortasse etiam ocreae sint dictae, inaequaliter tuberatae. Haec Festus. Est autem Graeca vox, qua illi summum cacumen significant: ocris ab ocris, summus.

OCTACHORDOS, m. et f. et Octachordon, n. ocrachordos, octo habens chordas. Vitr. 10, 13. P Scribitur et octochordos.

[OCTAEDROS, i, adj. m. et f. ocrachordos, ita appellatur corpus solidum, quod octo sedes, seu bases habet triangulas et aquilateras: ab ocris, octo, et edros, sedes. Capell. 6, 233. His adduntur octaedros, item δωδεκάεδρος, item εικοσάεδρος. F.]

OCTAGONOS. V. OCTOGONOS.

[OCTAMETER, tra, trum, adj. ocrachordos, qui octo metris, seu pedibus constat: ab ocris, octo, et meteron, mensura. Mar. Victor. p. 2528. Admonemur, Boiscum Cyzicenum supergressum hexametri legem, iambicum metrum in octametrum versum extendisse. F.]

OCTANGULUS, a, um, adj. ocrachordos, res, vel figura, quae octo angulos habet. Appul. Dogm. Plat. 1. Octangula sphaera.

OCTANS, antis, m. pars octava. Vitr. 10, 11. Dividuntur circinationes tetrantibus in partes quatuor, vel octantibus, in partes octo ductis lineis.

OCTAPHORON. V. OCTOPHORON.

[OCTAS, adis, f. ocris, id quod octavo numero constat. Capell. 7, 242. Primus numerus imparium trias, secundus pentas, ambo octadem faciunt. F.]

OCTASTYLOS, ocrastylus, octo columnas in fronte habens. Vitr. 3, 2. V. AMPHIPROSTYLOS.

[OCTATEUCHUS, i, m. ocrastylus, octo volumina continens: ab ocris, octo, et teuchos, liber. Cassiod. Instit. Div. 1. Primus scripturarum divinarum codex est octateuchus. V. HEPTATEUCHUS. F.]

OCTAVANI, orum, m. plur. milites legionis octavae. Plin. 3, 4, 5. et Mela 2, 5. Forum Julii Octavianorum colonia. Haec urbs nunc Frejus appellatur. P In nummo Augusti ap. Goltzius, referente Hard. ad l. Plin. c. habetur Col. Julia Octavianorum. Sed hic nummus falso confectus est.

OCTAVARIUS, ii, m. receptor, sive exactor vectigalis, quod octava dicebatur. V. OCTAVUS. [Impp. Grat., Valent. et Theodos. Cod. 4, 61, 8. Octavarii vectigal accipiant. P Octavarium, ii, n. ipsum octavae vectigal. Sunt qui in l. c. in §. antecedit. Octavarii putant esse genitivum sing., alii rectius nominat. plur.]

*OCTAVIA, ae, f. nomen sororum duarum Caesaris Augusti. De natu majore V. in Octaviae Porticus; locisque ibi citatis adde Plin. 35, 10. et 36, 5. 35, 11. pro operibus, quod edidit Hard., olim legebatur porticibus, quamquam operibus habet Id. 34, 6. loco cognato. P Octavia minor, Marcelli primo, dein Antonii Triumviri uxor. De ea V. Suet. Caes. 27. et Aug. 63 et 66. item Sen. ad Marc. 2. Liv. Epit. 132. P Alia Octavia, Claudii Caesaris et Messalinae filia, Neronis uxor, prius Silano desponsata, cujus consuetudinem Nero cito aspernatus est, occiditque eam sub crimine adulterii. Tragicus tamen ille (sub nomine Senecae), qui Octa-

viam tragoediam scripsit, in Aegyptum eam relegere videtur. V. 969. B. A.

OCTAVIA Gens, una ex gentibus Romanis. Velitris olim fuisse praecipuam, scribit Suet. Aug. 1. In duas familias Romae distinguebatur. Prima a Tarquinio Prisco rege in senatum lecta, et a Serv. Tullio inter patricias cooptata, procedente tempore ad plebem se contulit. Longo deinde intervallo a C. Caesare Cassia lege in patriciatum revocata est. In hac primus Cn. Rufus magistratum est adeptus, Suetonio teste ib., qui quaestorius mortuus est. Ejus filius Cn. Octavius primus in eam familiam attulit consulatum, quae deinde omnibus dignitatibus floruit. Cic. Off. 1, 39. et Phil. 9, 2. P Altera vero, in qua Octavius, seu Octavianus Augustus natus est, nullis neque rebus gestis, neque honoribus floruit. Testis est ipse Augustus, qui nihil amplius, quam equestri familia ortum se scribit, veterem ac locupletem, et in qua primus senator pater suus fuerit. V. Suet. Aug. 1. 2. etc.

OCTAVIAE Porticus, duae appellantur, quarum alteram theatro Marcelli propiore Octavia soror Augusti fecit: alteram theatro Pompeji proximam Cn. Octavius Cn. F., qui fuit aedilis curulis, praetor, consul, decemvir sacris faciendis, et triumphavit de rege Perse navali triumpho: quam combustam reficiendam curavit Caes. Augustus. Fest., Vell. 1, 11. et 2, 1. et Suet. Aug. 29.

OCTAVIANUS, a, um, adj. ad Octavium spectans. Cic. Dic. 1, 2. Ut Octaviano bello Cornelii Culeoli (praedictiones) audiendas putaverunt, h. e. quod Cn. Octavius consul gessit cum L. Cornelio Cinna: de quo Epit. Liv. 79. et 80., Flor. 3, 21. et Vell. 2, 22. P Ap. Caes. B. C. 3, 9. Octaviani milites, et ap. Hirt. B. Alex. 42. etc. Octavianae naves pertinent ad quendam M. Octavium, qui pro Pompejo contra Caesarem militavit. P Octavianus specus ap. Front. Aquaed. 21. pertinet ad Anienem veterem, creditur dictus ab Augusto, qui antequam in gentem Juliam adoptaretur, Octavius vocabatur.

OCTAVIANUS, i, m. cogn. Augusti, inde tractum, quod ex Octavia in Juliam gentem fuerit adoptatus. Cic. Fam. 12, 25., Tac. A. 13, 6., Aurel. Vict. Vir. illustr. 79. et Caesar. 1.

[OCTAVILLA, ae, f. dimin. Octaviae. Est cogn. R. Inscr. ap. Grut. 412, 2. Fl. Neratia Septimia Octavilla. F.]

OCTAVIUS, a, um, adj. ad Octavium aliquem pertinens, ut Octavia gens, Octavius vicus, Suet. Aug. 1. Octavia porticus, Festus. V. OCTAVIAE.

OCTAVUS, a, um, adj. ocrachordos, primus post septimum. Cic. Att. 15, 26. Octava pars. Caes. B. G. 2, 23. legio. Hirt. B. Afr. f. Pro decumis Octavas pendere jubet. Caes. B. C. 3, 53. Ab octavis ordinibus ad primipilum transducere aliquem. Martial. 9, 65. octavum marmor ab Urbe, h. e. octavus lapis, octavum milliarium. P Octava hora in Urbe erat balneo, palaestrae, et hujusmodi exercitationibus assignata: post quam erat coenae ineunda tempus. Id. 4, 8. Sufficit in nonam nitidis octava palaestris. Juven. 1, 49. Exsul ab octava Marius bibit, h. e. intempestivis conviviis indulget. P Sapientum octavus dicitur ab Hor. Sat. 2, 3, 269. eo fere sensu, quo Juven. 2, 40. Tertius e coelo cecidit Cato. Duo enim Catones celebrantur, et Sapientes septem. P Octava, ae, genus quoddam fuit vectigalis, quod in octava parte cuspisiam rei pendebatur. Imp. Alex. Sever. Cod. 4, 65, 7. Cum Hermes vectigal octavarum in quinquennium conduceret. Imp. Valens, et Valent. ib. 61, 7. Octavas more solito constitutas omne hominum genus, quod commerciis voluerit interesse, dependat. V. OCTAVARIUS. P Octavum adverbii ritu, octava vice. Liv. 6, 36. Sextus et Licinius jam octavum tribuni plebis refecti.

OCTAVUSDECIMUS, a, um, adj. decimus octavus. Vitr. 3, 3. med. Octavodecima parte scapi. Tac. A. 13, 6. Octavodecimo aetatis anno.

OCTENNIS, e, adj. ocrachordos, octo annos habens. Ammian. 18, 6. Puer, ut conjectabamus, octennis.

OCTIES, adv. ocris, octo vicibus. Cic. Somn. Scip. 2. Septenos octies anfractus. Colum. 8, 8. med. Octies anno pullos educat, si est bona matrix. Plin. 7, 28, 29. Octies ex provocatione victor.

OCTIGESIMUS, a, um, adj. syncope pro octingentesimus; agnoscitur a Prisc. p. 1353. de ponderib.

OCTINGENARIUS, a, um, adj. habens octingenta, ut Octingenarii greges, Varr. R. R. 2, 10. f.

OCTINGENI, et OCTINGENTENI, ae, a, adj. ocrachordos, dispersitiv. octingenti. Agnoscitur a Prisc. p. 1353. de ponderib.: A priori est octingenarius: alterum creatur ab octingenti.

OCTINGENTESIMUS, a, um, adj. ocrachordos, nomen numerale ordinis. Cic. Sen. 2. Qui minus gravis esset iis senectus, si octingentesimum annum agerent, quam si octogesimum?

OCTINGENTI, ae, a, adj. ocrachordos, nomen numerale cardinale. Cic. Acad. 4, 25. Mille et octingenta stadia quod abesset, videbat. Id. Planc.

25. Quem magistratum jam octingenti fere consecuti sunt.

OCTINGENTIES, adv. octingentis vicibus. *Vopisc. Tac.* 10. Patrimonium suum publicavit sestertium bis mille octingentis. Adde *Ascon.* in *Cic. Ferr.* 1, 18.

OCTIPES, edis, m. et f. adj. ὀκτώπους, octo habens pedes. *Or. Fast.* 1, 312. Octipedis frustra quaerentur brachia Cancri. Adde *Prop.* 4, 1, 150.

OCTO, ὀκτώ, nomen numerale cardinale, indeclinabile. *Virg. G.* 1, 171. pedes temo protentus in octo. *Caes. B. G.* 1, 21. Millia passuum ab ipsis castris octo. P. Ultima quamvis Graece natura longa, fere tamen corripitur. *Mart.* 7, 53. Munera, quae grandes octo tulere Syri; et 9, 3. Octo Syris suffulta datur lectica puellae. Adde *ib.* 32, et 14, 87., *Manil.* 4, 483, et 5, 334., *Juven.* 6, 228, et 7, 142.

OCTOAS, adis, f. idem ac octas. *Tert. Praescr.* 49. Hanc esse aeternum triacontada, quae sit in pleomate ex octoade, et decade, et duodecade. *F.*

OCTOBER, bris, m. γαργυλιών, vel παναργυλιών, mensis octavus a Martio. De ratione et etymo nominis V. **DECEMBER** et **NOVEMBER**. *Colum.* 11, 3. med. Ultima parte Octobris circa calendas Novembris. P. Adjective. *Vellej.* 2, 56. Cum mense Octobri in urbem revertisset. *Mart.* 12, 67. Octobres Marto consecravit Idus; et 10, 87. Octobres age sentiat calendas Facundi pia Roma Restituti. P. *October equus*, inquit *Festus*, appellatur, qui in campo Martio mense Octobri immolatur quotannis Marti, bigarum victricum dexterior: de cuius capite non levis contentio solebat esse inter Suburanenses, et Sacravenses, ut hi in regiae pariete, illi ad turrim Mamiliam id figerent: ejusque cauda tanta celeritate perfertur in regiam, ut ex ea sanguis destillet in focum, participandae rei divinae gratia. Quem hostiae loco quidam Marti Deo sacrari dicunt, non ut vulgus putat, quia velut supplicium de eo sumatur, quod Romani Ilio sunt orundi, et Trojani ita effigie in equi sint capti. *Id.* in *Panibus*: Panibus redimibant caput equi immolati Idibus Octobris in campo Martio, quia sacrificium fiebat ob frugum eventum: et equus potius, quam bos immolabatur, quod hic bos frugibus pariendis aptus. P. [*October* fuit etiam cogn. R. *Inscr.* ap. *Marin. Frat. Arv.* p. 564. L. Musius Q. F. Pol. *October.* *F.*]

OCTOCHORDOS. V. **OCTACHORDOS**.

OCTODECIM, nomen numerale indecl., duodeviginti, decem et octo. *Front. Strateg.* 2, 5. med. Octodecim cohortes in obscura valle posuit.

OCTODURENSIS, e, adj. ad Octodurum pertinens, vicum in Alpibus Galliae Narbonensis in agro Veragrorum, ejus meminit *Caes. B. G.* 3, 1, [*adde *Anton. Itin.*] nunc Martigny, seu Martiach. Hinc *Octodurenses*, ium, incolae ejus vici, ap. *Plin.* 3, 20, 24. *F.*

OCTODURUM, i, locus in Alpibus v. v. praec.]

OCTOGAMUS, i, m. qui octies uxorem duxit. *Vox Graeca. Hieron.* in *Jovin.* 1, n. 15. Non damno digamos, imo nec trigamos, et, si dici potest, octogamos.

OCTOGÉNARIUS, a, um, adj. ὀδογονηαίτης, octoginta annos habens. *Plin. ep.* 6, 33. Exhereditata ab octogenario patre. P. *Octogenaria fistula* ap. *Vitr.* 8, 7. et *Front. Aquaed.* 58. est, quae digitos habet diametri decem vel cujus lamina, antequam rotundaretur, octoginta digitos habuit.

OCTOGENI, ae, a, adj. numerus octoginta dispersitivus. *Liv.* 10, 30. f. Data ex praeda militibus aeris octogeni bini, sagaque, et tunicae. P. Sine distributione. *Plin.* 9, 51, 75. Torpedo octogenos fetus habens invenitur. *Front. Aquaed.* 59. et *Pall.* 8, 12. Fistula octogenumquinum.

OCTOGESA, ae, f. opp. Hispaniae Tarraconensis, ad Iberum flumen, in terra Illygetum. *Caes. B. C.* 1, 61. P. *Ictogesa* audit *Notit. Episcop. B. A.*

OCTOGESIMUS, a, um, adj. ὀδογησμοτός, numerus octoginta ordinalis. *Cic. Sen.* 10. Quartum annum ago et octogesimum. *Juven.* 4, 92. Sic multas hiemes, atque octogesima vidit Solstitia. P. *Octuagesimus* improbat a grammaticis, quamvis octuaginta legatur, et septuagesimus. *Alvar. l. 1. c. 14. schol. 3., Valla elegant. l. 3. c. 5.*

OCTOGIES, adv. octoginta vicibus, octuagies. *Cic. Pis.* 35. Nonne sestertium centies, et octogies ex aerario tibi attributum Romae in quaestu reliquisti?

OCTOGINTA, ὀδογησμοτία, nomen numerale cardinale, octies decem continens. *Cic. Sen.* 19. Octoginta regnavit annos. *Hor. Sat.* 2, 3, 117. si et stramentis incubet inde Octoginta annos natus, cui stragula vestis, etc. P. Legitur et octuaginta, ut septuaginta. *Colum.* 11, 2. med. Una opera novellas circumfodiet arbores octuaginta. *Vitr.* 10, 17. bis. Octuaginta pondo. *Gell.* 3, 10. Post ducentos octuaginta dies. Al. hic leg. septuaginta. Sunt etiam qui dubitant de locis *Colum.* et *Vitr.* quod in MSS. numeri fere scribantur notis, quas librarii per litteras exseripsent.

OCTOGONOS, i, m. ὀκτάγωνος, octo habens angulos, octangulus: Graecum ab ὀκτώ, et γωνία, an-

gulus. *Vitr.* 1, 6. Turre marmorea octogonos. P. Scribitur et octagonos.

OCTOJUGIS, e, adj. qui octo equos jugo junctos habet, et currus subauditur. V. *Inscr.* in **DECEMJUGIS**. P. Translate. *Liv.* 5, 2. med. Antea trina loca cum contentione summa patricios explorare solitos: nunc jam octojuges ad imperia obtinenda ire, h. e. octo tribunos militum creatos esse. P. *Octojugis* dicitur Ogdoas illa Valentinianorum, unus nempe ex eorum Aeonibus; ὀγδοάς autem numerum octonarium significat. *Tert. adv. Valent.* 36. Sed mappa, quod ajunt, missa semel octojugem istam, etc. alludit scilicet ad ludos circenses, in quorum missibus mappae usus erat. V. **MAPPA**.

OCTOLOPHUS vel **Octolophum**, i, Thessaliae locus, Macedonia versus. *Liv.* 31, 36. et 44, 3. quibus in locis qui occurrit, casus quartus est. *B. A.*

OCTOMINUTALIS, e, adj. *Lampr. Alex. Sev.* 22. extr. Tantum intra biennium porcinae carnis fuit, ut cum fuisset octominutalis libra, ad duos unumque carnis libra redigeretur, h. e. octo argenteis minutis nummis valisset.

OCTONARIUS, a, um, adj. octo continens. *Plin.* 31, 6, 31., *Front. Aquaed.* 28 et 42. et *Pallad.* 8, 12. Octonaria fistula, h. e. quae constat ex lamina, quae antequam curvetur, octo digitorum latitudinem habet, ut *Plin. ib.* explicat; vel quae diametrum habet octo quadrantes latum, ut *Front. Aquaed.* 25. docet. *Varr. L. L.* 8, 49. med. et *Macr. Sonn. Scip.* 1, 5. Octonarius numerus. *Diomed.* 3, 514. Octonarius versus est, ut *Varro* docet, cum duo jambi pedes iambico metro praeponuntur, et fit versus talis: *Pater meus dicens docendo, qui docet, dicit docens.* Tolle hinc primos duos iambos, et erit talis, quale illud (*Hor. Epod.* 1, 1.) *Ibis Liburnis inter alta navium.*

OCTONATIO, onis, f. distributio in ogdoadas. *Vet. Interpr. Iren.* 1, 1. *B. A.*

OCTONI, ae, a, adj. numerus octo dispersitivus. *Pl. Capt.* 3, 5, 66. cum octonos alii lapides effodit. *Liv.* 32, 28. f. Praetoribus octona millia peditum data. *Varr. L. L.* 8, 23. Cum animae hominum sint divisae in octonas partes. *Plin.* 36, 9, 14. n. 3. Obelisci duo quadragesimum octonum cubitorum. *Hor. Sat.* 1, 6, 75. Ibant octonis referent Idibus aera, h. e. quae octo diebus constant, a Nonis incipiendo. P. Extra distributionem pro cardinali octo. *Or. Met.* 13, 753. octonis iterum natalibus actis, Signarat dubia teneras lanugine malas. Adde *ib.* 5, 50.

OCTOPHORON, i, n. ὀκτώφορον, lectica, quae ab octo servis gestatur. *Suet. Cal.* 43. Interdum adeo segnitur et delicate incessit, ut octophoro verheretur. *Cic. Q. Fr.* 2, 10. Cum hominem portarem Neapoli ad Bajas octophoro Anciano. Adde *Mart.* 6, 84., ubi in quibusdam editionibus octophoro legitur. P. Vox est adjectiva. *Cic. Ferr.* 2, 5, 11. Nam, ut mos fuit Bithyniae regibus, lectica octophoro ferebatur.

OCTOSYLLABUS, a, um, adj. qui octo syllabis constat. *Mar. Vict.* p. 2598. Metrum Priapeum constat duobus metris, quorum prius est Glyconium octosyllabum. *F.*

OCTOTOPI, ὀκτώ τόποι, h. e. octo loci. Vox Graeca astrologorum, qua significant octo locos, seu sedes et stationes stellarum, quae inter quatuor cardines coeli sunt. *Manil.* 2, 968. Cui parti nomen posuit, qui condidit artem, Octotopos, per quos stellae, etc.

OCTOVIR, iri, m. unus aliquo ex magistratu, qui octo virorum numero constat. *Inscr.* mendosa ap. *Mur.* 80, 7., emendata ex autographo a *Giovannaz. Aezja* p. 124. T. Vinio Rufo, T. Titsieno octovir, Q. Orfio Fulgino, C. Jegio aed., praefectura Amiternina pro redivit Imp. Caesaris Aug. . . . Fortunae. Alia Reatina mendosa ap. *Grut.* 471, 6., emendata a *Morcell. de stil. inscr. Lat.* T. 2. p. 82. *em. Pat. Sex. Tadius Sex. F. Vol. Lusius X. vir. stlit. jud.*, VIII. vir H. Q. Q. Alia Faleriensis mendosa ap. *Mur.* 687, 7., emendata a *Catalani Antic. Fern.* p. 30. C. Valerio C. L. Onesimo VIII. vir. etc. Alia Interamniensis ap. *Delfico Interamn. Pret.* p. 122. L. Agusius Cn. F. L. N. Mussus, C. Arrenus T. F. Rufus Octoviri iterum balneas refic. D. C. S. C. Adde alias ap. *Fabrett.* p. 369. n. 132. et p. 401. n. 297. P. *Octoviri* fuerunt etiam in collegio Augustalium, cum saepius *sevir* fuerint. *Inscr.* ap. *Fabr.* p. 402. n. 298. C. Fuficio C. L. Geniali VIII. vir. Aug. Firmi, et Falerione. *F.*

OCTUAGESIMUS. V. **OCTOGESIMUS**.

OCTUAGIES, adv. octogies. *Plin.* 2, 108, 112. Octuagies quinquies centena sexaginta octo millia passuum.

OCTUAGINTA. V. **OCTOGINTA**.

OCTULANI, orum, populi antiqui, quorum caput fortasse Octulum vel Octula dictum, memorati a *Plin.* 3, 5. *B. A.*

OCTUPLICATIONO, onis, f. multiplicatio per octo. *Capell.* 7, 267. Numerum aliquem octuplicatione metiri.

OCTUPLICATUS, a, um, part. ab inus. octuplicatus, multiplicatus octo vicibus. *Liv.* 4, 24. Octu-

plicatoque censu aerarium fecerunt, h. e. ut qui pro censu pendere debuerat ex. gr. assem unum, octo deinceps solveret: nimirum quasi eum censum haberet, pro quo essent octo solvenda. V. *Gron. de pecun. vet.* 4, 1.

OCTUPLUS, a, um, adj. ὀκταπλῆσιος, octies major. *Cic. Univ.* 7. Pars sexta octupla primae. P. *Damnare aliquem octupli*, h. e. multa octies majore, quam debeatur. *Id. Ferr.* 2, 3, 11. Sic poena octupli, et iudicium in octuplum. Adde *ib.* et 10. et 12. [*V. *Schütz. cl. Cic.*]

OCTUSSIS, is, m. octo assium pecunia, seu valor, aut summa octo assium, ut *centussis*, *decussis*. *Hor. Sat.* 2, 3, 156. Quanti emptae? parvo, quanti ergo? octussibus. *Bentlej.* merito *Lambinum*, aliosque arguit, qui octo assibus reposuere. [*Cf. *etiam Heindf.*] *Festus* in *Peculatus*: Tarpeja lege eantum est, ut bos centussibus, ovis decussibus aestimaretur.

OCULARIARIUS, a, um, adj. *Oculararius faber* est, qui oculos conficit, status apponendos. *Inscr.* ap. *Grut.* 645, 1. C. Licinius L. L. Patroclus faber ocularius. Veteres enim solebant status, praesertim Deorum, oculos addere ex vitro, ex argento, aut ex lapillis. Proinde artificium hoc ap. eos florebat: et M. Rapius Serapio in *Inscr.* ap. *Fabr.* p. 641. n. 357. laudatur, quod oculos reposuerit status, quoad vixit, bene. V. *Dissertat. Italicam Dominici Manni degli Ochiari*; et *Murator. Antiquit. Ital. diss.* 24., qui ex aliorum etiam opinione putat, fabros ocularios fuisse, qui aureos, vel argenteos oculos conficerent votivae tabellae affigendos Diis adiutoribus, ut recepti visus beneficium testarentur voti compotes facti. [*V. nos in *Faber.*]

OCULARIS, e, adj. ad oculos pertinens, ut *Ocularis tunicae*, *Veg. Vet.* 2, 17. Ocularis medicus, *Inscr.* ap. *Mur.* 927, 5. P. [*Oculare*, is, absolute est medicamentum oculis adhibendum. *Pelag. Vet.* 30. Oculare ad percussum; et *mox*: ad cicatrices discutiendas; et *mox*: ad lippitudines equorum, etc. *F.*]

OCULARITER, adv. per oculos. *Sidon. ep.* 7, 14. med. Qui amicos ludificabundi non tam judicialiter, quam oculariter intuentur.

OCULARIUS, a, um, ad oculos pertinens, ut *Ocularius medicus*, qui oculos medetur, ap. *Cels.* 6, 6. n. 8. et in *Inscr.* ap. *Fabr.* p. 300. n. 274. 275. 276. et 277., qui et *ocularis* absolute dicitur a *Scrib. Comp.* 37. et 38. Sic chirurgus ocularius, in *Inscr.* ap. *Grut.* 400, 7. Ocularia claritas, ap. *Solin.* 24. med. Ocularia aegritudo, ap. *eund.* 4. f. **OCULATA**, ae, f. genus piscis, sic dicta ab oculorum magnitudine. [**Neunauge.*] *Plin.* 32, 11, 53. et *Cels.* 2, 18.

OCULATIO, onis, f. desectio gemmarum superfluarum in vitibus. *Plin.* 17, 21, 35. n. 6. Pampinioni quoque, et oculationi, omnique operi facillior. Meliores codices habent *occlationi*.

OCULATUS, a, um, adj. πολυόμματος, qui oculos habet. *Pl. Truc.* 2, 6, 8. Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem. *Id. As.* 1, 3, 50. semper oculatae nostrae sunt manus: credunt quod vident. *Suet. Rhet.* 5. Sex. Clodius male oculatus et dicax. *Tert. adv. Marc.* 2, 25. Oculatur Deus. P. [**Cic. Att.* 4, 6. ne *βαδύτης* mea, quae in agendo apparuit, in scribendo sit oculatio: ita *Orell.* c. recent. pro vulg. *occlatur*. Ceterum loci sententiam *Schütz.* in *cl. Cic.* s. h. v. talem vidit: ne sensus injuriae mihi ab Hortensio factae alta mente conceptus et male dissimulatus, qui in oratione apparuit, in scribendo etiam magis perspicue se prodatur.] *Plin.* 34, 6, 11. Statuam poni jussit quam oculatissimo loco, in Rostris, h. e. maxime conspicuo. P. Dies oculata, V. in **CAECUS**. P. *Solin.* 17. Oculati circuli, h. e. instar oculorum facti. Loquitur de pelle maculosa pantherarum, de quibus *Plin.* 8, 17, 23. Pantheris in candido breves macularum oculi.

OCULÉUS, a, um, adj. πανόπτης, plenus oculis. *Pl. Aul.* 3, 6, 19. Quos si Argus servet, qui totus oculus fuit, etc. P. Per translationem pro perspicaci ponitur, quasi qui totus ex oculis constet. *Appul. Met.* 2. Perspicaciorem ipso Lynceo, vel Argo, et oculo totum.

OCULICRÉPIDA, ae, m. vox ficta a *Pl. Trin.* 4, 4, 14., significat autem eum, cui oculi pugnati contundi, et crepare solent. Al. leg. *occliteripeda*, h. e. occulte rapiens; quod minus placet.

OCULIFERIA vel **Oclifera**, orum, n. plur. quae oculos feriunt, et perstringunt, ut sunt res maxime splendidae. V. **ODORIFER**.

OCULISSIMUS, a, um, adj. superlat. factum a *Plauto* joculariter, pro carissimo instar oculorum, *Curc.* 1, 2, 28. Salve, oculissime homo; et 1, 1, 17. valustin' oculissimum ostium? Alii hic leg. *occlissimum*. Sed *oculissimum* legebat etiam *Festus*, qui ita habet: *Oculissimum*, carissimum. *Plautus*: *Oculissimum ostium amicae*. Priore autem loco idem *Fest.* *ib. oculissimum* interpretatur, qui clare aspicit. [At profecto *Festus* erravit, nam ap. *Plaut.* t. c. legendum omnino est *oculissimum ostium.* *F.*]

OCULITUS, adv. ὀφθαλμῶν, ita care, ut oculus carus est. Plaut. fragm. ap. Non. 2, 608. Qui amant ancillam meam Hedylium oculitus.

OCULO, as, a. i. oculorum usum praebeo. Tert. Poen. 12. Ibi hirundo si excaecaverit pullos, novit istos oculare rursus de chelidonia sua. P Item illumino. Id. Pud. 8. Quem exitum in vestibus purpura oculandis saepissime evenire est, h. e. ornandis. Id. Apol. 2. Qui (Christus) jam expolitos homines, et ipsa urbanitate deceptos in agnitionem veritatis ocularet.

OCULUS, i, m. ὀφθαλμὸς, nobilissimum et pretiosissimum (ut ait Plin. 11, 37, 52.) animalis membrum, quo luce fruitur, cujus usus vitam distinguit a morte. V. ejus descriptionem ap. Cic. N. D. 2, 57., Cels. 7, 7. n. 13. et Plin. l. c. sect. 53. et 55. Varias oculorum vires in affectibus animi significandis Id. Plin. recenset cit. sect. 54. Neque ulla, inquit, ex parte majora animi indicia cunctis animalibus, sed homini maxime: idest moderationis, clementiae, misericordiae, odii, amoris, tristitiae, laetitiae. Contuitu quoque multiformes, truces, torvi, flagrantis, graves, transversi, limi, submissi, blandi. Profecto in oculis animus habitat. Ardent, intenduntur, humectant, comivent. Hinc illa misericordiae lacrima, etc. Quint. 11, 3. med. Oculi motu intenti, remissi, superbi, torvi, mites, asperi fiunt. Rigidi vero, et extenti, aut languidi, et torpentes, aut stupentes, aut lascivi, et mobiles, aut natantes, et quādam voluptate suffusi, aut limi, et, ut sic dicam, veneri, aut poscentes aliquid, pollicentesve nonnunquam esse debebunt. Nam opertos, compressosve eos in dicendo quis, nisi plane rudis et stultus, habeat? Cic. Or. 3, 59. Oculi sunt, quorum tum intentione, tum remissione, tum conjectu, tum hilaritate, motus animorum significemus apte cum genere ipso orationis. Id. Planc. 27. Oculos acres et acutos habere. Id. Tusc. 5, 16. Oculi venusti. Id. N. D. 1, 28. f. perversi. Id. Vat. 2. eminentes. Suet. Tib. 7. contenti et tumentes. Id. Ner. 49. exstantes et rigentes. Id. Caes. 45. nigri et vegeti. Ov. Amor. 2, 4, 11. modesti. Lucan. 2, 26. minaces. Sall. Cat. 15. foedi, h. e. turbati, lividi, deformes. Cic. Cluent. 19. extr. Oculos concipere in aliquem; [*V. quae de hac dictione laudat Beier. ad Cic. Off. 2. p. 87.] et Verr. 2, 2, 15. adijcere alicui rei; et Agr. 2, 10. ad rem aliquam. [*Ita de cupiditate dicitur.] Id. Phil. 1, 1. dejicere ab aliqua re; et Verr. 2, 4, 15. de aliquo nusquam dejicere. Tac. H. 4, 72. in terram figere. Quint. 1, 11. dejicere in terram. Ov. Met. 15, 612. demittere; et ib. 4, 146. erigere; et ib. 8, 696. flectere. Virg. A. 4, 688. attollere; et ib. 220. torquere; et ib. 363. volvere huc illuc. Sil. 11, 262. circumferre; et Virg. A. 2, 570. ferre per cuncta. Lucan. 9, 1036. et Ov. Met. 2, 770. avertere. Cic. Mil. 31. aperire. Sen. Herc. Fur. 824. comprimere; [*ita dicitur etiam condere, premere oculos. V. Ruhnk. ad Or. Her. 1, 102.] Sen. Med. 388. rigare fetu. Petr. Sat. 26. Applicare oculum curiosum pro rimam; et ib. 96. Alternos oculos opponere foramini ostii. Id. ib. 11. et Lucan. 7, 795. lustrare oculis urbem. Sen. Herc. Oct. 1694. quaerere aliquid; et Troad. 23. metiri aliquid. Virg. A. 4, 372. aquis aspicere. Lucr. 1, 301. usurpare aliquid, h. e. videre. Nep. Timol. 2. cernere. [*Vell. 2, 41, 3. oculis custodire.] Sen. Herc. Oct. 1977. Cessit, ex oculis abiit; et Tac. H. 2, 20. Auferri ex oculis. [*Liv. 6, 15. quo magis argui praestigias jubetis vestras, eo plus vereor, ne abstuleritis abservantibus etiam oculos. — Notanda hic sunt etiam ista: inhaerere, aberrare, inerrare oculis: quae de iis sunt usitatae loquendi formulae, quae animo ita observantur, tanquam oculis cernas. V. Ruhnk. ad Or. Her. 2, 91. Oculis species inhaeret.] Cic. Agr. 2, 20. Ponere sibi aliquid ante oculos; et Sull. 26. proponere; et Sext. 7. extr. Proponere oculis suis aliquid. Id. Amic. 11. Esse ante oculos. Id. Rosc. Am. 9. et 35. versari. [*Ita dicitur de iis, quae attentius cogitamus et ita, ut quasi oculis cernere videamur.] P Res posita in oculis, et ante oculos. Id. Acad. 1, 2. et Or. 1, 43. et Q. Fr. 1, 1, 2. h. e. manifesta, patens, omnibus nota. Sic Sall. Cat. 21. Divitiae, decus, gloria, in oculis sita sunt. P Sub oculis, ante oculos. Vell. 2, 79. Gravis sub ipsius Caesaris oculis accepta clades. Adde ib. 21. [*sub ipsis moenibus oculisque urbis Romanae: ita ex verissima Lipsii emendatione pro vulg. sub ipsis moenibus sociisque Ruhnk., qui laudat 2, 84. in ore atque oculis Antonianae classis, ibique intpp. et Duk. ad Flor. 2, 15, 7. et Drak. ad Liv. 4, 28.] Colum. 9, 5. Sub oculis domini esse. Sic Ov. Her. 21, 82. Inque meis oculis candida Delos erat, h. e. in conspectu meo erat. P Esse in oculis, habitare in oculis, ap. Cic. Planc. 27. h. e. se conspiciendum dare, versari inter cives, prodire, apparere. [*Cic. Off. 3, 1, 3. Ita, qui in maxima celebritate atque in oculis civium quondam proximis, nunc fugientes conspectum sceleratorum, quibus omnia redundant, abdimus nos, quantum licet, et saepe soli sumus: ubi v. Beier.] Sic in

ore, et oculis omnium aliquid fieri, Id. Verr. 2, 2, 33. h. e. palam, coram omnibus. P Habere in oculis, diligenter observare. Pl. Ps. 3, 2, 66. edico tibi, ut hujus oculos in oculis habeas tuis: Quoquo ille spectabit, tu spectato simul: Si quo hic gradietur, pariter progredimur. P Aliquando de re dicitur valde cara. Id. ib. 1, 2, 46. ubi sunt isti, Quibus vos oculi estis? quibus vitae? quibus suavia? et Curc. 1, 3, 47. Bene vale, oculo mi. Catull. 82, 1. Quinti, si tibi vis oculos debere Catullum, Aut aliud, si quid carius est oculis; Eripere ei noli, multo quod carius illi Est oculis, si quid carius est oculis. Adde eund. 14, 1. et Ter. Ad. 4, 5, 67. et 5, 7, 5. P Par oculorum de duobus amicissimis. Suet. Rhet. 5. Par oculorum in amicitia M. Antonii triumviri exstitisse se ajebat. P Esse in oculis alicujus, aut alicui, carum esse, diligi. Cic. Att. 6, 2. med. Itaque publicanus in oculis sumus. Id. Tusc. 2, 26. Esse in oculis multitudinis. P Ferre, gestare in oculis, idem. Id. Phil. 6, 4. Trebellium valde jam diligit: oderat tum, cum, etc. jam fert in oculis. Adde Q. Fr. 3, 1, 3. et Har. resp. 23. et Q. Cic. Fam. 16, 27. Sic Ter. Eun. 3, 1, 11. Rex te ergo in oculis gestare. P Per oculos etiam jurare interdum mos fuit. Pl. Men. 5, 9, 1. Si volitis per oculos jurare, nihilo magis facietis, etc. Ov. Amor. 2, 16, 43. At mihi te comitem juraras usque futuram, Per me, perque oculos, sidera nostra, tuos. P De re valde illustri et praestanti, et quae sit praecipuum cuspis loci ornamentum. Cic. N. D. 3, 38. f. Hi duo illos oculos orae maritimae effoderunt, h. e. Corinthum, et Carthaginem. Just. 5, 8. Negarunt se Spartani ex duobus Graeciae oculis alterum erutos. V. OCELLUS. P De facultate videndi. Cic. Div. 1, 24. Ut eum quoque oculum, quo bene videret, amitteret. Caes. B. C. 3, 53. Quatuor ex una cohorte centuriones oculos amiserunt. Cic. Har. resp. 18. Oculos perdere. Suet. Vesp. 7. restituere alicui. P Per similitudinem transfertur ad notas seu maculas instar oculorum, in pellicibus pantherarum, in cauda pavonum, et hujusmodi. Plin. 13, 15, 30. de mensis: Sunt et undatim crispae, majore gratia, si pavonum caudae oculos imitentur. Id. 8, 17, 23. Pantheris in candido breves macularum oculi. P Item ad solem, et stellas. Ov. Met. 4, 227. Omnia qui video, per quem videt omnia tellus, Mundi oculus, h. e. sol. Plin. 2, 5, 4. Inde tot stellarum collucentium illos oculos. P [*Ita tribuuntur oculi etiam diei, quia lucent. Pl. Capt. 3, 1, 4. ego huic diei, si liceat, oculos effodiam libens. Sic λέμαρον ἀμέγας ap. Sophocl. Antig. 104.] P Item ad arborum gemmas. Virg. G. 2, 73. Nec modus inserere, atque oculos imponere, simplex, h. e. inoculare. Colum. 4, 24. med. Devexam resectionem facere post gemmam, ne superlacrimet, et gemmantem caecet oculum. Id. 10, 259. Et conviventes oculos violaria solvunt, h. e. violae sinum aperiant. P Est etiam in radicibus arundinum, et asparagorum oculus, aliis bulbis. Plin. 17, 20, 33. Seritur arundo bulbo radicis, quem alii oculum vocant. Cato R. R. 6. et Varr. R. R. 1, 24. Oculos arundinis pedes ternos alium ab alio serito. Colum. 11, 3. med. Stirpes praefractae angunt oculos spongiarum, et quasi excaecant, nec patiuntur asparagum emittere. Adde Pall. 4, 9. med. P Oculus ap. Plin. 25, 13, 102. est etiam nomen herbae, quam et aizoum majus Graeca appellatione, et zoophthalmum dicunt. P Transferunt etiam ad animum. Cic. Or. 29. Mentis oculos videre aliquid. Colum. 3, 8. Rerum naturam velut acrioribus mentis oculis intueri. Cic. Agr. 2, 10. Cum ad omnia vestra pauci homines cupiditatis oculos adijcissent. Sic Mart. ad significandam vehementem rei cuspis visae cupiditatem, 9, 60. Oculis comedere aliquid; et 1, 97. Spectare aliquid oculis devorantibus; et Cic. Verr. 2, 5, 26. Cum ejus cruciatus atque supplicio pascere oculos, animumque exsaturare vellent, h. e. spectando oblectari. Sic Nep. Eun. 11. Qui propter odium fructum oculis ex ejus casu capere vellent. P Dolere oculi dicuntur ei, qui videt aliquid, quod videre nolle, qui invidet, qui aegre patitur. Ter. Ph. f. Vin' facere quod ego gaudeam, Et quod viro tuo oculi doleant? me ad coenam voca. Coel. ad Cic. Fam. 8, 14. Nunquam tibi oculi doluissent, si in repulsa Domitii vultum vidisses. Sic Pl. As. 5, 1, 3. Numquidnam tibi molestum est, si, etc.? Ar. Pietas, pater oculis dolore prohibet. Sic Cic. Fam. 2, 16. Nosti non modo stomachi mei, sed etiam oculorum in hominum insolentium indignitate fastidium. P Clausis oculis aliquid facere, proverb. secure, temere, nullo respectu. [*V. Burm. ad Quint. decl. 12, 9. p. 249.] Hieron. adv. Jovin. 1, 21. Melius est clausis, quod dicitur, oculis andabatarum more pugnare, quam directa spicula clypeo non repellere veritatis. Sic Petr. Sat. 82. Nemo coelum putat, nemo jusjurandum servat, nemo Jovem pluris facit, sed omnes opertis oculis bona sua computant. P Oculis syncope pro oculo. Prud. periq. steq. 10, 592. Sanus videbit, lippus oculos obteget. Alii leg. oculos, ita ut quartus iambi sena-

rii pes sit tribrachys. P [*Confund. oculi et oscula. Burm. ad Quint. decl. 10, 3. p. 215.] *OCYALE, es, f. Amazonum una. Hyg. fab. 163. B. A. [OCYDRÔME, es, f. ὀκυδρόμη, et [OCYDRÔMUS, i, m. ὀκυδρόμος, velociter currens: ab ὀκνός, velox, et δραμεῖν, currere. Hoc nomine appellantur una, et unus e canibus Actaeonis ap. Hyg. fab. 181. F.] OCYUMUM. V. OCIMUM. OCYOR. V. OCIOR. OCYPETE, es, f. una ex Harpyiis, sic dicta ab ὀκνός, celer, et πέτομαι, volo, as. Serv. ad A. 3, 209. V. HARPYIAE. [OCYPOTE, es, f. ὀκνύπτη, velociter volans: ab ὀκνός, velox, et ποτόμαι, volo, as. Ita appellatur una ex canibus Actaeonis ap. Hygin. fab. 181. F.] OCYRRHÔE vel Ocyrhoe, es, f. Ὀκυρρόη, filia Chironis ex Nympha Chariclo, ita dicta a matre, ab ὀκνός, velox, et ῥέω, fluo, quia eam in fluminis rapidi ripa peperisset. Excelluit arte medicinae, et praedictione rerum futurarum. Aesculapio infanti praedixit, qualis, et quantus futurus esset. In equam versa esse fingitur. Poetae in carmine abjiciunt alterum r, quod aliter hexametrum carmen nequeat ingredi. Ov. Met. 2, 637. Quam quondam Nympha Chariclo Fluminis in rapidi ripis enixa vocavit Ocyrhoen. [OCYS, ytis, m. ὀκνός, ἑός, celer. Est cogn. R. Inscr. ap. Don. cl. 5. n. 205. L. Cassius Epithymetus VI. vir sibi, et L. Cassio Ocyti patrono optimo, et Atiliae Acte uxori ejus, qui Ocy colligio fab. Laudensium etc. F.] OCYTER. V. OCITER. [OCYTHOUS, i, m. ὀκνύθοος, velociter currens: ab ὀκνός, velox, et θέω, curro. Ita vocatur unus ex canibus Actaeonis ap. Hyg. fab. 181. F.] OCYUS. V. OCUIS.

OD

ODARIARIUS, ii, m. cantilenarum magister. Inscr. ap. Fabr. p. 716. n. 376. Cn. Vergilius Epaphroditus, magister odariarius. Reines. cl. 11. n. 81. legit odorarius, et myrobrecharium significare putat. ODARIUM, ii, n. ὀδάριον, ode, cantilena, carmen. Petr. fragm. Trag. 53. Puerumque jussit odaria saltare. ODE, es, f. ὀδή, cantio, carmen, praesertim lyricum. Sic enim vulgo inscribuntur Horatii carmina. Vox est Graeca ab ὀείδω, cano. Pro ipso cantu, Auct. carm. de Philom. 13. Et merulus modulans sat puleris tinnit odis. Auct. Laud. Philom. 25. Porrigite dulcisonas attentis auribus odas. ODEFACIT dicebant, pro olfacit: ab odore. Festus. *ODESSOS vel Odessus, i, Ὀδησσός, opp. Moesiae inferioris, ad Pontum Euxinum. Mela 2, 2. med. Plin. 4, 12. P Odyssus (os) est Ammian. 32, 9. B. A. ODEUM, i, n. ὀδῆον, est parvum theatrum, tecto in tentorii speciem fastigato, Athenis prius a Themistocle post pugnam Salaminiam ann. ab U. C. CCLXXIV. exstructum, a Pericle post annos XL. instauratum exornatumque, mox ab Ariobarzane Cappadociae rege restitutum; in quo musica certamina habebantur, deinde etiam poetae et historici opera sua recitabant: est ab ὀδή, cantus: Latini theatrum tectum appellant. V. THEATRUM. Vitr. 5, 9. Itemque Athenis Patris Liberi fanum, et exentibus e theatro sinistra parte odeum, quod Themistocles columnis lapideis, navium malis et antennis e spoliis Persicis pertexit; idem incensum Mithridatico bello rex Ariobarzanes restituit. Suet. Dom. 5. Excitavit Flaviae templum gentis, et stadium, et odeum, et naumachiam. Adde Tert. Resurr. carn. 42., Ammian. 16, 10. et Eutrop. 7, 24. ODI (raro odivi) et osus sum, isti, it, a. ὀδῶ, odio habeo. Verbum defectivum, carens praecipue temporibus praesentis, et imperfecti. Cic. Mil. 13. med. Quid enim odisset Clodium Milo, segetem ac materiam suae gloriae, praeter hoc civile odium, quo omnes improbos odimus? Caes. ap. eund. Att. 13, 1. Non dubito, quin me male oderit. Sen. Ira 1, 16. med. Vox dira et abominanda, Oderint, dum metuant. [*Cf. Suet. Tib. 59. oderint, dum probent.] Cic. Cluent. 61. Hunc acerbe et penitus oderat. Id. Fam. 7, 2. Oderam multo pejus hunc, quam Clodium. Brut. ad Cic. ad Brut. 1, 16. med. Servire et pati contumelias pejus odere malis omnibus aliis. Pl. Mil. 4, 9, 15. eum odere qua viri, qua mulieres. Sall. Cat. 50. med. Neque studere, neque odisse, sed minime irasci decet. M. Anton. ap. Cic. Phil. 13, 19. Mihi constat, nec desiderere partes, quas Pompejus odivit, nec, etc. Tert. Anim. 10. Qui hominem odit, ut nosset. Al. leg. odit. Id. adv. Marc. 4, 35. ex Levit. 19, 17. Non odies fratrem tuum in animo tuo. Vulgata habet non oderis. Pl. Amph. 3, 2, 19. Inimicos semper osa sum obtuerier. Gell. 4, 8. Osusque eum morum causa fuit. Cic. Amic. 16. Ita amare oportere,

ut si aliquando esset osurus. *Appul. Dogm. Plat.* 3. in. Orationis variae sunt species, ut imperandi, irascendi, odiendi, invidendi, favendi, etc. P [**Odisse praesentem statum* περιπαρτικώς de seditioso et impio cive dicitur ap. *Vell.* 2, 91, 2. Erant tamen, qui hunc felicissimum statum odissent. Contrarium est *amare praesentem statum.*] P Dictum fuit Thraseae ap. *Plin. ep.* 8, 22. Qui vitia odit, homines odit. P Saepa ponitur pro fastidire, aversari; et tribuitur etiam plantis, et rebus inanimis. *Ter. Ad.* 4, 1, 7. illud rus nulla alia causa tam male odi, nisi quia prope est. *Hor. Od.* 1, 38, 1. Persicos odi, puer, apparatus. *Plin.* 19, 5, 23. Cucumeres oleum odere mire, nec minus aquas diligunt; et *ib.* 8, 45. Ruta odit hiemem, et humorem, ac finum. *Id.* 12, 25, 54. Balsamum odit ferro vitalia laedi. P Passive. *Tert. Apol.* 3. f. Oditur ergo in hominibus innocuis etiam nomen innocuum. *Hieron. ep.* 43. n. 2. Si de mundo non essemus, odiremur a mundo. P [Part. *Odiens* ap. *Tert. adv. Marc.* 4, 16. Benedicere odientes. Tribuitur etiam *Petr. Sat.* 132., sed alii *audiens* legunt. P *Charis.* 3, 228. *oderem* et *odere*, in optativo, et infinitivo praesenti, si sana est lectio. Etiam praesens indicativi *odio* videtur olim in usu fuisse. Nam *Festus*, Osi sunt, inquit, ab odio declinasse antiquos, testis est C. Gracchus, etc. Hinc *odiens* et *odiendi*.

*ODIA, ae, f. maris Aegaei insula, Sporadum una. *Plin.* 4, 12. B. A.

[ODIATUS, a, um, adj. exosus. *Not. Tir.* p. 77. Odiosus, odietas (corrige *odiatus*) inodiatas, perodiatas. F.]

ODIBILIS, e, adj. odio dignus. *Acc. ap. Prisc.* 6, 709. Falsidica, auidax, gnati mater pessimi, odibilis, natura impos, etc. *Lampr. Elag.* 18. Vita, moribus, improbitate ita odibilis, ut, etc.

*ODICE, es, f. Horarum una. *Hyg. fab.* 183. B. A.

[ODICUS, a, um, adj. ὀδικός, canorus, ut Odicus versus, qui alteri adjunctus, ὀδῖον, sive harmoniam facit, ut est pentameter subjunctus hexametro. *Mar. Victor.* p. 2501. Et quaeque alia, quaelia et metro scripta sequentes clausulas quorumlibet metrorum ad se trahunt, ita appellabuntur, quia odicis versibus ἐπέδορται, id est accinuntur. Ceterum ex his, quae in ANTECANTATIVUS annotata sunt, patet, hic pro *odici* legendum *epodicis*. F.]

ODIETAS, atis, f. V. ODIATUS.

ODIOSE, adv. ὀδῖως, odium, aut fastidium movendo, moleste. *Pl. Bacch.* 4, 9, 139. cape vero: odiose facis. *Ter. Ad.* 4, 2, 49. Aeschinus odiose cessat: prandium corrumpitur. *Cic. Brut.* 82. Qui nec inepte dicunt, nec odiose, nec putide. *Id. Or.* 2, 65. Odiose interpellare aliquem. *Gell.* 4, 1. Cum nimis odiose sibi placeret. *Id.* 3, 19. Superstitiose, et nimis moleste atque odiose.

ODIOSICUS, a, um, adj. μισθός, qui odio habetur, molestus, gravis. *Cic. Amic.* 20. Odiosum sane genus hominum officia exprobrantium. *Id. Sen.* 2. Quae plerisque senibus sic odiosa est; et *Off.* 1, 36. Palaestrici motus saepe sunt odiosiores: [**widerlich.*] *Phaedr.* 2, 5. ardelionum natio sibi molestia, et aliis odiosissima. *Lucr.* 4, 1158. At flagrans, odiosa, loquacula, lampadion sit. *Pl. Ps.* 1, 1, 28. odiosus mihi es. Lege, vel tabellas redde; et *Ter. Ph.* 5, 7, 44. si esse odiosi pergitis. *Pl. dixit Curc.* 4, 4, 16. Mihi si pergis molestus esse. *Gell.* 9, 10. Insula nimis et odiosa scrutatio. *Pl. Rud.* 4, 5. f. Inepta et odiosa amatio. *Id. Truc.* 4, 1, 7. Dona odiosa ingrataque; et 1, 1, 65. Infestum et odiosum esse alicui. *Cic. Or.* 8. Nullum verbum insolens, nullum odiosum ponere audebat. *Id. Att.* 6, 3. Odit enim provinciam: et hercule nihil odiosius, nihil molestius. *Id. Sen.* 14. Cupidus rerum talium, odiosum, et molestum est carere. *Id. Rosc. Com.* 6. Quorum alterum est gravior et odiosius; alterum levius et facilius. [**Quint. Inst.* 1, 6, 19. non quia illud non sit Latinum, sed quia sit odiosum: ubi laudat *Spald.* *Cic. Or.* 3, 15. *extr.* et *Verr.* 1, 12. — Porro hic commemorari poterat illud *Cic. Off.* 1, 19, 64. Sed illud odiosum est, quod cet. i. e. proh dolor! Similem sententiam *Id. ib.* §. 26. *extr.* exprimit per *est autem in hoc genere molestum.* — Ap. *Nep. Alc.* 2, 4. odiosa multa delicate jocoseque fecit: odiosa sunt res, quae aliis indignationem, iram faciunt: V. *Brem.*] P De eo, quod simul cum molestia periculum aut incommodum conjunctum habet. *Cic. Phil.* 1, 11. Video, quam sit odiosum, habere eundem iratum et armatum. *Ter. Hec.* 3, 4, 9. Ita usque advorsa tempestate usi sumus. *Par.* Odiosum!

*ODITES, ae, m. nomen Centauri, qui nuptiis Pirithoi adfuit. *Ov. Met.* 12, 457. P Item Cepheum post regem primus, in nuptiis Persei interfectus. *Id. Met.* 5, 97. B. A.

ODIUM, ii, n. μῖσος, invidia, offensio. *Cic. Tusc.* 4, 9. Odium est ira inveterata. *Id. Balb.* 13. Gens dissidens a populo R. odio quodam at-

que dissidio. *Id. Verr.* 1, 12. In odium offensio-nemque populi R. irruere. *Tac. A.* 3, 10. Odium et invidia apud multos valent. *Cic. Fin.* 2, 24. et *Att.* 10, 8. Venire in odium acerbissimum perditae multitudini. *Nep. Lys.* 1. Pervenire in odium Graeciae. *Plin.* 28, 8, 28. Omnibus odio venire. *Cic. Prov. cons.* 10. Est mihi odium cum aliquo. *Id. Fam.* 12, 10. f. et *Mur.* 40. Esse odio alicui; et *Att.* 2, 21. Esse alicui in odio. *Id. Manil.* 22. apud aliquem. *Id. Verr.* 1, 14. *extr.* Magno odio esse apud aliquem. *Ov. R. Am.* 123. Odio habere verba monentis. *Pl. Men.* 1, 2, 2. et *Pers.* 2, 2, 24. Quod viro esse odio videas, tute tibi odio habeas. *Cic. Amic.* 1. Capitali odio dissidere ab aliquo. *Id. Att.* 11, 17. Aliquorum odium subire; et *Off.* 1, 42. Incurrere in odia hominum. *Id. Vat.* 3. Cum odium diuturnum, quod in bonos jam inveteratum habebatis, saturare cuperetis. *Juven.* 15, 34. Immortale odium, et nunquam sanabile vulnus. *Nep. Att.* 10. Magno odio in aliquem ferri. *Plin.* 28, 8, 29. Odium conciliare alicui. *Id.* 8, 18, 26. gerere adversus aliquem. *Cic. ad Quirit.* 1. concipere in aliquem. *Ov. Amor.* 3, 11, 43. movere. *Cic. Or.* 2, 51. struere; et *ib.* creare; et *Inv.* 1, 53. concitare. *Id. Dom.* 17. placare. *Id. Rabir. Post.* 6. restinguere. *Id. Marcell.* 10. inflammare; et *ib.* lenire. *Id. Att.* 9, 1. incendere alicujus in alterum. *Liv.* 4, 32. *extr.* explere. *Tac. A.* 13, 15. intendere; et *ib.* 1, 10. remittere. *Cic. ad Quirit.* 9. Odium vel precibus mitigari potest, vel temporibus reipublicae communique utilitate deponi, vel difficultate ulciscendi teneri, vel vetustate sedari. *Id. Agr.* 1, 1. Nomen imperii in commune odium vocare; et *Deiot.* 6. Omnium odia in se convertere. *Id. Mil.* 15. Omnia in il-lud odia civium ardebant. *Plin.* 17, 1, 1. Odio accensus esse. *Id.* 9, 62, 88. flagrare. *Id.* 7, 27, 38. laborare. [**Vell.* 1, 2, 2. hereditarium odium in aliquem exercere.] *Cic. Phil.* 2, 36. Magnum me cujuspiam rei odium cepit. *Coel. ad Cic. Fam.* 8, 3. Odia, quae premunt aliquem, sublevare. *Ov. Met.* 14, 71. In odium alicujus quippiam fa-cere. *Plin.* 20, 18, 76. Odium vitae facere. *Sic Quint.* 1, 3. facere odium studiorum. [**Cic. Mur.* 27. odium inimicitiarum, i. e. ex inimicitis ortum.] P *Habere odium*, odio esse, odio laborare. *Cic. Q. Fr.* 3, 9., *Petr. Sat.* 84. et *Sen. ep.* 105. [**Hanc locutionem illustravit Burm. ad Petr. c.* 81.] P *Pro odisse Cic. Phil.* 5, 14. Habere magnum odi-um servituti. P *Suscipere odium*, subire. *Cic. Att.* 6, 1. *med.* Magnum odium Pompeji suscepi-stis. P *Pro concipere.* *Nep. Dat.* 10. *extr.* Sus-cipere odium erga aliquem. P *Transfertur ad natu-rale discordiam rerum inanimatarum.* *Plin.* 19, 5, 26. n. 4. Odium raphanis cum vite maximum: refugitque juxta satos. *Id.* 2, 103, 106. Quidam annes odio maris subeunt vada, sicut Arethusa. P *Significat etiam adversationem, abominationem.* P *Metonymice est molestia, fastidium: ex his enim odium nascitur.* *Pl. Truc.* 1, 2, 23. Pessima mane. *Astaph.* optime, odio es. *Ter. Eun.* 5, 6, 2. Neque agri, neque urbis odium me unquam percipit. *Pl. Poen. prol.* 50. nisi molestum est, nomen dare vobis volo Comoediai: sin odio est, dicam tamen. *Id. Curc.* 4, 2, 13. genus est lenonium, Uti muscaeque, culicesque, pedesque, pulicesque, Odio, et malo, et molestiae. P *Item odiosa assi-duitas, et molesta instantia.* *Ter. Hec.* 1, 2, 48. Tundendo, atque odio denique effecit senex. *Pl. As.* 2, 4, 40. Perii hercle jam, hic me abegerit suo odio; et 5, 2, 71. me quidem Miseram odio enecavit. [**Adde Hor. Sat.* 1, 7, 6. Odio qui posset vincere reges. *Tac. H.* 1, 2. Odio et terrore corrupti in dominos servi: quos locos laudat *Schult. ad Quint. Decl.* 4, 1. p. 84. ed. *Burm.* ubi v. Porro *Ter. Hec.* 1, 2, 59. At te dii deaque cum tuo istoc odio, Laches: nos: mit deinem widerwärtigen, gehässigen Wesen. *Cic. Cluent.* 39. quod erat odium, (*widerwärtige Laune*) dii immor-tales, quae superbia.] P *Per convicium dicitur de homine odioso.* *Pl. Mil.* 3, 3, 48. rogare mi-rum est, Populi odium quia noverim; et *Rud.* 2, 2, 13. Deorum odium atque hominum; et *Bacch.* 4, 7, 22. Qui terrae odium inambulat, et jam nihil sapit: ἐρώσιον ἄχθος ἀγοῆς. *Hor. Ep.* 1, 2, 62. Dum poenas odio per vim (*iracundus*) festinat inulto, h. e. adhuc inulto eo, quem odit. P *De eo, qui odit alterum.* *Pl. Poen.* 1, 2, 139 et 180. Obsecro hercle te, voluptas hujus, atque odium meum, Hujus amica mammeata, mea inimica et malevola.

ODO, onis. V. UDO.

*ODOMANTES, um, Ὀδομάντες, v. v. sq. B. A.

[ODOMANTICUS, a, um, adj. ad Odomantes pertinens, populos Thraciae, ad Strymonem flu-vium, in Edonis, quorum populorum *Plin.* 4, 11, 18. meminit. *Liv.* 45, 4. Consul cum castra ad Siras terrae Odomanticae haberet, etc. F.]

*ODOMBOERAE, arum, populi Indiae, cis Gan-gem. *Plin.* 6, 20. B. A.

ODONTITIS herba inter foeni genera est, cauli-

culis densis ab eadem radice, geniculatis, triangu-lis, nigris: in iis folia habet parva, et semen in alis hordeo simile, florem purpureum. Cauliculi decocti dentium dolori medentur: unde nomen: [**Zahnkraut*, Euphrasia Odonites. L.] *Plin.* 27, 12, 84.

[ODONTOTYRANNUS, i, m. ὀδοντοτύραννος, bestiae nomen: ab ὀδός, ὄντος, dens, et τυραννος, tyrannus. *Jul. Valer. res gest. Alex. M.* (ed. A. Maio) 3, 33. Non tamen prius numerata saevities animantium receptui consulit, quam id animal su-pervenisset, quod regnum quidem tenere in hasce bestias dicitur: nomen autem odontotyrannum vo-cant eae (V. IS.) bestiae: facie elephantis quidem est, sed magnitudine etiam hujus animantis longe proventus, nec minor etiam saevitudine hominibus egregie saevientibus. *Odontotyrannum* memorant etiam *Cedrenus Collect. Byzant.* T. 9. p. 153. et *Glycas ib.* T. 11. p. 142 — 143. F.]

ODOR, oris, m. ὀσμή, qualitas rerum, quae naribus et odorando percipitur. *Cic. N. D.* 2, 56. Nares, eo quod omnis odor ad supera fertur, recte sursum sunt. *Lucr.* 4, 675. res multas esse neces-se est, Unde fluens volvat varius se fluctus odo-rum. *Catull.* 68, 144. Odore fragrans. *Cic. Sen.* 17. Suavitas odorum, qui afflantur e floribus. *Id. Verr.* 2, 3, 9. f. Ut odor Apronii teterrimus oris et corporis, quem ne bestiae quidem ferre possent, uni isti suavis et jucundus videretur. *Phaedr.* 3, 1. Odorem avide trahere naribus. *Cels.* 7, 29. Odor foedus. *Sall. Cat.* 58. Locus odore foedus. *Virg. G.* 4, 49. gravis odor. *Sall. fragm. ap. Philarg.* ad *L. Virg. c.* levis, h. e. suavis, et gratus. *Plin.* 21, 25, 96. non inelegans. *Id.* 27, 8, 41. asper. *Id.* 20, 17, 71. excitatissimus. *Id.* 12, 19, 43. mol-lissimus. *Id.* 21, 7, 18. acer; et *ib.* acutus. *Id.* 15, 28, 33. dilutus. *Id.* 12, 17, 40. aggravans ca-pita; et *ib.* 37. ferus, et quodammodo solitudinem redolens. *Id.* 15, 3, 4. *extr.* argutus. *Id.* 13, 2, 3. potentissimus. *Id.* 7, 15, 13. dirus. *Id.* 21, 4, 10. angustus, h. e. minus late se spargens. *Id.* 12, 25, 44. Succus odore austerus. *Val. Fl.* 4, 493. fragrat acerbus odor. *Juven.* 11, 74. odoris mala recentis. *Virg. G.* 2, 132. arbor late jactans odo-rem. *Id. A.* 1, 407. Ambrosiaeque comae divinum vertice odorem spirare. *Hor. Od.* 2, 15, 7. Viola-ria spargunt odorem. *Prud. asp. resp.* 10, 335. arbores, quae sunt odori, quaeque vernant esui. *Plin.* 21, 7, 18. Odor hebetatur. *Id.* 13, 1, 2. evanescent et defluit. *Id.* 28, 9, 38. aboletur. *Id.* 13, 8, 16. Odoris vehementia. *Id.* 12, 25, 44. ignavia. *Id.* 31, 6, 32. vastitas. *Id.* 19, 3, 12. suavitas. *Id.* 5, 1, 1. gravitas. [**Quid differant odor et nidor*, dictum est in h. v. In sequentibus ita immutavimus ordinem, ut recte exempla, in quibus odor dictum pro eo, quod odorem emittit, ultimo loco adscripsisse videamur.] P *Interdum absolute de malo odore dicitur.* [**Quid olor discrepet, v. in h. v.*] *Varr. L. L.* 4, 5. Locus putidus odoribus ex sulfure et alumine. *Sall. Jug.* 48. Cum odos, aut pa-buli egestas locum mutare subegerat. *Petr. Sat.* 117. f. Tollebat subinde altius pedem, et strepitu obsceno simul et odore viam implebat. *Catull.* 71, 6. Odore affligere aliquem. *Plin.* 23, 2, 28. Ace-tum scillinum odorem oris tollit. *Suet. Cal.* 27. f. Offensus putrefacti cerebri odore. *Adde Val. Fl.* 4, 455. P *Translate est indicium, praesensio.* *Cic. Cluent.* 27. Cannutus peritus homo, qui quodam odore suspicionis Stalenum corruptum esse sensisset, etc. h. e. leviuscula suspicione. *Id. Att.* 4, 16. Res fluit ad interregnum, et est nonnullus odor dictaturae. [**i. e. levis rumor aut suspicio.*] *Id. Verr.* 2, 5, 61. Odore aliquo legum recreatus, [**i. e. spe secundum leges secum actum iri.*] *Id. Or.* 3, 40. Odor urbanitatis. *Lact.* 6, 12. *med.* Quasi odore quodam veritatis retenti. P *Odores inter-dum sunt res odoratae, aromata, unguenta.* *Cic. Tusc.* 3, 18. *extr.* Fasciculum ad nares admovere, incendere odores. *Colum.* 12, 20. Ad praedictum modum musti adjici debent ii odores, nardi folium, illis Illyrica, costum, etc. *Hor. Od.* 1, 5, 2. Per-fusus liquidis odoribus. *Tac. A.* 16, 6. Corpus dif-fertum odoribus conditur. *Tibull.* 1, 3, 7. Assyrii odores, h. e. nardus, amomum, etc. *Sic Lucan.* 8, 731. odores Eoi. P *In singulari num.* *Catull.* 68, 144. et *Sen. Hippol.* 393. Assyrius odor. P *Hoc sensu fere tus excipitur.* *Cic. Verr.* 2, 4, 35. Ture, odoribusque incensis; et *ib.* 2, 5, 57. Pur-puram Tyriam, tus, atque odores proferebant. *Hor. Ep.* 2, 1, 269. vicum vendentem tus et odores. *Adde Tibull.* 2, 2, 3. et *Plin. ep.* 5, 16. P *Dicitur et odos in recto, ut colos, labos, vapos, etc.* *Lucr.* 6, 952. permanat odos, frigusque, vaposque. Ita legit etiam *Non.* 8, 27. *Adde Pl. Capt.* 4, 2, 35., quemadmodum legit etiam *Prisc.* 1, 557. et V. COLOS.

ODORAMEN, inis, n. idem ac odoramentum. *Macr. Sat.* 1. *praef. med.* Confusura videlicet omnium succos odoraminum in spiramentum unum.

ODORAMENTUM, i, n. ὀσμή, res odorata, odo-res. *Colum.* 11, 2. *med.* Odoramenta, quibus con-dire vina consueverint. *Plin.* 15, 7, 7. Pretiosiora odoramenta admiscere.

ODORARIUS, a, um, adj. ad odores pertinens, ut Odoraria myrrha, Plin. 12, 16, 35. Magister odorarius, Inscr. ap. Reines. cl. 11. n. 81. h. e. qui odoramenta, aut unguenta conficit et vendit, myrobrecharius: [etenim in Gloss. Philox. Odorarius, ἀρωματοποιός. V. ODARIARIUS. F.]

ODORATIO, onis, f. ὀσφρησις, actus odorandi, olfactus. Cic. Tusc. 4, 9. Qualis est haec aurium delectatio, tales sunt oculorum, et tactionum, et odorationum, et saporum. P Item ipse odorandi sensus. Lact. Opif. D. 10. Auditus in duas aures, visus in duas acies, odoratio in duas nases a summo artifice divisa est.

ODORATIVUS, a, um, adj. odoratus. Appul. Herb. 19. f. Semen nigrum odorativum.

ODORATUS, a, um, part. ab odoro: εὐώδης, gratum odorem habens, odorifer. Virg. G. 2, 119. Quid tibi odorato referam sudantia ligno Balsama? Id. A. 7, 13. Urere odoratam cedrum. Ov. Fast. 2, 703. Hortis odoratis suberat cultissimus herbas. Colum. 8, 17. f. Odorata pabula. Plin. 21, 7, 18. Dulcia raro odorata, itaque et vina mustis odoratiora. Id. 28, 8, 28. Odoratissimi flores. Id. 26, 8, 50. Herba odorati saporis, et jucundi. Ov. A. Am. 1, 521. Nec male odorati sit tristis anhelitus oris. Sil. 17, 658. Odorati Indi, h. e. quorum regio odoramentorum ferax. Sic Tibull. 1, 5, 36. odorati Armenii; et Prop. 4, 3, 64. Raptave odorato carbasa lina duci, h. e. regi, vel imperatori Parthorum vel Assyriorum, quorum contermina est Arabia odorum ferax. P Item odorem aliunde habens, odore imbutus. [*Serv. ad G. 3, 414. Odorum, quod per se olet, odoratum, quod aliunde odorem accipit.] Hor. Od. 3, 20, 14. Sparsum odoratis numerum capillis. Id. ib. 2, 11, 15. rosa Canos odorati capillos. Ἐλληρισμός. Claud. Laud. Stilich. 1, 58. odoratae arae, h. e. ture fumantes. Ov. A. Am. 2, 734. Sertaque odoratae myrtea ferte comae. Adde Prop. 3, 12, 28. et Val. Fl. 6, 129. P Est etiam part. ab odoror, et sensu activo usurpatur. V. ODOROR.

ODORATUS, us, m. ὀσφρησις, olfactus, actus odorandi. Cic. N. D. 2, 63. Eorum jucundus non gustatus solum, sed odoratus etiam, et spectatus. P Item sensus, seu facultas odorandi. Plin. 11, 4, 3. Insecta habent oculos, aliqua et odoratum. Adde Cic. Acad. 4, 7. P Item odor. Plin. 25, 13, 95. Cicutae folia coriandri teneriora, gravi odoratu. [*Differunt olfactus et odoratus: hoc active est ejus, qui odorem captat: illud passive dicitur de eo, qui sentit. V. Doederl. 3, 129.]

ODORIFER, a, um, adj. πολυόσμος, gratum odorem ferens, odorosus, odoratus. Prop. 2, 10, 23. Desit odoriferis ordo mihi lancibus. Sil. 16, 310. odoriferis aspergit floribus aras. Plin. 5, 11, 12. Arabia odorifera, h. e. odoramentorum ferax, nam, ut est ap. Tibull. 4, 2, 18. Cultor odoratae dives Arabs segetis. Sic Ov. Met. 4, 209. Gens odorifera, h. e. Persae. P Translate. Sen. ep. 33. Desideras adscribi aliquas voces nostrorum procerum. Non fuerunt circa flosculos occupati; totus contextus illorum virilis est; et mox: Non est ergo, quod exigas excerpta, et repetita: continuum est apud nostros, quidquid apud alios excerpitur. Non habemus itaque ista odorifera, nec emptorem decipimus, nihil inventurum, cum intraverit, praeter illa, quae in fronte suspensa sunt. Alii perperam leg. oculifera, vel oculifera, quae sunt monstra verborum. V. ANTHOLOGICA et ANTHOLOGUMENA.

ODORISEQUUS, a, um, adj. odorem sequens, odorans, odore vestigans. Liv. Andron. ap. Terent. de metr. p. 2426. Dirige odorisequos ad certa cubilia canes. Versus μωδός. Agnoscit hanc vocem etiam Serv. ad illud A. 4, 132. et odora canum vis.

ODORO, as, avi, atum, a. 1. ὀσφραζέω, odore imbuo, odorum facio. Ov. Met. 15, 734. et odorant aera fumis. Colum. 9, 4. Crocus colorat, odoratque mella. Arien. Arat. 1430. et coelum sulphure odorat.

ODOROR, aris, atus sum, dep. 1. ὀσφραζέω, olfacio, odorem percipio, ex odore aliquid deprehendo. [*De discrimine inter odorari et olfacere, v. quae dicta sunt in odoratus, us.] Pl. Men. 1, 2, 55. Agedum, odorare hanc, quam ego habeo, pallam: quid olet? Id. Mil. 2, 2, 113. Ibo odorans, quasi canis venaticus. Colum. 6, 2. Nares boum perfricato, ut hominem discant odorari. Hor. Epod. 6, 10. projectum cibum odorari. Plin. 10, 69, 88. Aquilae clarius cernunt, vultures sagacius odorantur. P Translate est explorare, investigare, quaerere, tentare. [*Ausspiëren.] Cic. Verr. 2, 4, 13. Ita odorabantur omnia et pervestigabant, ut ubi quidque esset, aliqua ratione invenirent. Id. in Senat. 6. f. Hi voluptates omnes vestigant, atque odorantur; et Verr. 2, 2, 54. Quid cuique accidisset, quid cuique esset necesse, indagare et odorari solebat. Id. Att. 4, 8. extr. Tu velim e Fabio, si quem habes aditum, odorere, et istum convivam tuum degustes. Id. Or. 2, 44. Omni mente in ea cogitatione curaque versor, ut odoror quam sagacissime possim, quid sentiant, quid existiment, quid

exspectent. Id. Att. 14, 22. Cupio odorari diligentius, quid futurum sit. Id. Pis. 34. An tu parum putas investigatas esse a nobis labes imperii tui, stragesque provinciae? quas quidem nos non vestigiis odorantes ingressus tuos, sed totis volutationibus corporis, et cubilibus persecuti sumus. Id. Cluent. 30. med. Albiana pecunia vestigiisne nobis odoranda est, an ad ipsum cubile, vobis ducibus venire possumus? Id. Agr. 2, 24. extr. Committite his hominibus haec omnia, quos odorari hunc decemviratum suspicamini, h. e. cupide petere, anxie quaerere. [*Nimirum odorari h. l. non sensum solum, sed etiam appetitum rei includit: nos: denen ihr abmerkt, dass ihnen dieses Decemvirat in die Nase sticht. Schütz. in cl. Cic. s. h. v.] Id. Att. 4, 14. Tu velim, si quid forte novi habes, et si quid forte de comitiis, de republica (soles enim haec festine odorari) scribas ad me. Al. leg. festiva. [*Ita Orell.] Auct. dial. de Or. 19. Si quis odoratus philosophiam, et ex ea locum aliquem orationi suae insereret, in coelum laudibus ferebatur, h. e. leviter degustasset.

ODORUS, a, um, adj. εὐώδης, gratum odorem emittens. [*Quid odoratus, a, um, differat, dictum in h. v. — Otidus Doederl. 3, 131. in eo discrepare dicit, quod, ut nostr. riechend, magis ad ea pertinet, quae malum odorem emittant: hoc semper bono sensu dicitur: nam Claud. exempla, in quibus de male olentibus positum, huc nihil facere.] Vox fere poetica. Ov. Met. 9, 87. Odorus flos. Id. A. Am. 1, 287. odora arbor, h. e. myrrha. Stat. Th. 6, 104. et odoro vulnere pinus Scinditur. Sen. Oed. 496. odorum thymum. Mart. 6, 80. Tantus veris honos, et odora gratia Florae. Plin. 20, 17, 69. Optimum autem Creticum: nam et jucunde olet. Proximum Smyrnaeum, odorius. P Item graveolens. Claud. VI. Cons. Honor. 324. Lustralem sic rite facem, cui lumen odorum Sulfure caeruleo, nigroque bitumine fumat, etc.; et Cons. Prob. et Olybr. 256. et Nar vitiatum odoro Sulfure. P Item qui sagaciter odoratur. Virg. A. 4, 132. Massylique ruunt equites, et odora canum vis.

ODOS. V. ODOR.

ODRYSAE, arum, m. plur. populi Thraciae, ubi fontes Hebrui sunt. Plin. 4, 11, 18. *Lic. 39, 53. 44, 41. Curt. 10, 1. extr. P Odrysae sunt Tac. A. 3, 38. B. A.

ODRYSIUS, a, um, adj. ad Odrysas pertinens: et fere pro Thracio ponitur. Ov. Met. 6, 490. Odrysius rex; et R. Am. 459. tyrannus, h. e. Tereus Thraciae rex. Id. A. Am. 2, 130. dux, h. e. Rhesus. Id. Amor. 3, 12, 32. Itys. Sil. 7, 570. Boreas. Stat. Achill. 1, 485. Odrysiam Gradivus in hastam surgit. Val. Fl. 4, 467. Odrysiae rex inclytus orae. Mart. 7, 80. Odrysios jam pax Romana triones Temperat. Claud. proem. in Ruf. 2, 18. Odrysiae nives. Id. III. cons. Hon. 147. Odrysius Hebrus. Sen. Thyest. 273. Odrysia domus, h. e. Tere regis Thraciae. Val. Fl. 5, 100. Carmina quin etiam visos placantia manes Odrysius dum rite movet, h. e. Orpheus; et ibi. 440. Odrysium carmen, h. e. Orpheus. P Odrysii, orum, Thraces. Ov. Pont. 1, 8, 15. Odrysiis inopino Marte peremptis. Claud. in Ruf. 2, 425. Da caput Odrysiis: truncum mereantur Achivi.

[ODUCIENSIS, e, adj. ad Oduciam pertinens, Hispaniae Baeticae urbem, nunc Lora. Inscr. ap. Mur. 1065, 4. Cornelia L. F. Rustica Oduciensis. Alia ap. eund. 1096, 2. Lintrarii Canamenses, Oduciensis, Naevianensis. F.]

[ODYNE, es, f. ὀδύνη, dolor parturientium praecipue. Est cogn. R. Inscr. ap. Gud. 295, 6. Varia Odyne. F.]

ODYNOLYTEN, ὀδυνολύτην, h. e. solventem dolores (ab ὀδύνη, dolor, et λύω, solvo) appellatur remorant piscem, quod adalligata gravidis partus solveret, et dolores sedaret, teste Plin. 32, 1, 1, ubi al. leg. odyvolontem, quod idem significat.

ODYSSEA, ae, f. Ὀδυσσεύς, celebre Homeri opus de Ulyssis erroribus: ab Ὀδυσσεύς, Ulysses. Or. Trist. 2, 375. Aut quid Odyssea est, nisi femina propter amorem, Dum vir abest, multis una petita prociis? P Est etiam Latina Odyssea Livii Andronici, cujus meminit Cic. Brut. 18., Gell. 3, 16., 7, 7. et 18, 9., item Serv. ad A. 1, 96. etc.

O E

*OE pro E et U antiqui scribebant, quod indicant Poena, Poeni, Moenia, Pomoeria, cum verbis Punio, Punicus, Munio, Murus collata. Cic. Leg. 3, 4. Si quid erit, quod extra magistratus Coeratore oesus sit, qui coeret, populus creato, eique jus coerandi dato etc. V. et Drakenb. ad Sil. 2, 257. B. A.

OEAGRIUS, a, um, adj. Οἰάγριος, ad Oeagrūm pertinens, quod est nomen regis Thraciae, item fluvii ejusdem regionis, ex quo Hebrus nascitur: unde et pro Thracio sumitur. Virg. G. 4, 524. Oeagrius Hebrus. Or. Met. 2, 219. Virgineusque Helicon, et nondum Oeagrius Haemus, h. e. in quo nondum Orpheus a Bacchis discerptus fuerat.

Dictus est enim Oeagrius Orpheus, tum quia Thrax, tum quia natus creditur ex Oeagro fluvio, vel rege, et Polyhymnia, seu Calliope, ut Hyg. fab. 14. tradit. Manil. 5, 321. Qua quondam sonitum referens Oeagrius Orpheus. Sil. 4, 463. Dulcius Oeagrius pulsabat pectine nervos.

*OEANDENSES, ium, incolae urbis cujusdam Asiae ulterioris, in Galatia fortasse vel Phrygia. Plin. 5, 32. Lystreni Neapolitani, Oeandenses etc. ubi Hard. mavult Oenoandenses, ab Oenoandis sc. Lyciae urbe. B. A.

*OEANTHE, es, f. oppidum Locrorum Ozolarum. Plin. 4, 3. P Oeantia est Melae 2, 3. B. A.

*OEANTHIA, V. v. praec. B. A.

OEBALIA, ae, f. Οἰβάλλια, ap. Serv. ad Virg. G. 4, 125. est Laconia: aliis Laconiae oppidum: ab Oebalo rege nomen habens. Unde Oebalium pro Laconico ponitur. P Sic dicta est etiam urbs Tarenti, quia condita a Phalantho Lacone, ut ex Plin. 3, 11, 16., Flor. 1, 18. et Hor. Od. 2, 6, 12. discimus. Virg. l. c. sub Oebaliae memini me turribus altis, etc. Adde Claud. Cons. Olybr. et Prob. 260. V. OEBALIUS.

OEBALIDES, ae, m. Οἰβαλίδης, Oebali filius, vel Lacon, Spartanus. V. v. praec. Ov. Ib. 590. Oebalides puer, h. e. Hyacinthus Phoebii delictum. Stat. Sil. 2, 1, 112. Oebaliden illo praecipue mutaret Apollo. V. HYACINTHUS. P Oebalidae, arum, Castor et Pollux, Spartani fratres. Or. Fast. 5, 705. et Stat. Th. 5, 438. Sic Oebalides ap. Val. Fl. 4, 293. est Pollux.

OEBALIS, idis, f. Οἰβάλλης, Laconica, Spartana. Or. Her. 16, 126. Applicor in terras, Oebali nympha, tuas, h. e. Helena. Stat. Sil. 1, 2, 140. quae purpura saepe Oebalis, et Tyrii moderator livet aheni, h. e. quae optima in Laconia tingebatur, ut Plin. 9, 36, 60. docet. P Oebalides matres ap. Ov. Fast. 3, 230. sunt Sabinae a Romulo raptae. Sabini enim a Laconibus originem trahunt, ut ex Hyg., Cat., et Gell. docet Serv. ad A. 8, 638. Al. leg. Oebaliae matres, eodem sensu.

OEBALIUS, a, um, adj. Οἰβάλλιος, ad Oebalium pertinens, Laconicus, Spartanus. Stat. Achill. 1, 20. Oebalium litus. Id. Sil. 3, 2, 9. Oebalii fratres, h. e. Castor et Pollux Lacones. Val. Fl. 1, 422. Oebalium alumnus, h. e. Pollux; et 6, 220. Oebalia manus, h. e. Castoris. Mart. 14, 173. Oebalium, Phoebi cura dolorque, puer, h. e. Hyacinthus Spartanus. Or. Met. 13, 396. Oebalium vulnus, h. e. quo Hyacinthus occisus est. Id. R. Am. 458. Oebalia pellex, h. e. Helena Menelai Laconum regis uxor. Stat. Sil. 2, 6, 27. Oebalii amores, h. e. ejusdem Helenae. Val. Fl. 4, 228. Oebalium caveae favor, h. e. plausus Laconum in theatro; et 272. Oebalia ars, h. e. Laconica in pugilatu. Stat. Th. 7, 21. Oebalii caestus, h. e. Pollucis; et ibi. 6, 822. Oebalii magister, h. e. Pollux. Auson. Idyll. 12. de histor.: flos, h. e. hyacinthi. P Item Tarentinus, ut in OEBALIA dictum est. Sil. 12, 451. Oebalios amet expugnare nepotes. Claud. Cons. Mall. Theod. 158. Oebalium Tarentum. P Auson. ep. 25, 25. Oebalii habitus taciturnus Amyclis, h. e. Amyclis oppido Auruncorum in Italia condito a civibus Amyclarum Laconiarum. V. AMYCLAE. P In illo Ov. Fast. 1, 260. Protinus Oebalii rettulit arma Titi. T. Tatium intellige, Sabinorum regem. Sabini autem a Lacedaemoniis originem ducunt. Sic Oebaliae matres. V. OEBALIS.

OEBALUS, i, m. Οἰβάλλος, filius Argulii, Laconum rex: a quo Laconia dicta est Oebalia. Hic fuit pater Tyndari, Helenae avus. Hyg. fab. 78. P Item filius Telonis, Capreorum regis, et Sebethidis Nymphae, de quo Virg. A. 7, 734. et ibi Servius.

*OECALICES, um, populi Aethiopiae. Plin. 5, 8. B. A.

OECHALIA, ae, f. Οἰχάλια, urbs Euboeae insulae, eadem quae Chalcis, ut Plin. 4, 12, 21. tradit, quamvis Mela 2, 7. distinguere videtur. In ea, ut Serv. ad Virg. A. 8, 290. docet, regnavit Eurytus pater Ioles, quam cum Herculi respondisset, deinde hortatu filii denegasset, ab eo occisus est, eversa urbe, et Iole rapta. Hinc Virg. l. c. Ut bello egregias idem disjecerit urbes, Trojamque, Oechaliamque. Adde Ov. Her. 9, 1., Sen. Herc. Oct. 162 et 422. et Hyg. fab. 35. P Aliae sunt Oechaliae a geographis memoratae, in Messenia, de qua Plin. 4, 5, 7., in Boeotia, in Thesalia, in Arcadia, Aetolia, etc. de quibus Eustach. in l. 2. Iliad. et Politus in notis ad eund., sect. 75. p. 632. Sunt autem qui ad Oechaliam Boeotiae pertinere faciunt, quae de Euryto dicta sunt. Verior tamen videtur sententia Servii. Nam Ov. Met. 9, 136. de Hercule: Victor ab Oechalia Ceneo sacra parabat Vota Jovi. Ceneo Juppiter dictus est a Ceneo promontorio, quod est in Euboea insula ad septentrionem, ut ait Plin. 4, 12, 21.

OECHALIS, idis, f. Οἰχάλις, quae est ex Oechalia. Or. Met. 9, 330. (Iole loquitur) fuit unica matri (Me pater ex alia genuit) notissima forma Oechalidum Dryope.

*OECLEUS (disyll.), ei et eos, m. Οἰκλέης, O-

κλῆς, vel Ὀκλειδης, Ὀκλῆς, pater vatis Amphiarai, avus Alcmaeonis. *Hyg. fab.* 128. *B. A.*

OECLIDES, ae, m. Ὀκλειδης, filius Oeclei. *Ov. Met.* 8, 317. et adhuc a conjuge tutus Oeclides, h. e. Amphiarai. *Stat. Th.* 8, 145. Illum heu, praesagus quo nullus amicior astris, Oecliden, etc. Adde *Ov. A. Am.* 3, 13.

*OECLUS, i, m. Centaurus, cujus meminit *Ov. Met.* 12, 450. *B. A.*

[OECOGENES, is, m. οἰκογενής, domi natus, verna: ab οἶκος, domus, et γένεσις, nascor. Est cogn. R. *Inscr. ap. Grut.* 658, I. M. Cosinius Oecogenes. *F.*]

OECONOMIA, ae, f. οἰκονομία, rei familiaris cura, dispositio, distributio, et recta administratio. Graeca vox, et Graeci usus: ab οἶκος, domus, et νόμος, distribuo. P Translate accipitur pro quavis dispositione, atque ordine. *Quint.* 3, 3. Hermagoras iudicium, partitionem, ordinem, quaeque elocutionis sunt, subjicit oeconomia, quae Graece appellata est ex cura rerum domesticarum, et hic per abusionem posita nomine Latino caret. *Id.* 1, 8. f. Praecipue vero illa infigat animis, quae in oeconomia virtus, quae in decoro rerum. Adde *Auson. Perioch. Iliad. in.* Utuntur etiam *Cic. Att.* 6, 1. et *Vitr.* 1, 2. sed Graece.

OECONOMICUS, i, m. οἰκονομικός, ad oeconomiam, hoc est rectam rei familiaris curam et distributionem pertinens. *Cic. Off.* 2, 24. *extr.* Has res commodissime Xenophon Socraticus persecutus est in eo libro, qui Oeconomicus inscribitur: quem nos e Graeco in Latinum convertimus. *Gell.* 15, 5. f. Cicero in Oeconomico: Cum vero affecta aetate, etc. P Translate, ut dictum est in v. praec. *Quint.* 7, 10. Illa enim potentissima est, quaeque vere dicitur oecconomica totius causae dispositio, ubi assumendum prooemium, ubi omittendum, ubi utendum expositione continua, ubi partita, etc.

OECONOMUS, i, m. οἰκονόμος, rei familiaris administrator, et custos. *Imp. Justin. Cod.* 1, 3, 42. *med.* usurpat de eo, cui cura rerum Ecclesiasticarum commissa est. *Sic Imp. Leo, et Anthem. ib.* 33. *med.* In causis Ecclesiasticis nullum alium conveniri fas sit, nisi eum, quem dispensatorem pauperum, idest oeconomum Ecclesiae episcopi tractatae elegerit. *Imp. Arcad. et Honor. Cod. Theod.* 9, 45, 3. Etiam ii, quos oeconomos vocant, hoc est qui Ecclesiasticas consueverunt tractare rationes.

[OECUMENE, es, f. οἰκουμένη, scil. γῆ, habitabilis terra: part. praes. pass. ab οἰκείω, habito. Est cogn. R. *Inscr. ap. Maff. Mus. Ver.* 277, 5. Livineja L. L. Oecumene. *F.*]

[OECUMENICUS, a, um, adj. οἰκουμένικος, ad universam terram habitabilem pertinens. V, v. praec. In nummo Caracallae coloniae Heliopolitanae ap. *Eckhel. D. N. V. T.* 3, p. 336. Certamen Sacrum Capitolinum Oecumenicum Iselasticum Heliopolitanum. In alio Elagabali urbis Sidonis ap. *eund. ib.* p. 372. Certamen Sacrum Periodicum Oecumenicum Iselasticum. *F.*]

OECUS, i, m. οἶκος, ap. Graecos domum significat. Dicitur etiam de certa domus parte. *Vitr.* 6, 10. In his locis introrsus constituuntur oeci magni, in quibus matres familiarum cum lanificis habent sessiones; et *mox*: Habent eae domus ad meridiem spectantes oecos quadratos tam ampla magnitudine, ut faciliter in eis tricliniis quatuor stratis, etc. In his oecis fiunt viriſſa convivia. *Plin.* 36, 25, 60. Sosus Pergami stravit quem vocant asaroton oecum, quoniam purgantia coenae in pavimento, etc.

OEDIPODES, ae, m. Οἰδιπόδης, idem ac Oedipus. *Sen. Herc. Fur.* 496. Impii Oedipodae nuptiales faces. *Stat. Th.* 1, 48. et 163. furtisque immanibus emptum est Oedipodae sedisse loco. *Claud. in Eutrop.* 1, 289. Oedipodes matrem, nam duxisse Thyestes Cantantur. *Sen. Oedip.* 942. leges ratas Natura in uno vertit Oedipoda. Adde *Stat. Th.* 2, 465., ubi tamen videtur Oedipi filium intelligere.

[OEDIPODIA, ae, f. Οἰδιποδία κρήνη, fons Boeotiae, ab Oedipo nomen trahens. *Plin.* 4, 7, 12. *F.*]

OEDIPODIONIDES, ae, m. Polynices filius Oedipi. *Stat. Th.* 1, 313. Interea patriis olim vagus exsul ab oris Oedipodionides furtim deserta pererrat. *Auson. epigr.* 139. Oedipodionidae fratres, h. e. Eteocles, et Polynices. Adde *Stat. Th.* 7, 216.

OEDIPODIONIUS, a, um, adj. ad Oedipum spectans. *Ov. Met.* 15, 429. Oedipodioniae quid sunt nisi nomina Thebae? *Stat. Th.* 2, 305. Oedipodioniae domus alitis, h. e. Sphingis.

OEDIPUS, i, et ödus, m. Οἰδίπους, filius Laji regis Thebanorum, et Iocastae, quem pater, cum consulto Apollinis oraculo futurum intellexisset, ut a filio interficeretur, pastori occidentum tradidit, qui misericordia commotus, neque tamen regis imperium audens detrectare, perforatis gladio plantis, vimineque trajecto, ex arbore suspendit, futurum ratus, ut ita inedia moreretur. Sed cum Phorbas Polybii Corinthiorum regis pastor illac iter faceret, audito vagitu eo accurrens, puerum servavit, reginaeque obtulit, a qua veluti puer coelitus missus, filii loco educatus, et a pedibus

ex vulnere tumentibus Oedipus est appellatus: οἰδέω enim, sive οἰδάω, tumere significat. Grandior deinde natus factus, audito, se Polybii filium non esse, patrem quaerere statuit. Apollinem consulenti responsum fuit, ab eo in Phocide patrem reperiendum iri, insuper matrem ductum iri in uxorem. In Phocidem igitur profectus, cum coorta inter civis et peregrinos dissensione, pro peregrinis pugnaret, patrem rixam sedare conantem ignorans interfecit. Deinde quasi ab oraculo deceptus Thebas se contulit, et in ingressu urbis Sphingis aenigma dissolvit, cum esset praestantissimo ingenio, monstrumque interemit. Thebis cum Polybii filius haberetur, ei regnum traditum est, et locasta data in matrimonium; quam cum deinde matrem suam esse cognovisset, et parricidii, et incestus a se poenam repetens, utrumque sibi eruit oculum: locasta vero suis sibi manibus mortem conscivit. Tandem Oedipus Athenas in voluntarium concessit exsilium, et jussu Creontis in Cythaeonem montem relegatus est. Ab Atheniensibus ei templum dedicatum est, et sacra instituta. *Cic. Fin.* 5, 1. Memoria Oedipodis huc venientis. *Id. Sen.* 7. Tunc senex dicitur Oedipum Coloneum recitasse iudicibus, h. e. tragoediam de Oedipo. *Mart.* 9, 26. Phineas invites, Afer, et Oedipodas. *Stat. Th.* 7, 513. vix Oedipode ducente timeres. (Ultima hic syllaba metri necessitate producitur: vel lege Oedipoda, ab Oedipodes, ae, primae decl. ut ap. *Sen.* V. OEDIPODES.) Historiam, seu fabulam de Oedipo habes ap. *Hyg. fab.* 66. 67. et 242., *Sen. Phoen.* et *Oedip.*, *Sero.* ad A. 4, 470. et *ib.* 6, 609. etc. P *Davus sum, non Oedipus*, prov. ap. *Ter. Andr.* 1, 2, 23. quo significamus, nos homines rudes esse, simplicesque, et ad intelligenda obscuriora aenigmata minime idoneos. Tractum et a callido acutoque Oedipi ingenio, qui ad portam Thebarum Sphingis aenigma dissolvit. *Pl. Poen.* 1, 3, 34. Isti orationi Oedipo Opus conjectore est, qui Sphingi interpretis fuit. P Ultima syllaba recti casus Graeca diphthongus est, et producitur a *Sen. Phoen.* 313. Posset tamen corripi, abjecta praepositiva, ut fecit *Hor. Epod.* 12, 5. in *polybus*.

OENSIS, e, adj. ad Oeam pertinens, Africae urbem in regione Syrtica, nunc Tripoli *vecchio*, unam ex tribus, unde Tripolis, seu Tripolitana regio constabat, ut tradit *Solin.* 27. et *Mela* 1, 7. Hinc *Sil.* 3, 257. Oeaeque Trinacrios Afris permixta colonos Mittebat. *Plin.* 5, 4, 4. Civitas Oensis. *Id. ib.* 5, 5. f. Proximo bello, quo cum Oensibus Romani gessere, initiis Vespasiani imperatoris. Adde *Tac. H.* 4, 50. P In *loc. supra citatis* alii leg. *Oecensis*, et in nummo ap. *Eckhel. D. N. V. T.* 4, p. 131. Col. Aug. Oce. Adde *Capell.* 6, 217. Verum a priori lectione standum videtur, quae plurimum auctoritatis, et codicum auctoritate fulcitur, praecipue cum facillima sit permutatio litterae e in c.

OENANTHE, es, f. οἰάνθη, (ab οἶνος, vinum, et ἄνθος, flos) uva vitis silvestris, cum floret, idest cum optime olet: seu ipse vitis labruscae flos. Utuntur eo ad oleum faciendum, siccato in umbra, et in cados condito. *Plin.* 12, 28, 61. et 23, 1, 14. item *Pall.* 7, 11., ex quibus apparet, sic dici etiam ipsam ex eo confectam condituram. P Item herba in petris nasens, folio pastinacae, radice magna, numerosa. *Plin.* 21, 24, 95. P Item avis quaedam stator latebrae dies habens, nempe exorientis Sirio occultans se, prodiensque in ejus occasu. *Id.* 10, 29, 45. qui 18, 29, 69. n. 3. parram appellat.

OENANTHINUS, a, um, adj. οἰάνθινος, ex oenanthe confectus, ut Oenanthinum vinum, *Plin.* 14, 16, 18. oleum, *Id.* 15, 7, 7. unguentum, *Id.* 13, 1, 2.

[OENANTHIUS, a, um, adj. idem ac oenanthinus. Est cogn. R. *Inscr. ap. Mur.* 1341, 5. Fabia Oenanthia. P *Oenanthium*, ii, absolute scil. unguentum, oleum. *Lampr. Elag.* 23. Fertur in euripis vino plenis navales circenses exhibuisse, pallia de oenanthio fudisse, h. e. perfudisse. *F.*]

[OENAS, ädis, f. οἰνάς, vinago, avis ex palumbarum genere labruscam appetens. Est cogn. R. *Inscr. ap. Maff. Mus. Ver.* 264, I. Dexia Oenas. *F.*]

OENEIS, idis, f. patron. Οἰνεΐς, filia, aut neptis Oenei. *Sen. Herc. Oet.* 583. Flemus casus, Oenei, tuos, h. e. Deianira.

OENEIUS, a, um, et

OENEUS, a, um, adj. ad Oeneum pertinens, Οἰνεός. *Stat. Th.* 5, 661. venienti Oeneius heros Impiger objecta proturbat pectora parma, h. e. Tydeus Oenei filius. *Ov. Met.* 8, 281. Oeneos ultorem spreta per agros Misit aprum, h. e. Calydonis, seu Aetoliae, ubi Oeneus regnavit. *Stat. Th.* 2, 469. Oeneae vindex sic ille Dianae Erectus setis, et adunca fulmine malae, etc., h. e. quae Calydone colebatur, et Oenei regis contemptum, immisso apro, ulta est. *Sil.* 13, 31. Oeneae stirps; et 15, 308. Oeneae domus.

OENEUS, i, et eos, m. διῆσϋλλ. Οἰνεύς, Aetoliae, seu Calydoniae rex, Parthaonis filius, qui ex Althaea Testii filia Meleagrum, Tydeum, Menalip-

pum, Gorgen, et Deianiram genuit, quam Hercules duxit uxorem, licet alii matrem Tydei Peribocam appellent. Fabulantur poetae regem hunc de primitiis omnibus numinibus sacrificasse, excepta Diana, quae irata aprum immisit, qui cuncta vastabat, donec a Meleagro occideretur. *Ov. Met.* 8, 260 — 545. *Hyg. fab.* 172. et *Serv.* ad A. 7, 306. Addit *Hyg. fab.* 129. Liberum patrem liberaliter ab eo exceptum hospitio, vite donasse, monstrata ratione colendi: et ut fructus ejus oenos (οἶνος, vinum) appellaretur, instituisse. *Ov. l. c.* 274. Oenea namque ferunt, etc. *Oenea* est trisyllab. Graecae positionis. *Stat. Th.* 2, 165. nec plura tuus desperat Oeneus Foedera; et 586. trahit ocus ensem Bistonium Tydeus, Mavortia munera magni Oeneos. *Lucan.* 6, 364. de Acheloo: et tuus, Oeneu, Paene gener crassis oblimat Echinadas undis. *Paene generum* vocat Oenei Acheloom, quia propter Deianiram Oenei filiam, quam sibi uxorem petebat, cum Hercule certans, victus est.

*OENIADAЕ, arum, m. Οἰνιάδαι, populi itemque civitas Acarnaniae. De populis *Liv.* 38, 11. De civitate *Id.* 26, 24. *V. Thucyd.* 2, 102. et 3, 114. *B. A.*

*OENIANDOS, oppidum Ciliciae, postea Epiphania appellatum. *Plin.* 5, 27. ed. *Hard.* Al. leg. *Eniandos.* *B. A.*

*OENIAS, ae, insignis pictor, de quo *Plin.* 35, 11. *B. A.*

OENIDES, ae, m. Οἰνίδης, Oenei filius. *Ov. Met.* 8, 414. At manus Oenidae variat, h. e. Meleagri. Adde *Val. Fl.* 3, 690. et alibi. *Ap. Ov. Met.* 14, 512. Oenides est Diomedes Oenei nepos, rex Aetolorum, qui post Trojae excidium in Italiam venit, et in Apulia Daunia regnavit. Unde *Id. Fast.* 4, 76. Et generum Oeniden, Appule Daune, tuum.

OENIGENAE, ap. *Fest.* sunt vino geniti: ab οἶνος, vinum, et γένεσις, genus. Pro vini geniti malent alii legi unigeniti: ex antiquo more scribendi per oe, quae per u nunc scribuntur, ut moerus pro murus, moenio pro munio.

*OENIUM NEMUS in Lycia fuit, prope Candyba. *Plin.* 5, 27. *B. A.*

*OENOANDA, orum, opp. Lyciae, in Cabalia regiuncula. *Plin.* 5, 27. Adde *Liv.* 38, 37. et 39. ed. *Gronov.* ubi ed. *Drak.* rectius habet *Oroanda* et *Oroandis*. P V. OEANDESENES. *B. A.*

[OENOCOCTUS, a, um, adj. idem ac oenogaratus, h. e. coctus cum vino: ab οἶνος, vinum. *Petr. fragm. Trag.* 47. *Burm.* Mei coci etiam vitulos oenococtos solent facere. *Id. ib.* 74. Gallus adlatus est, quem Trimalchio jussit, ut oenococtus fieret. *Burm.* male aeno coctos, et aeno coctus legit. *Apic.* 8, 7. Exossa porcellum, et aptabis, sicut oenogaratam. *Cod. Vatic.* habet oenococtum. *F.*]

*OENOE, es, et Oenoa, ae, f. Οἰνὴ, opp. Atticae. *Plin.* 4, 7. P Item insula maris Aegaei, postea Sicinus dicta. *Plin.* 4, 12. *B. A.*

[OENOGARATUS, a, um, adj. oenogaro conditus. *Apic.* 8, 7. Porcellus oenogaratus. *F.*]

OENOGARUM, i, n. οἰνόγαρον, condimenti genus ex vino, et garo mixtum, cujus conficiendi rationem docet *Apic.* 1, 31.

OENOMAEUS, i, m. filius Martis ex Harpina filia Asopi, seu, ut alii tradunt, Eurythoe filia Danaï, rex Elidis et Pisae, pater Hippodamiae, qui cum ex oraculo se a genero interfectum iri didicisset, et filia tamen a multis precibus formae praestantiam ambiretur, currule precis certamen proposuit, ea lege, ut filia victori in matrimonium cederet, victus mortem subiret. Tredecim igitur vitis, et occisis, Pelops Tantalii filius Myrtilum ejus aurigam pretio corrupit, ut axes infirmos et fragiles curru subjungeret: quo facto Oenomaus una cum curru corruit, membrisque omnibus ea ruina collisis, mortuus est. Pelops itaque et conjugio et regno potitus universam Cherronesum de nomine suo Peloponnesum appellavit. Ex Hippodamia filios habuit Hippalcum, Atrium, Thyestem. *Hyg. fab.* 84 et 250. etc. *Stat. Theb.* 1, 274. illic Mavortius axis Oenomai, Geticoque pecus stabulari sub Aemo Dignius. P [*Oenomaus* titulus fuit unius ex Accii tragoediis. *Cic. Fam.* 9, 16. Quamobrem Oenomao tuo nihil utor: etsi posuisti loco versus Accianos. *F.*]

OENOMELI, itos, n. οἰνόμελι, potio ex austero vino et melle composita, quam Latini mulsum appellant. Ejus conficiendi rationem *Pall.* 11, 17. tradit. Legitur ap. *Ulp. Dig.* 33, 6, 9.

OENONE, es, f. Οἰνώνη, Nympha Phrygia, quae Paridem amavit, antequam ille Helenam raperet. Exstat ejus nomine scripta ab *Ov. Her.* 5. epistola ad ipsum Paridem, (et Paridis nomine responsio *Sabini ep.* 3.) *Id. ib.* 80. Nulla, nisi Oenone, pauperis uxor erat. P Est etiam hoc nomine insula Atticae, alio nomine Aegina. *Plin.* 4, 12, 19.

*OENOPE, es, f. Epopei filia, ex qua Megarea genuit Neptunus. *Hyg. fab.* 157. *B. A.*

OENOPHORUM, i, n. οἰνόφορον, vas ferendo vino in itinere aptum: ab οἶνος, vinum, et φέρω, fe-

ro. Hor. Sat. 1, 6, 108. Cum Tiburte via praetorem quinque sequuntur Te pueri, lasanum portantes, oenophorumque. Cic. Fin. 2, 8. Quibus vinum Defusum e pleno siet oenophoro, ut ait Lucilius. Al. aliter leg. V. HIR. Adde Lucil. ap. Non. 2, 800. et ap. Isid. Or. 1, 36. et ib. 20, 6., item Pers. 5, 140.

OENOPHŌRUS, i, m. οἰνοφόρος, vinum ferens. Ap. Plin. 34, 8, 19. n. 10. nomen est statuae Praxitelis.

OENŌPIĀ, ae, f. Οἰνοπέη, insula, quae alio nomine Aegina dicitur. Ov. Met. 7, 472 et 473., ubi al. leg. Oenone. [*Frustra. V. Gierig. et Jahn. ad h. l.]

OENŌPIŌN, onis, m. rex Chii insulae, pater Meropes, quam Orion vitiauit. Germanic. Arat. 641., Avien. ib. 1182.

OENŌPIUS, a, um, adj. ab Oenopia, ut Oenopii muri, ap. Ov. Met. 7, 490.

OENŌPOLIUM, ii, n. οἰνοπόλειον, taberna vinaria. Pl. Asin. 1, 3, 48. Cum a pistore panem petimus, vinum ex oenopolio.

[OENOTHERĀ, ae, f. οἰνοθήρα, et

[OENOTHERIS, idis, f. οἰνοθήρις, herba, quae in vino pota vigiliis sedat: ab οἶνος, vinum, et θήρα, fera. Plin. 26, 11, 69. Oenothera, sive onuris, hilaritatem afferens in vino. Haec in potu data feras quoque mitigat. Id. 24, 17, 102. Crateras (adject.) oenotheridem, cuius aspersu e vino feritas omnium animalium mitigaretur. F.]

OENOTRIĀ, ae, f. regio Italiae inter Paestum, et Tarentum, quae partem Lucaniae, Brutiorum, et Magnae Graeciae complexa est: ita dicta ab Oenotro rege, Pelasgi filio: vel ab οἶνος, vinum, quod ibi generosum vinum provenit: vel quia Italiam primis vitem Saturnus ostendit. Serv. ad A. 1, 536. ex Varrone, et ad ib. 3, 165. P Ipsa etiam Italia quondam Oenotria dicta est: item Sabinorum regio. V. OENOTRIUS. Claud. in I. cons. Stil. 2, 262. post has Oenotria lentis Vitibus intorquens hederas, et palmito largo Vina fluens. Adde ib. 146.

OENOTRIDES, um, m. plur. insulae duae sunt in mari Tyrrheno, ante Veliam urbem excisam, in ora Lucaniae, quarum una speciatim Pontia dicitur, altera Ischia. Plin. 3, 7, 13.

OENOTRIUS, a, um, adj. Οἰνοτριος, Italus, Romanus. Virg. A. 7, 85. Hinc Italiae gentes, omnique Oenotria tellus In dubiis responsa petunt. Ubi Serv.: Proprie Sabinorum tractus: ab Oenotro rege. V. OENOTRIA. Sil. 1, 2. patiturque ferox Oenotria jura Carthago, h. e. Italorum, et Romanorum imperia; et 12, 650. Poenus adest, nec se castris Oenotria pubes Continet, h. e. Romani milites; et 13, 713. Oenotria tecta.

OENOTRUS, a, um, adj. Oenotrius, Italus, Romanus. Virg. A. 1, 535. Terra antiqua, potens armis, atque ubere glebae: Oenotri coluere viri. Sil. 8, 221. ego Oenotris aeternum numen in oris Concelebror. Id. 13, 51. Oenotris fundavit finibus urbem. Adde 9, 473.

*OENUNIA, ae, f. Ponti opp. Tab. Peut. B. A.

OENUS, a, um, adj. unus, ap. priscos, ut coero curo, oesus usus, moerus murus, oetier utier. Cic. Leg. 3, 3. P Fuit et Oenus, i, Rhaetiae fluvius. V. AENUS. P Oenus, untis, Οἰνοῦς, fluvius Laconiae, Sellasiam alluens. Liv. 34, 28. P Oenuntem, opp. Laconiae, meminit Steph. Byz. B. A. *OENUSA vel Oenussa, ae, f. Οἰνοῦσσα, h. e. v. no seu vitibus abundans, insula Chio adjacens. Plin. 5, 31. Mela 2, 7. P Fuere autem Oenusae sive Oenusae insulae tres Peloponneso adjacentes, prope sinum Messenium. Plin. 4, 12. B. A.

*OENUSSA, ae, et V. v. praec. B. A.

*OENUSSAE, arum, f.

[OENUSTICE, es, f. οἰνουστική, scientia auguralis: ab οἰνοῦς, augurium. Capell. 9, 303. Tunc Phoebus inquit: Oenustice tertia est, per quam tripus illa ventura denunciat, atque omnis emittit nostra cortina. F.]

*OESCUS, i, opp. Moesiae inferioris. Ant. Itin. et Notit. Imper. Ptolemaeo est Οἰσκος Τριβαλλών. P Item fluvius oppidum alluens. Plin. 3, 26. B. A.

OESTRUS, i, m. οἰστρος, insecti genus, quod a Latinis asilus appellatur. Plin. 11, 16, 16. Nascuntur in extremis favis apes grandiores, quae ceteras fugant: oestrus vocatur hoc malum. Virg. G. 3, 146. Est lucos Silari circa, illicibusque virentem Plurimus Albunum volitans, cui nomen asilo Romanum est, oestrum Graji vertere vocantes, Asper, acerba sonans, quo tota exterrita silvis Diffugiunt armenta. P Metonymice sumitur pro furore: quia hoc animali Juno in pellicem suam Io immisso, eam in furorem convertit, ut Virg. ait l. c. Unde poetae divino furore correpti, oestro perciti dicuntur. Stat. Theb. 1, 32. Tempus erit cum Pierio tua fortior oestro Facta canam. Nemes. Cyn. 3. Aonio jam nunc mihi pectus ab oestro Aestuatur: ingentes Helicon jubet ire per agros. Juven. 4, 123. ut fanaticus oestro Percussus, Bellona, tuo divinat. P Festus facit oestrum neutr. gen., nam et Graece οἰστρος.

[OESTRYMNICUS, a, um, adj. ad Oestrymnin pertinens, promontorium septentrionale prope insu-

las Cassiteridas, quae ideo et Oestrymnides dicuntur. V. CASSITERIDES. Avien. ora marit. 90. Et prominentis hic jugi surgit caput, Oestrymnin istud dixit Aevum antiquius; Sub hujus autem prominentis vertice Sinus dehiscit incolis Oestrymnicus, In quo insulae sese exerunt Oestrymnides. F.]

[OESTRYMNIS, idis, patron. ad Oestrymnin pertinens. V. v. praec. F.]

OESUS, usus. V. OENUS.

*OESYMA, ae, f. Οἰσύμη, Thraciae opp., de quo Plin. 4, 11. ed. Hard. ubi ed. Elzev. habet Oesi-ma. B. A.

OESYPUM, i, n. οἰσύπος, οἰσύπη, pinguedo, et immundities haerens in ovium velleribus nondum purgatis, vel succus lanae sordidae immundaeque: ab οἶς, ovis, et πύος, sordes, unde compositum οἰσύπη, mox οἰσύπη, tandem, οἰσύπη. Plin. 29, 2, 10. Quin ipsae sordes pecudum, sudorque feminum et alarum adherentes lanis (oesypum vocant) innumeros prope usus habent. In Atticis ovibus genito palma. Id. 30, 4, 9. Maculas in facie oesypum cum melle Corsico extenuat: item scobem cutis in facie, cum rosaceo impositum vellere. Ov. A. Am. 3, 213. Oesypa quid redolent, quamvis mitantur Athenis, Demptus ab immundae vellere succus ovis? Adde R. Am. 354. P Habet etiam varius usus in medicina. Nam medetur capitis doloribus, morbis comitialibus, igni sacro, podagris, sedis vitii, rimis, vulneribus, ut est ap. Plin. 29, 6, 36., 30. c. 4. 8. 10. 11. f. 12 et 13.

OETĀ, ae, et Oetē, es, m. et f. Monte Bunina, al. Banina, Οἰη, mons Thessaliae asperissimus, in Trachinia regione, in Doridis confinio, in sinum Maliaicum, qui et Oetaeus, desinens. Hic helleborum optimum provenit. In eo locus est Pyra dictus, in quo se combussit Hercules. Plin. 4, 7, 13. et 25, 5, 21. et Liv. 36, 15. ejus meminerunt. Virg. Cul. 202. Et piger aurato procedit vesper ab Oeta. Sen. Herc. Oct. 861. Haec, haec, renatum prima quae videt diem, Oeta eligatur. Sil. 6, 453. Vix dum summa dies summa lustrabat in Oeta Herculei monumenta rogi. Ov. Met. 9, 204. perque altum saucius Oeten Haud aliter graditur, quam, etc. Al. leg. altam; et ib. 230. Arboribus caesis, quas ardua gesserat Oete.

OETAUS, a, um, adj. ad Oetam pertinens. Plin. 25, 5, 21. Oetaeum helleborum. Mela 2, 3. Oetaeus saltus. Prop. 1, 13, 24. Oetaea juga. Catull. 68, 54. Oetaeae Thermopylae, h. e. Thessaliae. Prop. 3, 1, 32. Oetaeus Deus, h. e. Hercules. Sen. Herc. Oct. 1718. Oetaea fax, h. e. qua Hercules in Oeta sibi rogam accendit. Unde Hercules Oetaeus titulus est tragoediae ejusdem. Ov. quoque Oetaeum absolute dixit, Ib. 349. Herculeum significans. Stat. Theb. 11, 234. Qualis ubi implicitum Tirythius ossibus ignem Sensit, et Oetaeas membris accedere vestes, h. e. tunicam Nessi sanguine infectam, cujus veneno in furias actus in Oeta se combussit. Id. Sil. 5, 4, 8. Oetaeae lampades, h. e. stellae, quae Oetam montem ad ortum solis habentibus in eo monte oriri videntur. Sic Catull. 62, 7. Nimirum Oetaeos ostendit Noctifer ignes. At quibus Oeta ad occidentem est situs, in eo stellae dicuntur occidere, et ex Ida Phrygiae oriri. Unde illud Virg. Ecl. 8, 30. tibi deserit Hesperus Oetam; (ubi Serv. in eo Hesperum coli tradit) et A. 2, 801. Jamque jugis, summae surgat Lucifer Idae.

*OETEI, orum, populi Seythiae Asiaticae. Plin. 6, 17. B. A.

OETIER pro utier, h. e. uti, antiquitus, ut moerus pro murus, et coerator pro curator, etc. Fest. in Pondera publica. V. OENUS.

[OETUM, i, n. οἶτον, herbae genus in Aegypto, quae fortasse est eadem ac arum. Plin. 21, 15, 52. Mandunt et oetum, cui pauca folia minimaque, verum radix magna. F.] P *Theophr. Hist. plant. 1, 11. Οἰτόλιος δὲ καὶ τὸ ἐν Ἀγρίππῳ καλοῦμενον οἰτόλιον. Hesych. Οἰτόλιον τὸ ἐπὶ ἑλίων οἶτον. B. A.

OETUS. V. OTUS.

OF

OFELLĀ, ae, f. Ὠφέλιον, ψωπίον, parva offa, praesertim carnis slaticiae, ac vilioris impensae. Alterum f abjicit, et primam corripit, ut mamilla, a mamma. Juven. 11, 142. Nec frustum capreae subducere, nec latus Aefrae Novit avis noster tirunculus, ac rudis omni Tempore, et exiguae frustis imbutus ofellae. Mart. 12, 48. Me meus ad subitas invitet amicus ofellas: Haec mihi, quam possum reddere, coena placet. Id. 14, 221. cujus lemma Craticula cum veru: Parva tibi curva craticula sudet ofella: Spumeus in longa cuspide fumet aper; et 10, 48. Et quae non egeant ferro structoris ofellae. Prud. negli. steg. 10, 383. Aras ofellis obsecrare bubulis. P Ofellas Ostienses, Apicianas, aprugnas, etc. memorat Apicius auctor culinarius 7, 4., earumque conficiendarum rationem tradit. Sunt autem frusta carnis varie condita, et cocta. P A similitudine Seren. Sam. 46, 840. Manabit lactens caprifici succus ofellam, h. e. conglobatum, et siccatum lac, seu succum. P [Est et-

iam cogn. R., ut Q. Lucretius Ofella ap. Cic. Brut. 48., Ep. Liv. 86. et 89. et Vell. 2, 27. F.]

OFFĀ, ae, f. ὄψα, massa ex farre glomerata, et cocta in cibum: est ab Aeol. ὄψα pro ὄψα, quod ab ὄψη, foramen. Hesych. ὄψα, ὄψα, καὶ πύοι μέλιτι δεδευμένοι. V. Virg. l. c. in §. 2. Festus in Penitam: Antiqui offam vocabant abscissum globi forma, ut manu glomeratam pulstem. Plin. 18, 8, 7. Ennius antiquissimus vates, obsidionis famem exprimens, offam eripuisse plorantibus liberis patres commemorat. Cic. Div. 2, 35. Avis inclusa in cavea, et fame enecta, si in offam pultis invadit, et si aliquid ex ore cecidit, etc. P Sic dicitur conglobatus cibus ex frugibus, aut pane, et variis condimentis. Virg. A. 6, 420. Melle soporata, et medicatis frugibus offam Objicit. Varr. R. R. 3, 5. de avib. saginand.: Cibatu offas positas, eae maxime glomerantur ex ficis, et farre mixto. Colum. 8, 3. de gallin.: Cibus autem praebet hordeacea farina, quae cum est aqua conspersa, et subacta, formantur offae, quibus aves saginantur; et ib. 9. de turdis: Hieme offae panis vino madefactae celerius opimant: et 17. f. de piscib.: Sordidi panis offae, vel si qua sunt temporis poma concisa praebentur. Pall. 4, 12. med. de bubus: In gulam demitte praesulsi adipis librales offas. Plin. 32, 10, 51. Negat canes latrare, quibus in offa rana viva data sit. P Est etiam frustum carnis, (unde ofella.) Hinc offa penita absegmen carnis cum cauda, ut ex Naevio Festus docet. Arnob. 7, 230. Offa penita est, cum particula visceris cauda pecoris amputata. Ipse Fest. in Penem: Offa porcina cum cauda in coenis puris offa penita vocatur. Pl. Mil. 3, 1, 165. tolle hanc patinam, remove pernam, Aufer illam offam penitam. P Urbane Id. Mil. 1, 49. Edepol memoria est optima. Artotr. offa me monet. P Inter os et offam multa interveniunt, proverb. Catonis, de quo V. in ANCAEUS. P Per similitudinem dicitur de quacumque re in globi, et rotundae massae modum convoluta et conformata. Colum. 12, 15. de fico condienda: Haec cum bene proculcaverint, et totam massam comminutae fici permiscerint, modicas offas foliis ficulneis involvunt. Plin. 12, 9, 19. Gummi in offas convolutum. Id. 13, 10, 19. de pomo pruni Aegyptiae: Purgatum tundunt, servantque ejus offas. Id. 33, 6, 34. Stimmi uritur offis bubuli fimi circumlitum, in clibanis. Id. 15, 7, 7. Amygdalinum oleum fit ex amaris nucibus arefactis, et in offam contusis. P Item de quacumque massa informi. Plin. 9, 48, 72. de lepore marino: In nostro mari offa informis, colore tantum leporei similis. Juven. 2, 32. Cum tot abortivis fecundam Julia vulvam Solveret, et patruo similes effunderet offas, h. e. fetus informes. Pers. 5, 5. quantas robusti carminis offas Ingeris? P Et de tumore ex ictu. Juven. 16, 11. Et nigram in facie tumidis livoribus offam.

OFFARCINĀTUS, a, um, part. ab inus. offarcino: suffarcinatus. Tert. adv. Marc. 4, 24. Protectionem filiorum Israelis creator, etiam illis spoliis aureorum et argenteorum vasculorum, et vestium, praeter oneribus consparsionum offarcinatum eduxit ex Aegypto.

[OFFARIUS, a, um, adj. Isid. Or. 20, 2. Offa est proprie frustum dentium, unde offarii coci, qui particulatim, id est offatim, excoquant. F.]

OFFĀTIM, adv. λεπτομερῶς, particulatim, per frusta. Pl. Truc. 2, 7, 52. Jam hercle ego te hic hac (machera) offatim conficiam. V. CONCIPILO et v. praec.

OFFECTIO, onis, f. infectus. Arnob. 5, 164. de malis puniceis: Quia de rubro exorta sunt sanguine, ideo illis color est purpurei luminis offectione subluteus.

OFFECTOR, oris, m. infector. Festus: Offectores, colorum infectores. Id. in Infectores: Infectores, qui alienum colorem in lanam conjiciunt: offectores, qui proprio colori novum officiant. P Corn. Fronto de differ. verbor. p. 2201. alio sensu interpretatur. Infector, inquit, colorem mutat: offector officio obest.

OFFECTUS, a, um, part. ab officio: impeditus, obstructus. Lucr. 4, 763. de somno: omnes Corporis effecti sensus per membra quiescunt. Id. 5, 774. Quove modo soleant effecto lumine obire. Mox contra dicit aperto lumine.

[OFFECTUS, us, m. malum fascinum: a part. effectus, a, um. Grat. Cyn. 406. Ac sic effectus, oculique venena maligni Vicit tutela pax impetrata Deorum. F.]

OFFENDICŪLUM, i, n. πρόσκομμα, id in quod offenditur, impedimentum, offensaculum. Plin. ep. 9, 11. Sunt enim in hac offendicula nonnulla: circumfer oculos, et occurrent. Paul. Nol. carm. 27, 96. Tanquam offendiculi causam cognosceret ultro.

OFFENDIMENTUM, V. in v. sq.

OFFENDIX, icis, f. Festus: Offendices ait esse Titius nodos, quibus apex (h. e. sacerdotum pileus) retineatur, et remittatur. At Veranius Coriola existimat, quae sint in loris apicis, quibus apex retineatur et remittatur: quae ab offendendo dicuntur, nam cum ad mentum perventum est, offendit

mentum, h. e. in mentum incidit, et incurrit, cum sub eo religetur. Hunc *Festi* locum compendio describens *Paul. Diac.* sic habet: Offendentes dicebant ligaturae nodos, quibus apex retinebatur, id, cum pervenisset ad mentum, dicebant offendimentum. Sed hoc offendimentum neque est ex mente *Festi*, et aures Latinas offendit. P [Fortasse ea lora ita sunt appellata, quia hinc inde dependebant, et quasi *fendicac* quaedam erant, q. v. v. s. l. Hinc *Gloss. Isid.* Offendentes, nodi, quibus libri signantur (corrige ligantur). Italice *legacci. F.*]

OFFENDO, inis, f. offensio. *Afran. ap. Non. 2, 602.* Quoque nunc offendo semper nostra sit mala procul.

OFFENDO, is, di, sum, a. 3. *ἔπιποδῶν ἔγω, προσκόπτω.* [*Proprie intransitive significat incurro, impingo, incido in aliquid, *auf, an etwas stossen*, cum notione inopinati, inexpectati, fortuiti: quo differt *illido*, ut notavimus in h. v.: ab *ob* et obsoleto *fendo*, quod *Adelung.* idem esse docet eum nostro *finden.* *Hor. Sat. 2, 1, 77.* fragili quarens illidere dentem, Offendet solido: ubi a *Doederl. 3, 140.* recte dicitur parum sufficiens *Schol. Crug.* interpretatio *inveniet.* — Ita ut laesionem, damnum accipias: *Or. Pont. 4, 14, 21.* Ad veteres scopulos iterum devortor, ad illas, in quibus offendit naufraga puppis, aquas. *Solin. 40. med.* Cornua in se recurrentia, ut si quis in ea offenderit, non vulneretur. P Translate. *Cic. Fam. 9, 2.* Quis est tam *Lyncus*, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat? *Id. Or. 2, 74.* Permulta sunt in causis circumspicienda, ne quid offendas, ne quo irruas. *Phaedr. 4, 14.* Prometheus auctor vulgi fictilis, qui simul offendit ad fortunam, frangitur. P Hinc in universum in periculum incurrere, damnum, calamitatem accipere; *Gr. πάλειν, προσπίπτειν. Herodot. 9, 101.* ἢ δὲ ἀπόδολε σφι, μὴ περὶ Μαρόνιο πύλοισι ἔλλας; et *1, 16.* ἀπὸ μὲν τῶν τούτων οὐκ ὡς ἠθέλην ἀπὸλλᾶζεν ἀλλὰ προσπίπτουσι μέγας. *Cic. Cluent. 23.* Potius illum, qui bis apud eos iudices offendisset, quam eum, qui bis causam iis probavisset, i. e. damnatus esset. *Id. Verr. 2, 5, 50.* Cum multi viri fortes, in communi incertoque periculo belli, et terra et mari saepe offenderint. *Caes. B. C. 3, 8.* Serius a terra profectae naves, neque usae nocturna aura, in redeundo offenderunt; *Sen. ep. 96.* Familia decubuit, fenus offendit, domus crepuit. — Etiam passivi impers. *Cic. Fam. 1, 7.* Si cecidisset ut volumus et optamus, omnes te et sapienter, et fortiter; sin aliquid esset offensum eodem illos et cupide et temere fecisse, dicturos. *Caes. B. C. 3, 72.* Quoties vel culpa ducis vel tribuni vitio in exercitu esset offensum. P *Cadere in arrogantiam, verfallen in,* ap. *Cic. Inv. 2, 2.* Quod si in ceteris quoque studiis a multis eligere homines commodissimum quodque, quam sese uni alicui certo vellent addicere, minus in arrogantiam offenderent: ubi tamen alii, etiam *Orell.* qui tamen vulgatam non improbat, legunt *arrogantia.* P Signif. offendo etiam pecco, erro, vitium committo, ut nostr. in *Etwas verstossen, anstossen. Cic. Cluent. 36.* Quod in eodem genere, in quo ipsi offendissent, alios reprehendissent. *Id. Fam. 2, 18. f.* Qui si dignum se maioribus suis praebuerit, tua laus ex aliqua parte fuerit: sin quid offenderit, sibi totum, tibi nihil offenderit. P Item offensioe incurere, in odium incidere: *bei Einem anstossen, verstossen, Anstoss geben. Cic. Att. 10, 4. med.* Caesarem perturbatum, quod intelligeret, se apud ipsam plebem offendisse de aerario. *Nep. Phoc. 2.* Neque in eo solum offenderat, quod patriae male consuluerat, sed etiam quod amicitiae fidem non praestiterat. *Papin. Dig. 22, 1, 1.* Arbitrio iudicis usurarum modus ex more regionis constituitur, ita tamen, ut legi non offendant. Ita *Torrent.*, alii *legem. Liv. 2, 2.* Quum nihil aliud offenderit, i. e. inivisum esset, nostr. *anstössig seyn. Baucus ad h. l. p. 86.* leg. offenderet. P Item quasi impingere, incurere in aliquid, quod displiceat; hinc aversari, molestiam capere, nostr. *Anstoss finden, nehmen. Caes. B. C. 2, 32. med.* At credo, si Caesarem probatis, in me offenditis. *Luccej. ad Cic. Fam. 5, 14. extr.* Ex quibus aut in altera mihi velim, si potes, obtemperes, aut in altera non offendas. *Gell. 9, 15.* Iuvenis promptus, et proficiens, et offendens jam in eo, quod ille periculum sui facere audebat. *Cic. Mil. 36.* Si in me aliquid offendistis, cur non id meo capite potius luitur, quam Milonis? et *Verr. 2, 1, 25.* Hospes Janitor, qui nihil suspicaretur, veritus, ne quid in ipso se offenderetur, etc. ita *Orell. q. v.* Alii offenderit. P Secundo loco ponitur offendo etiam intransitive; item cum notione necopinati, fortuiti, ratione habita modo offendentis, modo ejus, quem offendimus. Et primum quidem est: illido, impingo, injicio, ita ut dolorem, damnum, calamitatem inde capias. *Quint. Inst. 6, 3. med.* Offendere caput ad fornacem. *Auct. B. Hisp. 23.* Parumper ingressus pedem offendit: *mais il fit un faux pas et tomba. Cic. Cluent. 62. f.* latus offendere vehementer. *Col. 5, 9. med.* Arando ne co-

xam bos, aliamve partem corporis offendant. P Allegorice. *Cic. Rosc. Am. 29.* ubi scopulum offendis ejusmodi, ut, etc. P Tunc usurpatur, ut nostrum *auf Einen stossen, treffen*, pro invenire, reperire, quasi in rem incidendo. Differt *deprehendo* in eo, quod, ut nostr. *erwischen*, vel *ertappen*, non solum utilitatem offendentis, sed magis etiam perniciem comprehendi spectat. *V. Doederl. 3, 142. Cic. Fam. 2, 3.* Quid sentiam, aut scribam ad te postea pluribus, aut ne ad ea meditare, imparatum te offendam, h. e. adibo, superveniam. *Id. ib. 1, 9. med.* Non offendes eundem bonorum sensum, Lentule, quem reliquisti. *Pl. Ps. 1, 2, 30.* Haec, cum a foro revertar, facite, ut offendam parata. *Ter. Eun. 4, 4, 5.* paululum si cessassem, Domi non offendissem; et *5, 9, 34.* Si te in platea offendero hac post unquam, periisti. *Phorm. 5, 1, 31.* offendi adveniens, Quicum volebam, atque ut volebam, collocatam filiam. *Nep. Ag. 2.* Quo factum est, ut omnes imparatos imprudentesque offenderet. *Plin. 13, 13, 27.* Cn. Terentium, agrum suum repastinantem, offendisse arcam, in qua, etc. P Deinde dicitur pro tango, attingo, afflicto. *Pl. Curc. 2, 3, 2.* abite et de via secedite, Ne quem in cursu capite, aut cubito, aut pectore offendam, aut genu. *Id. Poen. 2, 37.* quemque visco offenderant, Tam crebri ad terram accidebant, quam pira. P Hinc saepe est injuriam facere, laedere, offensionem afferre, *Gr. ἀνίστα. Cic. Fam. 3, 8.* Me exquisisse aliquid, in quo te offenderem; et *ib.* Hi sermones tuam estimationem non offendunt. *Id. Balb. 26.* Neminem unquam non re, non verbo, non vultu denique offendit. *Id. Att. 6, 3.* Contumelia alicquem offendere; et *Fam. 1, 7. med.* Eos non tam constantia in republ. nostra delectat, quam splendor offendit. — Etiam de rebus, quae minus conveniunt, eoque molestiam creant. Ita *Plin. 26, 8, 37.* Polypodium offendit stomachum. *Id. 35, 10, 36. n. 18.* ne colorum claritas aciem oculorum offenderet. P Offendi, i. q. aegre ferre aliquid, *Gr. ἀνίστασθαι. Cic. Fam. 1, 9.* Multis rebus meus offendebar animus. *Phaedr. 4, 10.* Ista munera sunt mihi invisa, ut non offender subripi. *Cic. Att. 4, 15.* Verita est enim pusilla, quae nunc laborat, ne animi in Publico offenderet. Al. leg. ne aliquid in P. offenderem. *Orell.* vehementer dubitans, ne animi in Publico offenderet, an satis latine dicatur, leg. ne animum in Publico offenderem. *Id. Q. Fr. 1, 1, 4. extr.* Si quis est, in quo jam offenderis, de quo aliquid senseris; huic nihil credideris, nullam partem estimationis tuae commiseris. *Id. Caec. f. Si* quid in contraria parte in homine offendendum sit, etc. *Suet. Aug. 89. extr.* Componi aliquid de se, nisi et serio, et a praestantissimis, offendeatur: *Gr. σκάνδαλλίζεσθαι.* P Offendere interdum minus est, quam laedere, ut in illo *Sen. Ira 3, 8. med.* Quid quod pleraque eorum, propter quae irascimur, offendunt nos magis, quam laedunt? i. e. dolorem afferunt, non injuriam. *V. Doederl. 3, 139.]*

OFFENSA, ae, f. offensio, offensatio. [*V. de notatione hujus v. in *offensio.*] *Plin. 34, 10, 22.* Lapidem exustum aqua macerat, iterumque terit quod subsidit, donec cerussae similis fiat, nulladentium offensio, h. e. ut dentes nihil durum ac resistens inveniant. *Id. 35, 15, 52.* Aluminis liquidi probatio, ut sit limpidum lacteumque sine offensio fricantium. P Translate est id, quo aliquis offenditur, et alienus atque inimicus fit, offensio, invidia, simultas, inimicitia. *Cic. Att. 9, 2.* Magna in offensio sum apud Pompejum. *Coel. ad Cic. Fam. 8, 16.* Offensam subire. *Suet. Vesp. 4.* gravissimam contrahere: [*nos: in *Unquade fallen.*] *Petr. Sat. 87.* Offensa omni deponita, redire in gratiam cum aliquo. *Just. 5, 4.* Sic Alcibiades nunquam mediocribus, nec in offensio, nec in favore, studiis suorum exceptus est. *Plin. Pan. 18.* Offensae, gratiaque pariter securi instant operibus, adsunt exercitationibus. *Quint. 4, 2. med.* Verum haec omittamus, ne minus gratiae praecipiendo recta, quam offensae reprehendendo prava mereamur. *Id. 9, 2. med.* Vitare offensam; et *ib. paulo post:* Haec res habet offensam, h. e. invidiam. *Front. Aquaed. 130.* Officii fidem etiam per offensas tueri praestat. *Adde 76.* P Item injuria accepta. *Vell. 2, 29.* Amicitiarum tenax, in offensio exorabilis, in reconcilianda gratia fidelissimus. *Or. Trist. 3, 8, 40.* offensas vindicet ense suas. P Item laesio, noxa, incommodum. *Petr. Sat. 131.* Postero die cum sine offensio corporis animique consurrexisset. *Cels. 1, 6.* Si quid offensae in coena sensit, vomere debet. *Sen. ep. 7.* Quod aegris evenit, quos longa imbecillitas usque eo affecit, ut nunquam sine offensio proferantur. *Id. Tranqu. 2.* Qui ex longa et gravi valetudine expliciti, motiunculis, levibusque interim offensio perstringuntur. *Colum. 12, 21. extr.* Ut exploratum habeat, quantum plurimum salsae aquae vinum sine offensio gustus pati possit. *Pall. 4, 12.* Ut ante stabulum loca nullis concludantur angustiis, et producti boves non aliqua vitentur offensio. P Videtur etiam active usurpari de injuria, quae alteri fit. *Petr.*

Sat. 87. Cum ob hanc offensam praeclassissem mihi aditum.

OFFENSACULUM, i, n. *πρόσκομμα*, id quod ponitur, ut aliquis in ipsum incidat, offendiculum. *Appul. Met. 9.* Crebris offensaculis, et assiduis lapsibus contusa crura. *Lactant. Op. D. 1.* Adversarius noster offensacula pedibus latenter opponit. *Prud. Apotheos. 45.* Lapis ecce nostro fixus offensaculo est, Impingat in quem vanitas.

OFFENSATIO, onis, f. *πρόσκοπις*, actus offendendi, seu incidendi in aliquid, offensio, lapsus. *Plin. 28, 16, 72.* Perniones sanat apri pulmo impositus, etsi subtriti sint, contusive offensione. *Quint. 11, 3. med.* Jactantur et humeri: quod vitium Demosthenes ita dicitur emendasse, ut cum in angusto quodam pulpito stans diceret, hasta humero dependens immineret, ut si calore dicendi vitare id excidisset, offensione illa commoneretur. P *Offensatio memoriae*, cum saepe in recitando memoria haeret, et quasi offensans subsistit. *Sen. Ben. 5, 25.* Ut magistri puerorum discentium, debemus patienter ferre offensiones memoriae laebentis.

OFFENSATOR, oris, m. qui saepe offendit, seu in aliquid incurrit. *Quint. 10, 3.* Ille qui excipit, si tardior in scribendo, aut inertior in legendo, velut offensator fuerit.

OFFENSIBILIS, e, adj. qui offendere, h. e. incidere, et impingere potest. *Lactant. 4, 26.* Is vere claudis existimandus est, qui offensibilibus et caducis gressibus per viam mortis incedit. *Al. leg. offensibilibus.*

OFFENSILIS. V. v. praec.

OFFENSIO, onis, f. *πρόσκοπις*, actus offendendi, h. e. incidendi in aliquid, et impingendi, incursum in aliquam rem. [*At notandum: *offensio* et, argenteae aetatis scriptoribus usitatio vox, *offensa*, nunquam activa significatione, sed passiva semper sive neutr. intelligi debet. *V. Doederl. 3, 140.]* *Cic. Dio. 2, 40.* Pedis offensio nobis, et abruptio corrigiae, et sternutamenta erunt observanda. (*Adde Plin. 2, 7, 5.*) *Id. Univ. 6.* Mundum ita tornavit, ut nihil effici possit rotundius, nihil ut asperitatis haberet, nihil offensionis, h. e. nihil, quo offendere, et subsistere tactus possit. P Item laesio, noxa, incommodum. *Cic. Fam. 16, 10.* Graves solent offensiones esse ex gravibus morbis, si qua culpa commissa est. *Id. Tusc. 4, 14.* Animi valentes morbo tentari non possunt, corpora possunt: sed corporum offensiones sine culpa accidere possunt, animorum non item. P Item calamitas, infortunium. *Cic. Manil. 10.* Cujus adolescentia ad scientiam rei militaris non alienis praeceptis, sed suis imperiis, non offensionibus belli, sed victoriis est erudita. *Id. Off. 1, 21.* Sed videntur labores et molestias tum offensionum, tum repulsarum, quasi quandam ignominiam timere, et infamiam. P Translate significat aversum animum, simultatem, inimicitiam, invidiam, odium; et est ejus, qui offenditur: cui opponitur gratia, benevolentia, favor. *Cic. Mur. 20.* Sapiens praetor offensionem vitat aequalitate decernendi, benevolentiam adjungit lenitate audiendi. *Id. Verr. 2, 2, 55.* Suscipere invidiam atque offensionem apud aliquid; et *ib. 12.* In odium offensionemque alicujus incurere; et *N. D. 1, 30. f.* cadere. *Id. Inv. 1, 21.* Offensionem excipere, (*h. e.* subire, quod *Plin. 35, 4, 7. dixit*); et *ib. lenire*; et in *Sen. 8.* oblitescere memoria beneficii. *Id. Verr. 2, 1, 40.* vitare atque effugere. *Id. Att. 1, 17.* accipere, et deponere; et *ib. afferre. Tac. A. 2, 57.* Offensiones accendere. *Cic. Inv. 1, 53.* Indignatio est oratio, per quam conficitur, ut in aliquid hominem magnam odium, aut in rem gravis offensio concitetur. *Id. Att. 13, 23.* Mihi majori offensione sunt, quam delectationi possessiunculae meae, h. e. molestiae. *Id. Tusc. 4, 10.* Habere ad res aliquas offensionem atque fastidium, h. e. aversari et fastidire. *Plin. 19, 1, 2. n. 1.* Hoc apud alios gratiam, apud alios offensionem habet, h. e. aliis placet, displicet aliis.

OFFENSUNCULĀ, ae, f. levis offensio. *Cic. Fam. 13, 1.* Velim, si qua offensiuncula facta est animi tui perversitate aliorum, des te ad lenitatem; et *Planc. 21.* Vidit, M. Pisonem, in ista aedilitate offensiuncula accepta, summos a populo R. esse honores adeptum.

OFFENSO, as, avi, atum, a. I. frequent. ab *offendo*, h. e. incurro, impingo. *Lucr. 2, 1057.* Sponte sua offensando semina rerum, etc. h. e. occursando, et unum in alterum impingendo, et incurrendo. *Id. 6, 1051.* Cogitur offensare igitur pulsareque fluctu Aerea texta suo. P *Offensare caput*, ad parietem, aut aliud quippiam allidere, quod in desperatione rerum fieri solet. *Liv. 25, 37.* Flere omnes repente, et offensare capita. P Translate. *Quint. 10, 7. med.* Si non interistentes offensantesque brevia illa atque concisa singulorum modo ejecturi simus, h. e. saepe haerentes in dicendo, ut qui ambulando impingunt in aliquid.

OFFENSOR, oris, m. qui offendit, h. e. laedit,

Arnob. 7, 216. Iras atque animos ponant, et in gratiam suis cum offensibus redeant.

OFFENSUS, a, um, part. ab offendo: qui offendit, h. e. incurrit, impingit. Or. Fast. 2, 720. et Met. 10, 452. Ter pedis offensi signo est revocata. Mart. 8, 75. Expulit offenso vitiatum pollice talum. Liv. 8, 6. Capite graviter offenso impactus imo ita est saxo, ut sopiretur. P Item ea ipsa res, in quam offendimus, offensa dicitur, h. e. currendo icta et percussa. Or. Her. 13, 87. Cum foribus velles ad Trojam exire paternis, Pesus offenso limine signa dedit. Liv. 7, 36. Super-scandens vigillum strata somno corpora miles, offenso scuto praebuit sonitum. Plin. 11, 24, 28. de tela aranei: Atque ut in plagis lineae offensae praecipitant in sinum. Mart. 8, 33. Crassior offensae bulla tumescit aquae. Stat. Th. 7, 18. tot instant Plausibus, offensusque sedent ad justa sepulcri, h. e. morantur in celebrandis justis funeris, in quod in itinere casu inciderunt. P Item laesus. Cels. 1, 9. Quoties offensus corpus est, vitiosa pars maxime sentit. Cic. Att. 6, 3. Cumulate publicanis satisfactum, offensus contumelia nemo, decreto justo et severo perpauci. Mart. 12, 57. Quies nullis offensa linguis. P Refertur ad animum, et est qui offensionem incurrit, invidia laborans, invisus. Cic. Verr. 2, 3, 62. et Cluent. 58. O miserum atque invidiosum offensusque paucorum culpa atque indignitate ordinem senatorium! Id. Sext. 58. extr. Offensum et invisum esse alicui. P Item qui laesus est, et propterea alienatus, iratus, infensus, inimicus. Hirt. B. Alex. 32. Offensus iratosque animos regum precari. Cic. Att. 1, 17. med. Alienatus et offensus animus; et Tusc. 5, 37. Aliena et offensa populi voluntas. Nep. Dion. 7. Offensa in eum militum voluntate. Cic. Att. 1, 5, et Cluent. 62. Quem cum esse offensionem arbitraret, eas litteras ad eum misi, quibus et placarem, etc. Suet. Ner. 2. Pontificibus offensior, quod alium, quam se, in patris sui locum cooptasset. Just. 1, 9. Offensus superstitionibus Aegyptiorum, Apis ceterorumque Deorum aedes dirui jubet. Id. 22, 4. Cum a sociis crudelitate ejus offensus desertus esset. P Active de eo, qui laedit. Cic. Inv. 1, 48. In ipso (genere argumentationis) vitium erit, si falsum sit, si leve, si turpe, si offensum, si contrarium, etc.; et ib. 49. extr. Offensum est, quod eorum, qui audiunt, voluntatem laedit, ut si quis apud equites R. cupidos judicandi Caepionis legem judicariam laudet. P In illo Nep. Cim. 4. offensus fortuna de infelice accipit Schellerus, vulgarem secutus interpretationem. Heusinger explicat casu obvium, fortuito oblatum, probante Ruhkenio. B. A.

OFFENSUS, us, m. ἀρρωστί. Lucr. 4, 359. Cogit hebescere cum crebris offensibus aer, h. e. crebro incurso, seu occasione. Id. 6, 332. eod. sensu. Non igitur multis offensibus in remorando Haesitat. Stat. Th. 12, 283. Sola per offensum armorum, et lubrica tabo Gramina, etc. Sen. ep. 107. Per ejusmodi offensum emetendum est confragosum hoc iter. Al. leg. offensas. Tert. adv. Marc. 4, 39. Lapidis sancti oppositi omnium offensui.

OFFERENTIA, ae, f. verbale ab offero. Tert. adv. Marc. 24. Considera causarum offerentiam, h. e. causas, quae sese offerunt.

OFFERO, fers, obtuli, oblatum, a. anom. προσφέρω, ante aliquem fero, praesentem sisto, exhibeo, ab ob, et fero. Ter. Ad. 3, 2, 24. et Hec. 5, 3, 10. Oppido opportune te obtulisti mihi obviam. Cic. Att. 3, 10. Ne quem ille florentissimum reliquerat, perditum illi afflictumque offerrem; et ib. 2, 22. Quod sors obtulerit, id acturus videtur. P Ponitur et pro praebere, tradere, deferre, ultro dare. Phaedr. 2, 1. Attende cur nequere cupidis debeas, Modestis etiam offerre quod non petierint. Caes. B. G. 6, 41. Optatissimum Ambiorigi beneficium obtulerant. Ter. Ad. 5, 9, 21. Dii tibi semper omnia optata offerant. Hor. Od. 3, 16, 43. bene est cui Deus obtulit Parca quod satis est manu. P Item afferre. Lucil. ap. Non. 4, 339. Ut nunc hac re mihi opem et auxilium offeras. Cic. Verr. 2, 4, 49. Multis in difficillimis rebus praesens auxilium ejus (numinis) oblatum est. Ter. Hec. 5, 3, 18. Quantum obtuli adventu meo laetitiam Pamphilo hodie! Catull. 64, 247. Theseus qualem Minoidi luctum obtulerat mente immemori, talem ipse recepit. Lucil. ap. Non. l. c. Homines ipsi hanc sibi molestiam ultro, atque aerumnam offerunt: ducunt uxorem. P Item pro exhibere, polliceri. Liv. 40, 23. In omnia ultro suam offerens operam. P Item pro inferre. Ter. Hec. 5, 1, 14. Offerre immerenti injuriam; et 3, 3, 23. vitium virgini. Cic. Phil. 2, 38. stuprum alicui. Id. Sext. 21. extr. mortem hostibus; et Rosc. Am. 13. mortem parenti. P Et pro opponere. Virg. A. 6, 291. strictamque aciem venientibus offert. P Et pro injicere. Cic. Fam. 10, 12. Recitatis litteris, oblata religio Cornuto est pullariorum admonitu; et ib. 13, 1. med. Neque multi sunt, et diffugiunt qui sunt, metu obla-

to. P Aliquando pro opponere. Cic. ad Brut. 1, 15. med. Romam ut veni, statim me obtuli Antonii sceleri atque dementiae. Pl. Poen. 1, 3, 17. et 4, 2, 30. Moram offerre alicui. P Et pro exponere. Cic. Off. 1, 24. Ne offeramus nos periculis sine causa. Id. Sext. 28. med. Vitam suam offerre in discrimen. Id. Tusc. 1, 15. se ad mortem pro patria. Id. Mil. 34. extr. et Caes. B. G. 7, 77. ultro se morti pro aliquo. P Et pro obijcere. Cic. Amic. 18. Ut ne criminibus aut inferendis delectetur, aut credat oblati. P Et pro immittere. Id. Dom. 24. Domus ardebat non fortuito, sed oblato incendio. P Pro donare, dicare, consecrare Deo, vel Ecclesiae, Christiani saepe usurpant. Prud. Cath. 5, 150. et negi orat. 2, 75. P Offerre sacrificium, Sulpic. Sever. dial. 2, 2. h. e. Missam agere.

[OFFERTOR, oris, m. oblator. Commod. Instruct. 39. de Abele: In fratris exitio offertor macatus a fratre. F.]

[OFFERTORIUM, ii, n. locus, in quo sacrificia offeruntur. Isid. Orig. 6, 19. Offertorium tali ex causa sumpsit vocabulum. Fertum enim dicitur oblatio, quae altari offertur, et sacrificatur a pontificibus, a quo offertorium nominatur, quasi propter fertum. F.]

OFFERTUS. V. EFFERTUS.

OFFERUMENTA, ae, f. plaga, et vibex oblata, impressaque tergo: metaphorice ab offermento, quod dicitur de donariis, quae in templorum parietibus haerent. Pl. Rud. 3, 4, 48. Nisi offerumentas habebis plures in tergo tuo, Quam ulla navis longa clavos; tum ego ero mendacissimus.

OFFERUMENTA, orum, n. plur. ἀραδίματα, donaria, quae Diis offeruntur. Festus.

*OFFEX, icis, m. Gloss. Isid. Impeditor, qui officit. B. A.

OFFICIALIS, e, adj. τὸ πρὸς καθήκοντος, ad officium pertinens, vel de officio tractans. Ulp. Dig. 38, 1, 6. Fabriles operae ad heredes transeunt, officiales non transeunt, h. e. quae in officii et obsequii praestatione consistunt. Id. ib. 12, 6, 26. med. Si libertus operas patrono exhibuit non officiales, sed fabriles. Lact. 6, 11. et 18. med. M. Tullius in suis officialibus libris hoc idem suadet. P Absolute est minister magistratus. Appul. Met. 1. Aedilis jubet officialem suum insuper pisces ascendere, et pedibus suis totos obterere. Inscr. ap. Grut. 422, 7. L. Julio L. F. Pal. Juliano pro pr. provinciae Aquitaniae, consuli, officiales ejus provinciae Aquitaniae optato praesidi. Ulp. Dig. 36, 4, 5. f. Aut per viatorem, aut per officialem praefecti introducendus est in possessionem. Tert. adv. Marc. 1, 25. f. Aemulationi occurrant necesse est officiales suae, ira, discordia, odium, etc.

OFFICINA, ae, f. [*fortasse contractum ex officina, signif. locum, in quo artifices opera faciunt, ἔργαστήριον. Perperam Noster hanc vocis notionem secundo loco posuerat.] Differt ab apotheca, in qua res conditae asservantur: et a taberna, in qua venales prostant. Cic. Off. 1, 42. Officines omnes in sordida arte versantur, nec enim quidquam ingenuum potest habere officina. Nep. Ag. 3. Officinis armorum institutis, magna industria bellum apparuit. Adde Caes. B. C. 1, 34. Hor. Od. 1, 4, 7. dum graves Cyclopus Vulcanus ardens urit officinas. Plin. 35, 10, 36. n. 12. Appelles Alexandro in officina imperite multa disserenti silentium comiter suadebat. Id. 16, 6, 8. Officinae aerariorum. Id. 9, 38, 62. tingentium. Id. 36, 22, 47. tonstrinarum; et 35, 11, 40. n. 39. fullonum; et ib. 12, 45. plastarum; et 18, 10, 19. n. 2. aerariae et chartariae. Colum. 8, 17. cetariorum, h. e. in quibus piscium salsamenta fiunt. P Videtur dici etiam de taberna. Suet. Gr. 23. Cum officinas promercalium vestium exerceret. P Colum. 8, 3, 4. et 5. officinam vocat ornithonen, seu gallinarium in villa; quia ibi gallinae ova pariunt. P Translate. Cic. Phil. 2, 14. Cujus domus quaestuosissima est falsorum commentariorum, et chiographorum officina. Id. Rosc. Am. 46. Officina nequitiae, et diversorium flagitiorum omnium. Liv. 39, 8. f. Falsi testes, falsa signa, testimoniaque ex eadem officina exibant. Cic. Brut. 8. Isocratis domus cunctae Graeciae quasi ludus quidam et officina dicendi. Id. Leg. 1, 13. Philosophi, qui quasi officinam instruxerunt sapientiae. Plin. 11, 37, 72. Pulmo spirandi officina, attrahens ac reddens animam. P [*Signif. etiam operae praestationem alicui adhibitam in opere aliquo faciundo, Gr. ἀποτέλεσμα. Plin. 11, 2, 1. In magnis corporibus facilis officina, sequaci materia fuit: in his (insectis) tam parvis quae ratio, quanta vis, quam inextricabilis perfectio. Primo loco Forc. hanc significationem posuerat.]

OFFICINATOR, oris, m. δημιουργός, officinam exercens, in officina laborans, artifex, faber. Vit. 6, 11. f. Cum magnificentius opus perfectum aspicietur, ab omni potestate impensae laudabuntur: cum subtiliter, officinatoris probabitur exactio, h.

e. fabri diligentia in exstruendo. Appul. Met. 9. Forensi negotio officinator noster attentus ferias nobis fecit. Inscr. ap. Grut. 74, 1. Officinatores monetae aurariae Caesaris, Felix lib. optio, et exactor aurei, argenti, aeris, etc. Adde 1066, 5.

[OFFICINATRIX, icis, f. quae officinam exercet. Inscr. ap. Zaccaria, Stor. lett. d' Ital. T. 9. p. 494. Junia Crocale officinatrix. F.]

OFFICIO, is, eci, ectum, a. 3. [*ex ob et facio. Proprie significat facio aliquid ad vel apud aliquam rem, officio, i. e. augendo adjicio. Firmat hanc vocis significationem insignis locus Lucretii 5, 887. Post, ubi equum validae vireis, aetate senecta, Membraque deficiunt, fugienti languida vita; Tum demum, puerili aevio florente, juvenas Officit, et molli vestit lanugine malas: ubi oppositum deficiunt aperte satis declarant, esse v. efficiendi cum notione crescendi, augendi positum: respondet quodammodo nostrum ansetzen. Unde apparet non ab omni parte verum esse, quod Furnal. visum esset, officere in malam semper partem esse accipiendum. P Hinc demum orta videtur notio obstruendi, et impedimenti cujuscunque generis obstruendi, quoniam exstruendo, aedificando liberum antea spatium coercetur, coarctatur, contrahitur: verbauen, verlegen, versperren. Cic. Rab. Post. 16. Officere luminibus: Einem das Licht verbauen. V. LUMEN. Id. Off. 3, 16. Demoliri aedes, quarum altitudo officeret auspiciis. Sall. Jug. 62. f. Cum alii in angustiis ipsi sibi officeret, latius porrigit. Cic. Tusc. 5, 32. Diogenes Alexandro roganti, ut diceret, si quid opus esset; Nunc quidem paululum, inquit, a sole: officeret videlicet apricanti, i. e. officerat se, seu corpus suum: ita Noster. Id. N. D. 2, 19. Umbra terrae soli officens noctem efficit. — Huc pertinet etiam illud ap. Auct. B. Afr. 61. Caesar adversariorum excursionibus iter officere non intermittit: ubi Davis. et Oudend. ita leg. jusserunt. Sed firmatur iter, quod quidem poetarum dicendi modo convenientius, duplici loco Lucretii 2, 154. Corpuscula inter se retrahuntur, et extra Officiuntur, uti cogantur tardius ire, i. e. coercentur, impediuntur oppositis impedimentis: cf. 4, 767. P Tum in universum est obstruere, adversari, impedire, etiam periculum, noxam afferre. Cic. Rosc. Am. 2. Ei pecuniae vita Sex. Rosci obstare atque officere videtur; et ib. 38. f. Cur te mihi offers, ac meis commodis, officio simulato, officis et obstas? Lucr. 1, 915. prohibere et officere, quominus, etc. Sall. Cat. 28. extr. consilii alicujus; et ib. 58, 2. Timor animi auribus officit, i. e. impedit, quominus vel audiantur, vel vim persuadendi habeant hortamina. V. Kritz. Liv. 2, 2. libertati. Id. praef. l. 1. nomini, h. e. famae. Plin. ep. 6, 29. Nec vero Isocrati, quominus haberetur summus orator, officit, quod infirmitate vocis impediatur. Plin. alter 20, 7, 26. Lactuae officiunt claritati oculorum. Virg. G. 1, 69. officiunt laetis frugibus herbae.]

OFFICIOSE, adv. ἐπιμελῶς, cum officio. Cic. Amic. 20. Quod officiose, amice, et cum labore aliquo suo factum queant dicere. Id. Att. 6, 1. f. Officiosius fecit, quod, etc. Plin. ep. 10, 32. Officiosissime venit ad me.

OFFICIOSITAS, atis, f. Sidon. carm. 23, 478. Seu nos eximii simul tenebat Nectens officiositas Marini.

OFFICIOSUS, a, um, adj. σεραπεικός, qui libenter, vel probe officium, seu beneficium alicui exhibet, sive qui obsequii alteri multum studet. Cic. Fam. 13, 21. extr. Hominem pudentem, et officiosum cognosces. Id. Planc. 19. Officiosa amicitia. Id. Pis. 23. Officiosissima natio candidatorum. Hor. Ep. 1, 7, 8. sedulitas. Or. Pont. 3, 2, 17. voluntas; et ib. 4, 2, 5. Orba tamen numeris cessavit epistola nunquam Ire per alteras officiosa vices. Id. Trist. 4, 7, 3. Tempore tam longo cur non tua dextera versus Quamlibet in paucos officiosa fuit? Cic. Rosc. Com. 6. med. Estne quisquam, qui tibi purior, pudentior, humanior, officiosior, liberaliorque videatur? et Verr. 2, 1, 24. Homines Lampsaceni summe in omnes cives R. officiosi. P Aliquando officiosi per jocum dicti sunt impudici, et obsceni, in rebus turpibus facile obsequentes. Sen. Excerpt. controver. praef. 4. f. V. OFFICIUM. P Officiosus dolor ap. Cic. Tusc. 3, 28. f. est qui recte et ratione suscipitur, et justam causam habet, ita ut ad officium pertineat dolere, ut si quis doleat, quod sapiens non sit. [*Huc pertinet etiam ista, quae Noster §. 1. adscripserat. Cic. Mil. 5. officiosi labores. Sen. ep. 99. officiosa pietas.] P Officiosus absolute, servus, qui in balneis vestimenta lavantium servat. Petr. Sat. 92. At ego ne mea quidem vestimenta ab officioso recepissem, nisi notorem dedissem. Al. aliter leg. [P Officiosa est cogn. R. Inscr. ap. Malvas. Marm. Fels. p. 57. Fullonia Sal. L. Officiosa. F.]

OFFICIPERDA, ae, m. et Officiperdus, i, m. qui officium, seu beneficium perdit, dum gratiam

non reddit. Cato distich. 3, 87, 43. Gravior officii, quo sis magis carior, esto, Ne nomen subeas, quod dicitur officiperdae. P Alio sensu in Gloss. Isid. Officiperdi, qui sui laboris non habent remunerationem. Catoni quoque dicuntur officiperdi. Haec Isid. qui allatos Catonis versus respicere videtur. Sed uterque locus parum habet auctoritatis in lingua Latina. De distichis Catonis multa Fabr. in Biblioth. Lat. sect. 4, 1, 8.

OFFICIUM, ii, n. τὸ καθήκον, quod quisque efficere debet, observata locorum, temporum, et personarum ratione: congruus actus uniuscujusque personae, id, in quod quisque debet incumbere, ut ipsum pro loci, temporis et personae qualitate reddat effectum. Unde in familia bene instituta dicimus, omnes in officio esse oportere, id est agere quae debent: est [*aut pro officium, aut] a verbo officio, quod vide. Observandum porro est, verbum officio in malam partem, nomen vero officium inde derivatum in bonam semper accipi. [*Quam vere haec dicta sint, vidimus in officio. De signif. vocis officii disputat etiam Herzog. ad Caes. B. G. 5, 27.] Cic. Fin. 3, 27. Est autem officium, quod ita factum est, ut ejus probabilis ratio reddi possit; et infra: Quod autem ratione actum sit, id officium appellamus. Id. Fam. 14, 1, f. Si erunt in officio amici, pecunia non deerit. P Officium duplex est, καθήκον μέσον, id est officium medium, seu commune, inchoatum, et καθήκον τελειόν, id est officium rectum, seu perfectum. Cic. Off. 1, 3. [*Locos Ciceronis, in quibus de officii ratione qualicunque agitur, v. in Beieri indicibus ad Cic. Off. et Or. fragm.] P Elegantissimae sunt hujus vocis locutiones. Liv. 8, 19, f. Esse in officio. Ter. Ad. 1, 1, 44. Officium suum facere. Nep. Milit. 7. et Cim. 2. Redire ad officium. Cic. Fam. 15, 20. Esse frequenter in officio, h. e. saepe in officio suo adimplendo versari. Id. ib. 5, 17. Omnia officia amicitiae diligenter sancteque servare. Id. Att. 3, 15. Exsequi officia. Id. Fam. 3, 8. Fungi officio (quod Ter. Heaut. 3, 3, 19. fungi officium dixit.) Id. Div. Verr. 14. Satisfacere officio. Plin. ep. 10, 56. Implere officii sui partes. Cic. Att. 1, 3. Manere in officio. Pl. Trin. 3, 2, 71. Meminisse officium suum. Contra Cic. Off. 1, 9. Officium suum deserere; et 10. Discedere ab officio; et Fam. 7, 3. Deesse officio suo. Id. Sull. 20. Vir singulari officio in republ., h. e. qui de republ. optime est meritus. Id. Verr. 2, 1, 51. Summo officio praeditus homo, h. e. qui omnino id, quod decet, strenue facit. Suet. Tib. 11. Officii duxit, exorare patrem. Cic. Or. 1, 31. Oratoris officium est, dicere ad persuadendum accommodate. P In re obscena officium est turpe obsequium, et tum active, tum passive accipitur. Active officium virile dixit Theod. Prisc. 2, 11. Adde Prop. 2, 18, 24. et Ov. Amor. 3, 7, 24. Passive de feminis Petr. Sat. 140; de pueris officium puerile vocat Pl. Cist. 4, 1, 5. Adde Sen. Excerpt. contr. praef. 4, f. P Ex officio. Ulp. Dig. 21, 1, 31. med. Id in tutore et curatore dicendum erit, ceterisque, qui ex officio pro aliis interveniunt. P Suprema officia, h. e. funera. Tac. A. 5, 2. Quod supremis in matrem officii defuisset. P Officium etiam dicitur, cum quis honoris causa alteri adest. Juven. 2, 134. Quae causa officii? quid quaeris? nubit amicus. Plin. ep. 1, 9. Officio togae virilis interfui. Suet. Claud. 26. extr. Celebrare officium nuptiarum alicujus. P Et quoniam proprium hominis officium est, alteri pro viribus prodesse, et omnibus gratificari, et benefacere, factum est, ut officium accipiatur pro beneficio. Cic. Amic. 20. Odiosum sane genus hominum officia exprobrantium. Colum. 2, 15. Licet filicem sine injuria vicini, etiam cum officio decidere. P Magistratus quoque officium dicitur, quia jus, quod cuique debetur, reddit, vel quia populo opem fert, vel quia honoris gratia institutus est. Suet. Vesp. 21. Deinde perlectis epistolis, officiorumque omnium breviaris. Plin. Pan. 91. de praefectura aerarii: Nondum biennium compleveramus in officio laboriosissimo et maximo. Hinc illa Jctorum, Cavere apud officium, deponere apud officium, etc. Paul. Dig. 2, 4, 17. et Ulp. ib. 8, 7. extr. P Sumitur etiam pro quovis munere publico. Caes. B. C. 3, 5. Praerant Aegyptiis navibus Pompejus, Asiaticis Laelius, Syriacis Cassius, toti tamen officio maritimo Bibulus praepositus cuncta administrabat. P Et pro apparitore, aut officiali. Hermogen. Dig. 21, 2, 74. Si jussu judicis rei judicatae pignus, captum per officium distrahatur. Tertull. Fuga in persecut. 14. Officia militaria redimere. P Officium praetoris est locus, ubi praetor jus dicit, vel comitatus, qui honoris causa praetori adest. Plin. ep. 1, 5. Paucos post dies ipse me Regulus convenit in praetoris officio, illuc me persecutus, secretum petit.

OFFIGO et Obligo, is, xi, ctum, a. 3. καθήλω, infigo, configo, figendo firmo. Cato R. R. 48. Eam terram tabula aut pedibus complanato, furcas circum offigito. Al. leg. affigito. Pl. Most. 1, 1, 12. dabo ei talentum, primus qui in cruce excucurrerit: Sed ea lege, ut offigantur bis pedes, bis brachia. Inscr. opt. notae ap. Grut. 207, 1. Mutuos robustos projicito extra parietem in utramque

partem, insuper simas pictas ferro offigito. Liv. 33, 5, f. Ita densos offigunt implicantque ramos. Al. leg. affigunt. Appul. Met. 4. Grandi clavo manum ducis nostri nisu fortissimo ad ostii tabulam offigit.

OFFIRMO, etc. V. OBFIRMO.

OFFLA. V. OFFULA.

OFFLECTO, is, a. 3. ἐπιλάμπω, contra flecto, deflecto. Pl. Rud. 4, 3, 74. At ego hinc offlectam navem, ne quo abeas: mane.

OFFOCO, as, a. 1. fauces constringo, suffoco. Flor. 2, 11. Cum offocandas invicem fauces praebuissent. Al. leg. effocandas. Tert. Idol. 24. Quicumque fluctus ejus offocant: omnis vortex ejus ad inferos desorbet. P Dixerunt etiam offuoco, ab eadem radice. Paul. ex Festo: Offucare, aquam in fauces ad sorbendum dare.

OFFRENATUS et Obfrenatus, a, um, part. ab inus. affrenatus: frenatus. Translate. Pl. Capt. 3, 5, 96. Absque hoc esset, usque offrenatum suis me ductarent dolis. Appul. Met. 6. Cerberum offrenatum unius offulae praeda facile praeteribis. Id. Apol. Iuvenis novae nuptae illecebris obfrenatus.

OFFRINGO et Offringo, is, egi, fractum, a. 3. ἐξκλάω, ἀσπιδάω, confringo, perfringo. Offringi terra dicitur, inquit Paul. ex Festo, cum iterum transverso sulco aratur. Varr. R. R. 1, 29. Terram cum primum arant, proscindere appellant; cum iterum, offringere dicunt; et 32. Cum proscinderis, offringi oportet, id est iterare, ut frangantur glebae. Colum. 2, 11. Locum proscindito circa cal. Octobr., deinde cal. Februar. diligenter iterato, et lapides omnes egerit, glebasque offringito.

OFFUCIA, ae, f. ἀσπίδες, idem quod fucus, quo mulieres faciei candorem inducunt, aut ruborem. Pl. Most. 1, 3, 107. Non istanc aetatem oportet pigmentum ullum attingere, Neque cerusam, neque melinum, neque aliam ullam offuciam. P Per metaphoram accipitur pro fallacia, vel techna. Pl. Capt. 3, 4, 123. Ita mihi stolido sursum vorsum os sublevere offucias. Gell. 14, 1. Id praestigiarum atque offuciarum genus commentum sunt homines acerscatores, et cibum quaestumque ex mendaciis captantes.

OFFUCO. V. OFFOCO.

OFFUDAS, fallacias. Paul. ex Fest. ubi critici leg. offucias.

OFFULĀ, ae, f. ζῶνδριον, parva ossa, ofella, frustum carnis: et praecipue suis. Varr. L. L. 4, 22. Offula dicta, ut ossa minima in sue. Id. R. R. 2, 4. med. Sus cum esset occisus, dicebat missam esse offulam cum duabus costis, quae penderet tria et viginti pondo. Colum. 12, 53. Offulae carnis spisse componuntur, et alternis sal ingeritur. Suet. Claud. 40. Cum de laniis, ac vinaris ageretur, exclamavit in curia: rogo vos, quis potest offula vivere? P De aliis cibis. Appul. Met. 1. Dum polentae caseatae offulam modico securius grandiore contruncare gestio. Pall. 1, 29. Unius modii triticea farina, in brevissimas offulas redacta, clauso phasiano per triginta dies ministrata sufficiat; et Veg. Vet. 4, 18. Offula panis vino infusa faucibus boum inseratur. P Offia per synopen pro offula, et translate pro convivio sumitur in servum nequam ap. Petr. fragm. 58. Burm. Quid faciat crucis ossa, corvorum cibaria?

OFFULCIO, is, lsi, ltum, a. 4. infulcio, inculco. Appul. Met. 1. Vulnus, qua maxime patebat, spongia offulciens. Id. ib. 4. Multis laciis offulto vulnere.

OFFULGEO, es, lsi, n. 2. προσασπιδάω, fulgendo appareo, affulgeo. Virg. A. 9, 110. et 731. Continuo nova lux oculis offulsit. Sil. 13, 114. Cum subito dextrum offulsit conatibus omen. Quint. decl. 9, 7. Inopinata subito amici mei species offulsit; et decl. 12, 4. Undecumque offulsit lucrum. His omnib. loc. al. effulsit, aut affulsit agnoscunt.

OFFULSUS. V. OFFULCIO.

OFFUNDO et Obfundo, dis, udi, usum, a. 3. περιχέω, ἐπιχέω, ante, vel circum fundo, objicio, injicio. Pl. Asin. 1, 3, 64. Auceps quando concinnavit aream, offundit cibum. Cic. Acad. 4, 25, f. Ut piscibus aqua, sic nobis aer crassus offunditur. Sen. ep. 11. Rubor gravissimis quoque viris subitus offunditur. Cic. Fin. 3, 14. Obscuratur et offunditur luce solis lumen lucernae. Liv. 26, 45. Cum altitudo caliginem oculis offudisset. P Translate. Cic. N. D. 1, 3. Mirabile videri, eam nobis probatam esse philosophiam, quae lucem eriperet, et quasi noctem quandam rebus offunderet. Id. Tusc. 3, 34. Si quid tenebrarum offudit exsilium. Liv. 28, 29. Offundere omnium rerum terrorem oculis et auribus; et 10, 5. subitum pavorem incompositis; et 34, 6. errorem alicui; et 39, 15. Si omnia nudavero, ne nimium terroris offundam vobis ve-reor; et Cic. Marc. 4. Cum Marcelli lacrimas modo vobiscum viderem, omnium Marcellorum meum pectus memoria offudit, h. e. implevit, et affectit. Ap. Ascon. al. leg. effusa, et ap. Cic. effudit: quae non videntur commodam habere sententiam.

OFFUSCO. V. OBFUSCO.

OFFUSUS et Obfusus, a, um, part. ab offundo: περιχυνθῶς, ante, vel circum fusus. Cic. Univ. 14.

Ignis oculorum cum eo igne, qui est ob os, offusus, etc. Id. Rosc. Am. 22. Tanquam si offusa reipublicae sempiterna nox esset; et Tusc. 5, 2. Hic error, et haec indoctorum animis offusa caligo est. Tac. A. 11, 31. Offusus pavore. Phaedr. 2, 4. Terrore offuso. Val. Max. 2, 7, n. 6. Oculi clarissima in luce tenebris offusi. Liv. 2, 40. de Coriolano: Ut qui nec publica majestate in legatis, nec in sacerdotibus tanta offusa oculis animotis, nec in sacerdotibus tanta offusa oculis animotis, que religione motus esset. Ascon. in fine argum. or. Cic. pro Scaur. Magnopere judices movit squalore et lacrimis et aedilitatis offusa memoria.

OG

OGDŌAS, ādis, f. ὀγδοάς, octonarius numerus. Hieron. ep. 36, n. 9. Qui (psalmus) septem conficitur septimanis, et in principium ogdoadis erumpit. P Est item unus ex aeonibus ap. Tert. adv. Valent. 7. et 20. et Anim. 37.

OGGANNŌ. V. OBGANNŌ.

OGGERO et Obgero, is, essi, estum, a. 3. ἐπιπέρω, cumulate gero, ingero, apporto, injicio. Pl. Cist. 1, 1, 72. Amor amarum ad satietatem usque oggerit. Id. Truc. 1, 2, 8. Osculum alicui oggere.

*OGLASA, ae, insula Hetruriae Corsicaeque ad-jacens, hodie Monte Christo. Plin. 3, 6. B. A.

*OGULNIUS, i, m. nomen propr. Romanum, ap. Liv. 10, 6. et 39, 56. B. A.

OGYGES, is, et Ogygius, ii, et Ogygus, i, m. Ὀγύγης, ἴσως, rex Thebanorum, qui Boeotias Thebas condidit. Hujus aetate diluvium magnum fuit, de quo August. C. D. 18, 8. Quamquam Ogygius ipse quando fuerit, cujus temporibus etiam diluvium magnum factum est, non illud maximum, quo nulli homines evaserunt, nisi qui in arca esse potuerunt, quod gentium nec Graeca, nec Latina novit historia; sed tamen majus, quam postea tempore Deucalionis fuit, inter scriptores historiae non convenit; et paulo sup.: Minerva temporibus Ogygii, ad lacum, qui Tritonis dicitur, virginali apparuisse fertur aetate. Varr. fr. ap. eund. ib. 21, 8. Hoc factum Ogyge rege dicebant. Id. R. R. 3, 1. Vetustissimum oppidum Boeotiae Thebae, quod rex Ogyges aedificavit; et mox: Thebae, quae ante cataclysmum Ogygi conditae dicuntur. In MSS. August. pro Ogygius legitur Ogygus, Ogygi pro Ogygii, et Ogygo pro Ogyge. Sic ap. Fest. Ogygia moenia Attius in Diomede appellans, significat Thebas, quia eam urbem Ogygus condidisse traditur. Item ap. Varr. pro Ogyges al. leg. Ogygos. Porro genitivus Ogygi ap. eund. a recto quidem Ogyges potest descendere, sed ex consuetudine veterum Latinorum, ea ratione dictum est, qua Ulyssi dixerunt, et Achilli, et Persi, et Ariobarzani: quorum primum et secundum Virg., tertium Sall. fr., quartum Cic. Att. 13, 2. dixit. Alii tamen haec aliter explicant. V. ACHILLES. V. etiam, si lubet, Erythraeum in Ind. Virg., ubi rem totam copiose persequitur in voce Ulysses.

*OGYGIĀ, ae, f. insula. V. CALYPSO. P Item una de septem Amphionis Niobesque filiabus. Hyg. fab. 69. B. A.

OGYGIĀE, arum, m. plur. Thebani. Stat. Th. 2, 586. inde iterum densi glomerantur in unum Ogygiadae, firmantque gradum.

OGYGIUS, a, um, adj. Ὀγύγιος, ad Ogygem pertinens, Thebanus. Val. Fl. 8, 446. Ogygiae arces. Stat. Th. 2, 208. Ogygiae Thebae; et ib. 1, 173. Ogygiae res; et ib. 12, 664. Ogygius murus. Sen. Oedip. 589. populus. Sidon. carm. 16, 3. Ogygia chelys, h. e. Amphionis Thebarum regis. P Ogygius Deus est Bacchus, qui Thebis praecipue colebatur. Or. Her. 10, 48. (et Stat. Th. 5, 518.) Qualis ab Ogygia concita Baccha Deo. Lucan. 1, 675. Ogygius Lyaeus.

*OGYRIS, is, f. insula maris Erythraei, Carmaniae objecta, clara Erythra rege ibi sepulto. Melae 3, 8. Plin. 6, 28. Curt. 10, 1. Cf. Dionys. Perieg. 606. P De hodierna insula Ormuz intelligit Voss., de Mazira vero Hard. B. A. [*V. Tzschuck. ad Melae l. 1.]

OH

OH, o, oh, ah, ô, ô, interjectio, qua utimur, ubi ex intervallo notos videmus, comicis usitata. Ter. Ad. 5, 6, 3. Oh, qui vocare? Al. scribunt o, ut sit simpliciter vocantis. P Est etiam admirantis cum contemptu quodam. Ter. Andr. 3, 5, 12. Oh, tibi ego ut credam furcifer? P Aliquando affirmantis cum quadam certitudine. Id. Ad. 3, 4, 38. Oh, quem egomet produxi. P Aliquando dolentis, et reprehendentis. Id. Heaut. 5, 3, 8. Oh iniquus es, qui me tacere de re tanta postules. P Aliquando dolentis, et depreheni. Pl. Cas. 2, 3, 19. oh perii! manifesto miser Tencor. P Aliquando exsultantis ob rem bene gestam. Id. Most. 1, 3, 86. Oh, probus homo sum! P Oh, oh, exsultantis est. Id. ib. 1, 4, 12. Oh, oh, ocellus es meus, tuus sum alumnus. Alii leg. ohoho conjunctim. Alii oh tantum. P Oh, oh, oh, ejulantis

est. Id. Capt. 2, 1, 6. oh, oh, oh. Lor. Ejulatione haud opus est.

OHE, ō, ōh, heus, interjectio vocantis simul et cum ira momentis. Pl. As. 2, 3, 4. Quis nostras sic frangit fores? ohe, inquam, si quid audis. Id. Aul. 1, 1, 16. Abscede: etiamnunc: etiamnunc: etiam, ohe. Id. Cas. 2, 3, 32. Ohe, jam satis, uxor, est: comprime te: nimium tinnis. Mart. 4, 91. Ohe, jam satis est, ohe libelle. Ter. Heaut. 5, 1, 6. Ohe, jam desine Deos uxor gratulando obtundere. Ubi Donat. interjectio est satietatem usque ad fastidium significans. Hor. Sat. 1, 5, 12. ohe, Jam satis est. P Ohe jam, ohe jam satis est, ohe jam desine. Id. Sat. 2, 5, 96. Importunus amat laudari? donec, ohe jam, Ad coelum manibus sublatis, dixerit; urge, et Crescentem tumidis infla sermonibus utrem. Adde Ter. Ad. 4, 7, 5. ubi Al. aliter leg.

OHO, interjectio admirantis aliquid fieri repente. Pl. Poen. 1, 2, 51. Oho, amabo, quid illuc non properas? Al. leg. ohe. P Aliquando agnoscentis cum gaudio. Pl. Ps. 4, 2, 32. oho, Polymachae-roplicades Purus putus est ipse. Al. leg. cho. OHOHO. V. OH.

O I

OILEUS, i, m. trisyll. Οἰλέως, unus ex Argonautis, filius Leodaci et Agrianomes Perseonis filiae. Hyg. fab. 14. P Item pater Ajacis, rex Locorum. Cic. Tusc. 3, 29., Hyg. fab. 114. et 116. et Serv. ad A. 1, 45. P Hinc ipse Ajax Oilei dicitur, et adjective Oileus, ad differentiam alterius Telamonii. Lucil. ap. Non. 2, 687. Nec mihi Oilei proferatur Ajax, quod Cassandram signo deripuit. Virg. l. c. Unius ob noxam et furias Ajacis Oilei. Ubi Serv.: Est Graeca figura τῆς πρώτης, ut si dicamus Aeneas Anchisae, et subaudiamus filius. Alii adjective accipiunt, ut ap. Cic. Or. 2, 66. Titio dicenti, se esse Cassandram, multos, inquit, possum tuos Ajaces Oileos nominare; et Or. Met. 12, 622. Non ea Tydides, non audet Oileos Ajax Poscere. Oileos, Οἰλέως, positione Graeca pro Oileus: quare etiam Oilius scribi hic posse, Heinsius putat. Fossius vero, qui Oileus legit, de Gram. 4, 9., diaeresin esse ait, soluta diphthongo in Οἰλέως, vel Οἰλέως, ut et in Ὀρφέως non semel factum legitur. P Ipse Ajax etiam Oileus absolute dictus est. Sen. Med. 660. Patrioque pendet crimine poenas, Fulmine et ponto moriens Oileus.

OILIADES, ae, m. Οἰλιάδης, Ajax Oilei filius. Sil. 14, 479. Qualis Oiliades, fulmen jaculante Minerva, etc. Al. leg. Oiliades.

OILIDES, ae, m. patron. Οἰλιδῆς, filius Oilei. Prop. 4, 1, 117. Victor Oilide rape nunc, et dilige vatem, Quam vetat avelli veste Minerva sua.

OISUS pro USUS. V. USUS.

OL

*OLABI, orum, populi Aethiopiae. Plin. 6, 30. B. A.

*OLACHAS, ae, fluvius Bithyniae. Plin. 35, 2. B. A.

*OLANE, es, et Olana, ae, unum ex Padi ostiis. Plin. 3, 16. V. VOLANE. B. A.

[OLARIONENSIS, e, adj. ad Olarionem pertinens, insulam Galliae Aquitaniae, nunc Oléron, quam Plin. 4, 19, 33. Uliarum vocat. Sidon. ep. 8, 6. med. Temperas insidiari Sepusculis Olarionensibus. F.]

*OLARSO, onis, urbs Hispaniae Tarraconensis maritima, cis Iberum flumen, in agro Vasconum. Plin. 3, 3, et 4, 20. B. A.

[OLAURENSIS, e, adj. ad Olaurum pertinens, Hispaniae Baeticae oppidum, nunc Lora. Inscr. ap. Mur. 1065, 5. L. Modius C. F. . . . us Olaurensis. F.]

OLAX, ācis, adj. olidus, olens. Capell. 1, 21. de Baccho: Hujus gressus incerti, atque olacis temeti madoribus implicati; et 2, 46. Acerram illam olacem aromatis refundens. Gloss. Isid. Olax, olidus.

*OLBIA, ae, f. Ὀλβία, i. e. fortunata, urbs Pamphyliæ, de qua Plin. 5, 27. P Alia, in Bithynia, postea Nicæa appellata. Id. 5, 32. P Alia, in Gallia Narbonensi. Mela 2, 5. P Alia, in Scythia Europæa sive Sarmatia, ad Borysthenem fluvium. Mela 2, 1. med. Plin. 4, 12. Dicta et Olbiopolis, teste Plin. ib. Itemque Miletopolis, quia a Milesiis condita. Id. ib. P Item urbs Sardiniae. Cic. Q. Fr. 2, 8. et Flor. 2, 2. B. A.

OLBIANUS, a, um, adj. ad Olbiam pertinens, Bithyniae oppidum, cujus Plin. 5, 32, 43. meminit. Mela 1, 19. Olbianus sinus: golfo d' Ismid.

OLBIENSIS, e, adj. ad Olbiam pertinens, maritimam Sardiniae urbem, cujus Cic. Q. Fr. 2, 8. meminit. Id. ib. 3. Olbiensis epistola, h. e. Olbia data. Liv. 27, 6. Olbiensis ager.

[OLBIOPOLITA, ae, comm. gen. ad Olbiopolin, seu Olbiam pertinens, Sarmatiae Europæae urbem, versus Borysthenis ostia, ideoque et Borysthenis appellatur a Mela 2, 1., qui minus recte Olbiam a Borysthenide distinguit; ejus meminit Plin. 4, 12, 26.: nunc aliis putatur esse Oczakow, alii Stromohil. Capitol. Anton. 9. Olbiopolitis contra Tauroscythas in Pontum auxilia misit. F.]

[OLBIUS, ii, m. Ὀλβίος, beatus, fortunatus. Est nomen serv. R. Inscr. ap. Grut. 1070, 1. Olbius Lib. F.]

*OLBONENENSES, ium, populi Liburniae, ab oppido quodam Olbona fortasse dicti. Plin. 3, 21. B. A.

OLCĀ, ae, f. gemma barbari nominis, e nigro, fulvoque, et candido placet. Plin. 37, 10, 65. sic leg. Hard. ex MSS.: nam alii orca.

*OLCĀDES, um, populi Hispaniae Tarraconensis, trans Iberum flumen. Liv. 31, 5. B. A.

[OLCINIATES, ium, m. plur. incolae Olcinii, urbis maritimae in Illyrico, quae nunc Dulcigno; eam tamen Plin. 3, 22, 26. Olchinium vocat, et antea Colchinium, quod a Colchis condita sit, appellatum fuisse, affirmat. Liv. 45, 26. Non solum liberos, sed etiam immunes fore Olciniatas, pronuntiavit. Olciniatus est accusat. plur. Graecae positionis pro Olciniates. Al. declinant Olciniatae, arum. F.]

OLEĀ, ae, f. ὀλεᾶ, arbor, quae olivam producit, quasi olea, a Graeca voce allata, ut oleum ab ἔλαιον. Cic. Div. 2, 6. Agricola cum flore oleae videt, baccam quoque se visurum putat. Or. Fast. 4, 741. Ure mares oleas, tedamque, herbasque Sabinas. P Sumitur saepe pro oleae fructu. Hor. Ep. 2, 1, 31. Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri. Quod proverbium usurpatur in eos, qui concessa negant, et manifesto falsa pro veris affirmant: nam et olea interius, et nux exterius partem osseam duramque habet. (Itali dicunt, negare il pajuolo in capo.) Varr. R. R. 2, 11. Coagulum magnitudine oleae. Cato R. R. 58. et 117. Oleas caducas, et albas condire; et 144. Oleam cogere, legere, stringere, verberare; et 145. faciendam locare, h. e. faciendum ex ea oleum. P Olearum genera Latinis, qui sedulo coluerunt, cognita enumerant Cato R. R. 6. et 7., Virg. G. 2, 86., Varr. R. R. 1, 24., Colum. 5, 8., Plin. 15, 7, 7., Pall. 3, 18. et Macr. Sat. 2, 16. Curam et colendi rationem persequitur ex Cat. Plin. 17, 18, 29. P Sacra fuit Minervae (ut est ap. Plin. 12, 1, 2.), quae ejus inventrix dicitur a Virg. G. 1, 18. V. Phaedr. 3, 17. et Serv. ad A. 8, 128. Hinc Atheniensium propria fuit arbor, qui sub tutela Minervae erant. Sen. Herc. Fur. 193. Te ramus oleae fronde gentili tegat, Theseu. P Fuit etiam symbolum pacis: unde pacem petentes oleae ramum praeferebant vittis circumdatum. Liv. 24, 30. et 29, 16., ubi ait proprium Graecorum hunc morem fuisse, et 30, 36., Virg. A. 8, 116. et 128. et Stat. Th. 12, 492. etc. P De coronis ex olea V. in OLEAGINUS. P In dativo plur. est oleis. Virg. G. 2, 420. Contra non ullo est oleis cultura. Oleabus dixit Cu. Gellius, sed reprehenditur a Charis. 1, 40. V. ASINA.

OLEACEUS, a, um, adj. ἔλαιος, oleosus. Plin. 35, 15, 51. Bitumen pingue, liquorisque oleacei. Hard. in MSS. nusquam se reperisse ait oleacei, sed in aliis aliud. P Item oleae similis. Plin. 21, 4, 10. Alia funditur e caule malvaceo, folia oleacea habente. Ita editio. vet. 1470. et 1472. ceterae, et Hard. habent folia oleae.

OLEAGINEUS, et

OLEAGINUS, a, um, adj. ἔλαιος, qui est ex olea arbore. Cato R. R. 48. Oleagineum seminarium. Varr. R. R. 1, 40. Oleaginea semina. Virg. G. 2, 31. Traditur et sicco radix oleagina ligno. Plin. 17, 18, 29. Taleas oleaginas tripedaneas facito. P Inter militares coronas postrema est oleaginea, qua uti solent, qui in proelio non fuerunt, sed triumphum procurant, ut Gell. 5, 6. docet. Quo pertinet illud Pauli ex Festo: Oleagineis coronis ministri triumphantium utebantur, quod Minerva Dea belli esse putabatur. Hinc Virg. G. 3, 21. de Caesare triumphante: Ipse caput tonsae foliis ornatus olivae Dona feram. Ea donati sunt etiam cives, qui pacis componendae et servandae in civitate fuissent auctores. Nep. Thras. 4. Huic pro tantis meritis honoris corona a populo data est, facta duabus virgulis oleaginis. P Praeterea etiam victores universim hujusmodi serito Athenis coronabantur, ut Plin. 15, 4, 5. tradit: item in minoribus triumphis ovantes: et turmae equitum Idib. Julii in transvectione. Id. ib. P Est etiam oleae similis. Colum. 3, 2. med. inter varia vitium genera oleagineam, seu oleaginiam enumerat. Plin. quoque oleagineam uam memorat, 14, 3, 4. n. 7. nuper, inquit, inventam, a similitudine olivae. P Item colorem olei habens. Plin. 37, 5, 20. Berylli oleagini.

OLEĀMEN, inis, et

OLEĀMENTUM, i, n. voces a Scrib. Comp. 222. et 269. usurpatae, quibus significatur aliquid ex oleo factum, v. gr. unguentum.

OLEĀRIS, e, adj. ad oleum pertinens. Oleares cotes, quae oleo perfunduntur, ut aquariae, quae aqua. Plin. 34, 14, 41.

OLEĀRIUS, a, um, adj. ad oleum pertinens, ἔλαιος. Plin. 32, 11, 53. Cochleae rotundae in usu oleario, h. e. ad oleum hauriendum, et decupulandum. Id. 15, 8, 8. Dolia olearia, et cados amurea imbui, ne bibant oleum. Cic. Sen. 16. et Cato R. R. 3. Cella vinaria, olearia. Scaevola Dig. 50, 4, 5. Olearii mercatores. Cato R. R. 18. Orbem olearium ex ulmo aut ex corylo, latum pedibus quatuor Punicanis coagmentis facito, h. e. tabulam rotundam ligneam, super qua olearum massa, quae premendae sunt, ponitur. P Olearius absolute est, qui oleum facit, aut vendit, ἔλαιος, ἔλαιοπώλης. Colum. 12, 50. Diligentes olearii. Pl. Capt. 3, 1, 29. Omnes compacto rem agunt, quasi in Velabro olearii. Adde Inscr. ap. Grut. 646, 8 et 9.

*OLEĀROS vel Olearus, Oliaros vel Oliarus, i, f. Ὀλέαρος, Ὀλλεαρος, maris Aegaei insula, una ex Cycladibus. Virg. A. 3, 126. Oc. Met. 7, 469. Plin. 4, 12. Mela 2, 7. B. A.

OLEASTELLUS, i, m. genus oleae Calabrae, ita dictae a similitudine oleastri. Colum. 12, 49. extr. P Item parvus frutex, cujus flos ligustrum. V. LIGISTRUM.

OLEASTER, stri, m. olea silvestris, ὀλλή, ὀλλεαρος. Gloss. Phil. Oleaster, ἄγγελαλα. Virg. G. 2, 182. Indicio est tractu surgens oleaster eodem Plurimus; et ib. 314. Infelix superat foliis oleaster amaris. Plin. 17, 18, 30. n. 2. Inseritur oleaster calamo, et inoculatione. Id. 16, 44, 89. Olympiae oleaster, ex quo primus Hercules coronatus est, et nunc custoditur religiose. Id. 15, 4, 5. Athenae victores olea coronant, Graeci vero oleastro Olympiae.

[OLEASTRENSIS, e, adj. ad Oleastrum pertinens, Hispaniae Baeticae urbem, quae ita videtur appellata a proximo luco oleastris consito. Urbis meminit Plin. 3, 1, 3. et luci Mela 3, 1. Hinc ap. Plin. 34, 17, 49. plumbum Oleastrense celebratur, quia ibidem magna copia effodiebatur. F.]

OLEĀTUS, a, um, part. ab inus. oleo: ἔλαιον, cum oleo factus, ut Pulvis oleatae ap. Coel. Aurel. Acut. 2, 37. med.

OLEFACIO, is, a. 3. idem ac olfacio, q. v. v. Not. Tir. p. 167. Olefacit, olefecit, olefactum. F.]

OLEITAS, atis, f. collectio olearum, et confectio olei, item oleae legendae tempus, olivitas. Cato R. R. 68. Ubi vindemia, et oleitas facta erit, prela extollito; et 144. Sese oleam non surripuisse ea oleitate ex fundo L. Manlii.

OLENIDES, ae, m. patronym. Oleni filius, Ὀλενίδης. Val. Fl. 3, 204. Phoeaque Oleniden, Lelegum qui pulsus ab oris, etc.

OLENIE, es, f. I. V. v. sq.

OLENIUS, a, um, adj. Ὀλένιος, ad Olenum pertinens, quae est urbs Achaiae, ap. Plin. 4, 5, 6. inter Patras, et Dymen: vel Aetoliae, seu Aeoliae, ap. Hyg. Astron. 2, 13. (sic enim ibi legendum moment critici Olenon in Aetolide, non in Aulide) de qua Sen. Troad. 826. Olenos tectis habitata raris. Ov. Fast. 5, 251. Quod petis, Oleniis, inquam, tibi missus ab arvis Flos dabit. P Capra Olenia in fabulis est capra Amalthaeae, circa Olenum nata et nutrita, quam ferunt Jovi puello lac praebuisse, ob idque inter astra translata. V. AMALTHAEA. Ov. Fast. 5, 113. Nascitur Olenia sidus pluviale capellae. Id. Her. 18, 188. quid cum mihi laeserit aequor Plias, et Arctophylax, Oleniumque pecus? Stat. Th. 6, 423. nec Oleniis manant tot cornibus imbres. Id. ib. 3, 25. Olenium astrum. P A Manil. dicitur Olenie, es, capra Olenia, 5, 130. P Olenius dictus est Tydeus, cui patria Calydon Aetoliae urbs. Stat. Th. 1, 402. et ib. 2, 541.

OLENS, entis, part. ab oleo: odoratus, odorifer, odoratus, ἔωδης. Ov. A. Am. 1, 95. Aut ut apes saltusque suos, et olentia nactae Pasceat. Id. Met. 10, 729. olentes mentae. Stat. Th. 12, 622. olens Hymettus. Id. Silo. 1, 2, 21. thymbra. Juven. 14, 269. saccus, h. e. aromatum plenus. P Saepius est male olens, putidus, ὀνοώδης. Pl. Men. 5, 2, 111. Hunc proteram lenonem olentem, edentulum. Virg. G. 2, 134. animas, et olentia Medi Ora fovent illo. Hor. Sat. 1, 2, 30. olente in fornice stantem. Id. Od. 1, 17, 7. Olentis uxores mariti, h. e. hirci. Or. Pont. 2, 10, 25. et olentia stagna Palici, h. e. olentia sulphure, ut Id. ait Met. 5, 405. Lucan. 7, 821. olentes agri, h. e. inhumatis cadaveribus. P Translate. Auct. dial. de Or. 22. f. Quaedam procul arceantur, ut jam obliterata et olentia, h. e. quasi situm et mucorem redolentia.

OLENTIA, ae, f. odor. Tert. adv. Marc. 2, 22. Suavis olentia gratiae.

OLENTICA, orum, n. plur. oleta, loca mali odoris. Paul. ex Festo.

OLENTICETUM, i, n. sterquilinum. Translate locus immundus. Claud. Mamert. Stat. anim. 2, 9. Cernas hinc alios situ foetutinarum turpium ex olenticetis suis ac tenebris cloacae ventris, et oris inhalare sentinam. Appul. Apol. Nocens lingua semper in foetutinis et olenticetis suis jaceat. Alii leg. oleticetis, ab oletum.

[OLENUS, i, m. Ὀλένος, viri nomen, qui Le-

thaeam duxit uxorem eximia pulcritudine, adeo superbam, ut se Deabus praeferret. Ceterum Deae iratae cum de Lethaea supplicium sumere vellent, Olenus in se culpam uxoris transferre ausus, una cum eadem in lapidem conversus fuit. *Ov. Met.* 10, 69. F.]

OLEO, es, lui, (et olei in compositis) n. 2. ἔλαιον, [*ὄδιον, unde originem ducere videtur. Cf. *Doederl.* 3, 127. sq.] odorem spiro, redoleo. Tum de bono, tum de malo odore dicitur. [Praevalet tamen mali odoris notio.] *Pl. Most.* 1, 3, 120. cum una multa iura confundit cocus, Quid oleant, nescias, nisi id unum, ut male olere intelligas. *Cic. Att.* 2, 1. Mulieres ideo bene olere, quia nihil elebant, videbantur. *Hor. Ep.* 1, 10, 19. Detervius Libycis olet, aut nitet herba lapillis? et *ib.* 19, 5. Vina fere dulces oluerunt mane Camenae. *Cic. Or.* 3, 25. Unguentum magis laudari, quod ceram, quam quod crocum olere videatur. *Ter. Ad.* 1, 2, 37. Obsonat, potat, olet unguenta de meo. *Prop.* 4, 7, 32. Cur nardo flammae non oluerit meae? *Or. Her.* 15, 76. Non Arabo noster rore capillus olet. *Id. Met.* 5, 405. Perque lacus altos, et olentia sulphure fertur Stagna Palicorum. *Ulp. Dig.* 21, 1, 12. Is, cui os oleat, an sanus sit, quaesitum est. Adde *Mart.* 12, 86. et V. OLENS. P Translate est indicare, prodere. *Cic. Or.* 45. f. Quid illud? non olet, unde sit? *Id. Or.* 3, 12. Quaedam certa vox Romani generis urbisque propria, in qua nihil sonare, aut olere peregrinum possit. *Id. N. D.* 1, 26. Epicurus nihil olet ex Academia, nihil ex Lyceo, nihil ne e puerilibus quidem disciplinis. *Id. Rosc. Com.* 7. Supercilia illa penitus abrasa olere malitiam, et clamitare calliditatem videntur. *Varr. L. L.* 4, 10. f. Sabinorum linguam olent. *Quint.* 8, 1. f. Et verba et vox hujus alumnus urbis oleant, ut oratio plane Romana videatur, non civitate donata. *Pl. Men.* 1, 2, 59. Olfacta, quid olet? *Pe. furtum, scortum, prandium.* *Id. Aul.* 2, 2, 39. Aurum huic olet, h. e. quasi odore se prodit. P Non bene olet, qui bene semper olet ab *Hieron. ep.* 130. n. 19. tribuitur *Petr.*: sed habetur etiam ap. *Mart.* 2, 12., et dicitur de iis, quibus cum vel corpus morbo aliquo, vel vitii foeteat animus, exquisitior cultu utuntur. P *Olo, is*, in 3. conjugat. *Pl. Poen.* 1, 2, 56. Quae tibi olant stabulum, sellam, etc. Adde *fragm. ap. Diomed.* 1, 378., *Afran. et Pomp. ap. Non.* 2, 603. Sic in illo *Pl. Most.* 1, 1, 41. Non omnes possunt olere unguenta exotica, Ut tu oles. *Prisc.* 8, 838. et 9, 866. vult olere paenultima correpta dici, ut constat iambici metri ratio.

OLEOSUS, a, um, adj. ἐλαώδης, oleo plenus, vel pinguis ad similitudinem olei. *Plin.* 27, 12, 81. de myagro herba: Semen oleosum. *Id.* 28, 9, 35. Quod supernat, butyrum est, oleosum natura.

OLERACEUS, a, um, adj. oleri similis. *Plin.* 26, 8, 53. Hypericon oleraceo frutice, tenui, cubitali.

OLERARIUM, i, n. λαχανάριον. *Gloss. Vet. B. A.*

[OLÉRATOR, oris, m. olitor, qui olera vendit. *Gloss. Phil. Olerator, λαχανοπώλης. F.*]

OLERO, as, avi, atum, a. 1. olera semino. *Cn. Mattius ap. Prisc.* 6, 722. Meos hortulos plus sterco, quam olero.

OLESCO, is, n. 3. cresco, adoleo. *Lucr.* 2, 1128. Donicum olenscendi summum tetigere cacumen. Plerique al. leg. *olenscendi*. Sed *olenscendi* legisse etiam *Nonium* 4, 44. quidam putant. *Fest.* in *Suboles*: Suboles ab olenscendo, id est crescendo dictae.

OLETICETUM. V. OLENTICETUM f.

OLETO, as, a. 1. inquino, conspurco, olidum facio. *Front. Aquaed.* 97. In iisdem legibus adjectum est ita: Ne quis aquam oletato dolo malo, ubi publice saliet. Si quis oletarit, sestertiorum X. milia multa esto. Oletato videtur esse olidam facio. Haec *Front.*

OLETUM, i, n. ἐλαιόν, olivatum, locus oleis consitus: ab olea. *Cato R. R.* 1. De omnibus agris vinea est prima, secundo loco hortus irriguus, tertio salicium, quarto oletum, quinto pratium. Adde *ib.* 3, 6. et 61. P Item locus mali odoris: ab oleo, es: ut ubi cacatur, et mejitur, et metonymice sterco, aut urina hominis, unde malus odor existit. *Festus*: Oletum, sterco humanum. *Veranius*: Sacerdotula in sacrario Martiali fecit oletum. *Pers.* 1, 112. hic, inquis, veto, quisquam faxit oletum. Pinge duos angues: pueri, sacer est locus, extra Mejite. V. OLOR.

OLEUM, i, n. ἔλαιον, pinguis liquor olivae. *Cic. Sen.* 11. Instillate oleum lumini. *Hor. Sat.* 2, 3, 125. Caules ungere oleo meliore. *Virg. A.* 5, 135. juvenus Nudatos humeros oleo perfusa nitescit. *Or. Trist.* 3, 12, 21. ubi perfusa est oleo labente juvenus. *Colum.* 12, 50. in. docet, triplicis generis oleum fieri, acerbum, quod et aestivum, quia ante initium Decembris ex oleis immaturis; viride circa mensem eundem ex oleis non permaturis; maturum ex nigris post Decembrem: optima nota esse viride. P *Oleo tranquillior*, prov. de leni, minimeque iracundo, quia omnium liquorum lenissimum

oleum est. *Pl. Poen.* 5, 4, 66. Ita hanc canem faciam tibi oleo tranquillior. P *Oleum et operam perdere*, aliud de iis, qui sumptum et laborem incassum impendunt, et frustra conantur: ductum, opinor, a lucubrantibus: vel a coquis, qui cum cibos corruperint, et condimentum, et laborem perdere: vel denique a palaestritis, qui inungebant nudata corpora, antequam sese luctae committerent. V. infra. *Cic. Fam.* 7, 1. et *Pl. Poen.* 1, 2, 119. Sic *Cic. Att.* 2, 17. Haec non deslebimus, ne et opera et oleum philologiae nostrae perierit. Ad lucubrationem certe referuntur illa *ejusd. ib.* 13, 28. Ante lucem cum scriberem contra Epicureos, de eodem oleo et opera exaravi nescio quid ad te. *Juven.* 7, 98. Vester porro labor fecundior, historicorum Scriptores: petit hic plus temporis, atque olei plus. P *Oleum camino addere*, aliud, de quo V. in CAMINUS. P Olei conficiendi rationem tradit accurate *Colum.* 12, 50. Adde *Cat. R. R.* 64. et *sqq.*, *Varr. R. R.* 1, 55. et *Plin.* 15, 6, 6. P Olei usus fuit maxime in palaestra. Ungebantur enim ut firmiores essent, et ut adversarii manibus facilius elaberentur. Hinc metonymice pro palaestra ponitur. *Catull.* 63, 65. Ego gymnasii fui flos, ego eram decus olei. *Cic. Or.* 1, 18. Nitidum quoddam genus est verborum, et laetum, sed palaestrae magis et olei, quam hujus civilis turbae ac fori, h. e. contentionis, disputationis, quasque palaestrae litterariae. P Olei ficticii plura sunt genera, nempe liquoris olei similis ex variis rebus expressi. Recenset ea *Plin.* 15, 7, 7. P *Oleum vivum*, et absolute oleum vocatur id, quod Itali nunc *petrolio* dicunt. *Grat. Cyn.* 434. Vulcano conducta domus, quam subter eunti Stagna sedent, venis oleoque madentia vivo. *Hieron.* in *Chron.* ad ann. U. C. DCCLIII. E taberna meritoria trans Tiberim oleum terra erupit, fluxitque toto die sine intermissione.

OLFACIO, is, eci, actum, a. 3. ὀσφραίνω, odoror, odorem percipio: est per synecop. pro *olefacio*; hoc autem pro *olefacio*, (ab odor et facio) quo veteres uti sunt, *Festo* teste. *Cic. Tusc.* 5, 38. Quidam disputant, quae aspectu percipiuntur, ea non versari in oculorum ulla jucunditate, ut ea, quae gustemus, olfaciamus, tractemus, audiamus. *Verburg.* reperit *olefaciamus* in quodam MS. *Catull.* 13, 13. Quod (unguentum) tu cum olfacies, Deos rogabis, Totum ut te faciant, Fabulle, nam. *Plin.* 11, 37, 50. Delphini sagacissime olfaciunt. P *Olfacere labra lacte*, imbueri sapore lactis, per catachresin. *Varr. R. R.* 2, 2. f. Si agnus ad matris mammam non accedet, admoveere oportet, et labra agni ungere butyro, aut adipe suilla, et olfacere labra lacte. V. labra repetitum videtur a *Varrone* non esse. P Translate est praesentire, deprehendere. *Cic. Agr.* 1, 4. Quisnam tam abstrusus usquam nummus videtur, quem non architecti hujusce legis olfecerint? *Ter. Ad.* 3, 4, 32. (al. 3, 3, 42.) Non sex totis mensibus olfecissem, Priusquam ille quidquam coeperit? *Petr. Sat.* 93. Si aliquis ex his nomen poetae olfecerit, totam concitavit viciniam. P Part. *Olfaciens* ap. *Paul. Nol. carm.* 27, 346. (sus) olfaciens motando dat oscula rostro. *Olfaciendus* ap. *Plin.* 20, 13, 51. Dederunt (rutae succum) lethargicis ex aceto olfaciendum.

OLFACTATRIX. V. OLFATRIX.

OLFACTATUS, a, um, part. ab *olfacto*, saepe olfactus. *Plin.* 28, 16, 63. Membrana partus asinarum, olfactata accedente morbo comitialium, resistit.

OLFACTO, as, avi, atum, a. 1. saepe olfacio, et olfacio simpliciter. *Pl. Men.* 1, 2, 56. Summum me olfactare oportet vestimentum. *Plin.* 18, 35, 88. Boves coelum olfactantes. *Id.* 20, 14, 54. Pulegii ramum in tertianis olfactandum dari.

[OLFACTORIA, ae, f. idem ac olfactorium. *Front. de oration.* (ed. A. Maio) ep. 1. med. Refricant eandem unam sententiam saepius quam puellae olfactoriae sucina. Fortasse legendum *olfactoria*, ita ut sit ab adj. *olfactorius*, a, um. F.]

OLFACTORIOLUM, i, n. dimin. olfactorii. *Isid. Or.* 19, 31. Olfactoriola vascula sunt muliebrina, in quibus odoramenta gestantur. *Hieron.* 2. in *Isaj.* 3, 18. Describit et olfactoriola, ut Christi bonus odor simus. F.]

OLFACTORIUM, ii, n. florum, vel odorum fasciculus, olfactus gratia, ὀσφρανήριον. *Plin.* 30, 11, 29. Sicut et lethargum olfactorii excitari. *Id.* 20, 9, 36. Brassicae aridae farina in olfactorio collecta. V. RETICULUM.

OLFACTRIX, icis, f. quae olfacit. Sic *Plin.* 17, 24, 37. n. 10. vocat vitem, quae raphanum, et laurum odore sentit, et ab eis recedit. Ita legit *Hard.* ex MSS. Alii *olfactatrix*.

OLFACTUS, a, um, part. ab *olfacio*, ὀσφραίνω, olfaciendo perceptus. *Plin.* 23, 8, 80. Laurus folia trita, olfactaque subinde, pestilentiae contagia prohibent. *Id.* 20, 17, 71. Gith distillationem narium discutit tusum in linteolo, olfactum.

OLFACTUS, us, m. ὀσφραίνω, actus olfaciendi. [De discrimine inter *olfactus* et *odoratus* v. in h. v.] *Plin.* 21, 21, 89. de thymo: Datur et comitialibus, quos correptos olfactus excitat thymi. *Id.*

32, 3, 13. Testes fibris sternutamenta olfactu movent. P Item ipsa odorandi facultas, et sensus. *Plin.* 11, 37, 50. Delphini nec olfactus vestigia habent, cum olfaciant sagacissime. *Id.* 10, 70, 90. Piscibus olfactum esse, manifeste patet, quippe non omnes eadem esca capiuntur, et priusquam appetant, odorantur.

OLFICUS. V. ALPHICUS.

OLIDUS, a, um, adj. ὀλιώδης, qui male olet. V. OLOR. *Hor. Ep.* 1, 5, 29. Sed nimis arcta premunt olidae convivia caprae. *Petr. Sat.* 21. Nos basiis olidissimis inquinavit. *Suet. Tib.* 45. Hirsutus, atque olidus senex. *Plin.* 25, 5, 18. Succum olidis auribus instillare. *Mart.* 10, 37. olida vulpes. *Id.* 1, 50. olidae vestes muricae. V. MUREX. P Item odoratus. *Colum.* 12, 17. Acetum in vasa picata bene olida diffunditur; et *ib.* 38. Vinum purgatur, et in amphoras bene picatas, et bene olidas diffunditur. P Item simpliciter olens. *Rutil. Itin.* 1, 624. Atque olidum doctas nosse cubile canes.

OLIGOCHRONIUS, a, um, adj. ὀλιγοχρόνιος, qui brevem vitam vivit. Graeca vox, ab ὀλιγός, paucus, brevis, et χρόνος, tempus. *Firm. Math.* 3, 5. et *ib.* 4, 1 et 8.

OLIM, adv. πάλαι, quodam tempore, quondam: et refertur ad tempus praeteritum, sive longinquum, sive proximum. *Pl. Stich.* 4, 1, 33. fuit olim senex: ei filiae Duae erant, etc. *Cic. Att.* 10, 1. Qui mihi, quod saepe soleo recordari, dixit olim, etc. *Id. Or.* 2, 43. Sic enim olim loquebantur. *Id. Att.* 6, 2. med. Ante lucem inambulabam domi, ut olim candidatus; et *ib.* 12, 39. Si essent ullae necessariae litterae, ut erant olim, cum, etc. *Suet. Dom.* 8. Corneliā absolutam olim, dehinc longo intervallo repetitam atque convictam, defodi imperavit. *Tac. H.* 1, 67. Gens olim armis virisque, mox memoria nominis clara. *Cic. Div.* 2, 25. Quid ostenta aut Lacedaemonios olim, vel nuper nostros adjuverunt? *Sall. or. Philippi contra Lepid.* Tumultum ex tumultu serunt, Saturnini olim, post Sulpicii, dein Marii, nunc Lepidi satellites. P Pro nuper. *Cic. Fam.* 15, 20. Cum ad amorem meum aliquid quantum olim discedens addidisti. *Ter. Andr.* 3, 3, 13. Alium esse censes nunc me, atque olim, cum dabam? P Pleonasmus est in illo *ejusd. Eun.* 2, 2, 15. Olim isti fuit generi quondam quaestus apud saeculum prius. *Plin.* 3, 5, 9. Oppidum Formiae, Hormiae prius olim dictum. P Pro jamdudum, jampridem. *Plin. alter ep.* 8, 9. Olim non librum in manus, non stilum sumpsit: olim nescio, quid sit otium, quid quies. *Sic Sen. ep.* 77. Olim jam nec perit quidquam mihi, nec acquiritur. *Juven.* 6, 345. Audio, quid veteres olim moneatis amici. *Sic Suet. Aug.* 30. Alveum Tiberis laxavit, ac repurgavit completum olim ruderibus. *Petr. Sat.* 22. Syri illi stertere, tanquam olim dormientes, coeperunt. *Lucan.* 5, 769. nonne olim casu pendemus ab uno? Al. leg. non olim casu pendemus ab uno, h. e. non olim modo, sed etiam nunc. [Ita *Cort.*, quem v. in *ed. Weberi.* — Ceterum particulam olim hac significatione saepissime inter omnes usurpat *Tac.* Ita *Ann.* 13, 15. Olim provisum erat; 14, 15. moribus olim corruptis. Plura v. ap. *Boettich.* in *Lex. Tac.* p. 331. cf. *Schwarz.* ad *Plin. Pan.* 24, 1. et *Juven.* 4, 96. 6, 346. 9, 17.] P *Olim furor* ap. *Catull.* 68, 129. et *olim amicitias*, 94, 4. et *olim annis* ap. *Val. Fl.* 1, 53. dicta quidam putant per *ἴψ' ἔρ*, h. e. οἱ πάλαι θυμοῖ, αἱ πάλαι φιλαί, τὰ πάλαι ἔρη: quae ratione dixit *Virg.* ante malorum, *Ter. Andr.* 1, 2, 4. semper lenitas, *Prop.* 1, 22, 2. semper amicitia. V. HYPHEN. In *Catulli* tamen l. c. sunt qui melius leg. *horum furor*. P Refertur etiam ad tempus futurum, pro aliquando, posthac. *Quint.* 10, 1. med. Sunt clari hodieque, et qui olim nominabuntur. *Plin. Pan.* 15. Verum haec olim: in praesentia quidem, etc. *Virg. A.* 4, 625. Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor, Qui face Dardanio ferroque sequare colonos Nunc, olim, quocumque dabunt se tempore vires. *Phaedr.* 4, 10. Olim cum adscriptus venerit poenae dies. *Hor. Od.* 2, 10, 17. non, si male nunc, et olim Sic erit. *Ov. Am.* 3, 11, 7. dolor hic ubi proderit olim. *Hor. Sat.* 1, 6, 85. Nec timuit, sibi ne vitio quis verteret olim, Si, etc. *Tibull.* 3, 5, 23. Elysios olim liceat cognoscere campos. Adde *Lucil.*, *Turpil.* et *Afran.* ap. *Non.* 4, 333. P Interdum ponitur pro quando, tunc, sequente cum aut ubi. *Pl. Truc.* 1, 1, 45. nunc lenonum plus est fere, Quam olim muscarum est, cum caletur maxime. (Adde *Mil.* 1, 1, 1. et *Poen.* 1, 2, 142. et *Trin.* 2, 4, 122.) *Hor. Sat.* 2, 3, 60. Non magis audierit, quam Fufius ebrius olim, Cum Iliom edormit. *Virg. A.* 5, 125. de scopulo: tumidis submersum tunditur olim fluctibus, hiberni condunt ubi sidera cori: Tranquillo silet. P Item pro aliquando, nullo designato tempore. *Hor. Sat.* 1, 1, 25. ut pueris olim dant crustula blandi Doctores, elementa velint ut discere prima. *Virg. A.* 8, 391. Non secus atque olim tonitru cum rupta corusco Ignea rima micans percurrit lumine nimbus. *Serv.* exponit, Fere, ut solet. P Item pro unquam. *Pl. Asin.* 3, 3, 128. An quid est olim salute melius? P Si olim, si quando, si unquam. *Virg.*

Ecl. 10, 33. o mihi tum quam molliter ossa quiescant, Vestra meos olim si fistula dicat amores!

*OLINTIGI, opp. Hispaniae Baeticae. *Mela* 3, 1. *med.* B. A.

[OLIPOR, oris, m. Oli, sive Auli puer. V. POR. Ita est appellatus Auli servus, antequam manu mitteretur: hujusmodi nomen, ut mos erat, in liberti cogn. evasit. *Inscr.* ap. *Mur.* 154, 2. A. Caecilii A. L. Oliporis, etc. F.]

OLISIPONENSIS, e, adj. ad Olisiponem pertinet, quae est urbs Hispaniae in ora occidentali, in Lusitana provincia, in ora Tagi fluminis, nunc *Lisbona*. *Plin.* 4, 22, 35. et 8, 42, 67. Hinc Olisiponensis ager. *Id.* 37, 7, 25. Olisiponense promontorium, *Id.* 4, 21, 35. P. *Olisiponenses*, ium sunt illius urbis incolae. *Id.* 9, 5, 4. P. Sunt qui scribunt *Olyssipo*, et *Olyssiponensis*: fabulantur enim *Solin.* 23. et *Capell.* 6, 202. ab Ulyssae conditam. Sed contra sunt veteres *Inscriptt.* ap. *Grut.* 252, 5., 261, 6., 273, 2. et 901, 17. etc.

OLITOR, oris, m. κηπουρός, λαχανοπώλης, qui olerum hortum exercet, et olera vendit. *Varr.* L. 5, 3. *med.* Vinalia rustica dicuntur ante diem XII. cal. Sept., quod tum Veneri dedicata aedes, et horti ejus tutelae assignantur, ac tum sunt feriati olitores. *Plin.* 19, 5, 23. Pensiles cucumerum hortos promoventibus in solem rotis olitoribus. *Colum.* 10, 228. Quae (carmina) canat inter opus, Musa modulante, putator Pendulus arbutis, olitor viridantibus hortis. *Id.* et c. l. 10. et 11, 3. olitoris curam et officia fuse describit. P. Scribitur et *holitor*. V. OLUS.

OLITORIUS, a, um, adj. κηπουρικός, ad olitorum, et hortum pertinens. *Liv.* 21, 62. Olitorium forum, h. e. ubi olera venduntur. *Ulp. Dig.* 50, 16, 198. Olitorii horti. *Plin.* 19, 8, 38. Lactucae genus lati caulis, adeo ut ostiola olitoria ex his factitari prodiderint. P. Scribitur et *holitorius*. V. OLUS.

OLIVA, ae, f. ἔλαια, fructus oleae. *Plin.* 15, 3, 3. Olivae constant nucleo, oleo, carne, amurca: et *mox*: Suus olivae succus oleum est: idque praecipue ex immaturis intelligimus. *Colum.* 2, 22. Olivae conditui legere. *Hor. Epod.* 2, 55. lecta de pinguis Oliva ramis arborum. P. Item ipsa arbor. *Cic. N. D.* 2, 8. Si ex oliva modulate canentes tibiae nascerentur. *Virg. Ecl.* 8, 16. Incumbens tereti Damon sic coepit olivae. *Id.* 6, 2, 425. pinguem, et placitam paci nutritor olivam. V. OLEAGINEUS, ubi et de coronis ex oliva dictum est. P. Fuit sacra Minervae. V. OLEA. P. *Ad Olivam locus fuit Mauretaniae Caesariensis. *Ant. Itin.* B. A.

OLIVANS, antis, part. ab inus. olivo: olivas colligens. *Plin.* 15, 3, 3. Olivantis lex antiquissima fuit: oleam ne stringito, neve verberato.

OLIVARIUS, a, um, adj. ἔλαιος, ad olivam pertinens, olearius. *Colum.* 12, 49. *extr.* Olivariae metretae. *Al. leg. oleariae.* *Pomp. Dig.* 33, 7, 21. Molae olivariae.

OLIVETA, ae, f. olivitas. *Fest.* V. OLIVINA.

OLIVETUM, i, n. ἔλαιον, locus olivis consitus, oletum. *Cic. N. D.* 3, 36. Vineta, segetes, oliveta. *In tabula auctionis ap. eund.* *Agr.* 2, 25. Jugera CC., in quibus olivetum fieri potest. *Plin.* 17, 18, 30. Olivetum putare. *Colum.* 5, 9. *med.* Meminisse convenit veteris proverbii, eum, qui ariet olivetum, rogare fructum; qui stercoret, exorare; qui caedat, cogere.

OLIVIFER, ra, rum, adj. ἔλαιόφορος, olivarum arborum ferax. *Virg. A.* 7, 711. oliviferaeque Mutuscae. *Ov. Fast.* 3, 151. Primus oliviferis Roman deductus ab arvis Pompilius, h. e. Sabinis. *Mart.* 12, 99. Olivifera corona, h. e. ex oliva. *Stat. Th.* 4, 227. et oliviferi Eurotae Dura manus. Alii leg. *oloriferi*, nam Eurotas a *Theognide* v. 789. dicitur ὀλιβοφόρος, arundinifer, quales amnes amant olores. Sed *Virg. Ecl.* 6, 83. lauros ad Eurotam memorat.

OLIVINA, ae, f. reditus olei, vel olei maxima copia, vel cella olivaria. *Pl. Ps.* 1, 2, 76. Cujus amatores domi olivinam habent maximam. Alii rectius leg. *olivi dynamin domi habent maximam*. Est autem *dynamis* Graece δύναμις, vis, copia. Alii *olivitam*, sc. pro *olivetam*, seu *olivitatem*, de qua *Festus*: Olivetam antiqui dicebant, cum olea colligebatur; ut messem, cum frumenta; vindemiam, cum uva.

OLIVITAS, atis, f. olivarum proventus, collectio, et legendarum tempus, oleitas. *Varr.* ap. *Non.* 2, 611. Omnis cum lucerna combusta est in lucubrando, olivitasque consumpta est. *Colum.* 1, 1. Regiones, mitigato frigore, largissimis olivitatibus, Liberieque vindemiis exuberant. *Id.* 12, 50. Media est olivitas plerumque initium mensis Decembris.

OLIVITOR, oris, m. qui olivas arbores colit. *Sidon.* ep. 2, 9. Colles exercentur vinitori, et olivitori. *Appul. Flor.* n. 15. Ager fecundior oliveto, nec vinitori, nec olivitori scalpitur. *Al.* rectius leg. *olitori*.

*OLIVULA, ae, f. portus Liguria, medio inter

Portum Herculis Monoeci Nicaeamque loco. *Ant. Itin.* B. A.

OLIVUM, i, n. ἔλαιον, oleum ex olivis. Vox fere poetica. *Lucr.* 2, 391. subito per colum vina videmus Perfluere: at contra tardum cunctatur olivum. *Virg. Ecl.* 5, 68. Craterasque duo statuum tibi pinguis olivi. *Hor. Sat.* 2, 4, 50. pisces perfundere olivo. *Val. Fl.* 6, 358. bovis exuvias multo frangere olivo. *Ov. Met.* 10, 176. Corpora veste levant, et succo pinguis olivi Splendescunt. *Adde Pl. Ps.* 1, 3, 67., *Mart.* 4, 90., *Sil.* 14, 137., *Pers.* 2, 64. etc. Prosa scriptorem, qui usurpaverit, praeter *Appul. Met.* 9., inveni adhuc neminem. P. Pro unguento *Catull.* 6, 8. Sertis, ac Syrio fragrans olivo. *Prop.* 3, 15, 31. Levis odorato cervix manabit olivo.

*OLIZON, onis, Ὀλιζών, Thessaliae opp., in Magnesia. *Plin.* 4, 9. B. A.

OLLĀ, ae, f. ζῆτος, vas plerumque fictile ad coquendum, aut servandum: cujus varios usus ex subjectis exemplis colliges, et ex iis, quae in AULLA, quae idem significat, dicta sunt. *Varr.* ap. *Non.* 15, 1. Oculis observare ollam pultis, ne aduratur. *Cic. Fam.* 9, 18. Ollam denariorum implere. *Colum.* 22, 43. f. Ternae, aut etiam quaternae uvae; pro capacitate vasorum, in ollas demittuntur; et f. Bibulas, aut male coctas ollas emere. *Id.* 8, 8. Olla fictilis. *Inscr.* ap. *Mur.* 917, 11. Olla ossuaria. *Mart.* 12, 32. plena turpi olla resina, Summoenianae qua pilantur uxores. *Plin.* 37, 10, 54. Achates in olla plena olei cocta. *Id.* 30, 9, 23. Sal cum vipera crematum in olla nova. *Id.* 17, 10, 11. Pineae seruntur nucleis septenis fere in ollas perforatas additis. *Id.* 15, 22, 24. Noces conditas ollis in terra servari virides. P. Etiam ex aere ollae fiebant. *Avien. fab.* 11. Arripiens (flumen) geminas ripis cedentibus ollas, Aere prior fusa est, altera ficta luto. V. OLLARIUS. P. Saepae fit mentio ollarum sepulchralium, quibus pauperiorum cineres condebantur, in *vet. Inscr.*, ut ap. *Grut.* 865, 10. Claudia Aphrodisia V. A. XXV. L. Antonius Pothus ollam cum titulo benemerenti; et 883, 15. Ita decreverunt locum L. Sempronii O. L. Hilari, et ollas V. dari, adsignari, etc. Ap. *Reines.* cl. 16. n. 53. Cn. Manlius Sotericus fecit scholam ollarum XX. sibi et suis, h. e. sepulchrum et in eo ollas viginti. V. SCHOLA f. P. *Feret olla, vivit amicitia, ζῆτι χρεία, ζῆτι φίλα*, proverbium de parasitis, qui eo usque colunt aliquem, dum coeundi apud illum locus est. *Petr. fragm. Trag.* 38. *Burm.* Sociorum olla male fervet, et ubi semel fere de malo dicitur. *Appul. Met.* 1. Ille olore spurcissimi humoris perfusus; et *mox*: Causas coepit hujus oloris comiter inquirere. *Arnob.* 2, 85. Ut non alios saporis, alios olores, alios colores habere debuerint. *Al. leg. olores*; et *mox*: Amara sunt elementa, vel dulcia? odoris sunt alicujus, vel oloris. *Al. rectius leg. coloris*. Etiam ap. *Pall.* 1, 19 et 33. in MSS. legitur *olor*: in editis non item.

OLLARIFER, ra, um, adj. *Claud. ep. ad Seren.* 12. Cynus oloriferi venit ab amne Padi, h. e. ubi plures olores habitant. V. OLIVIFER.

OLLARINUS, a, um, adj. ad olorem pertinens. *Virg. A.* 10, 187. Olorinae pennae. *Ov. Met.* 10, 718. alae. *Stat. Silv.* 3, 4, 45. de Venere: leves secum ipsa per auras Tollit, olorinaeque jubet considere biga. *Plin.* 37, 10, 59. Gasidanem (gemnam) Medi mittunt, coloris olorini, h. e. albi. *Hard. leg. orobini*. [*Inscr.* ap. *Grut.* 99, 3. Munus olorino de Jove Leda dedit. *Fabrett.* corrigat *tulit pro dedit*, scil. de Jove in cyenum converso. F.] [OLOSERICUS, a, um, adj. idem ac holosericus. Ita porro sine adspiratione scribitur in *Edict. Diocl. l. c.* in APERTURA. F.]

OLOSTRAE, arum, m. plur. Indorum gens. *Lucan.* 3, 249. Tum furor extremos movit Romanus Olostras. *Adde Plin.* 6, 20, 23. Ap. *Lucan.* al. aliter leg.

[OLPE, es, f. ὄλη, lecythus, ampulla olearia. Est nomen servile R. *Inscr.* ap. *Mur.* 1195, 7. Diis Manibus Olpes Pannichis filiae piissimae fecit. F.]

OLVATIUM, Antistius Labeo ait esse mensurae genus. *Paul. ex Festo.* Censet *Scal.* legendum *olusatrum*, et interpretationem corruptam esse. Alii *olvatium* retinent, et esse ajunt, quod in olla coctum est, ut *testuatium* ap. *Varr.* quod in testa, seu sub testu.

*OLUROS vel Olurus, i, Ὀλουρος, Achaiae oppidum, non procul a Pellene. *Plin.* 4, 5. *Mela* 2, 3. B. A.

OLUS et Holus, ēris, n. ὄλεον, omnis herba sativa, quae in cibum hominum venit. Volunt esse ab oleo, cresco. Unde recte sine adspiratione scribitur, probante *Martinio* in *Lexico*, et *Cellar.* in *Orthogr.*, item *Varr.* qui L. L. 4, 22. ducit ab olla, seu, ut olim scribebant, ola, in qua coquantur. Quae notatio si vera esset, dicerentur olera proprie, quae cocta eduntur, ut acetaria, quae cruda. *Manut.* et *Dausqu.* scribi volunt cum adspiratione, quibus favent *Festus*, qui docet, *helus* olim pro *holus* dictum esse, et *Scal.* qui ab ὄλος deducit, et fragmentum veteris Calendarii ap. *Grut.* 134., ubi forum *holitorium* habetur, et *Non.* qui 8, 57. et 17, 2. et *Prisc.* qui 6, 722. ita scribunt. [Item *holitor* in *Inscr.* ap. *Marin. Frat. Ar.* p. 529. F.] Fuit quotidianus antiquorum victus, qui frugali tenuique mensa contenti, parvo coemptis cibos adamaverunt. Crescentibus inde divitiis, invectoque carnis et piscium usu, pauperiorum coenas instruxit. *Hor. Sat.* 2, 1, 74. donec Discoqueretur olus. *Id. Ep.* 2, 2, 168. Emptum coenat

bunt. *Quint.* 8, 3. *med.* Propriis verbis dignitatem dat antiquitas: namque et sanctiorem, et magis admirabilem faciunt orationem, quibus non quilibet fuerat usus: eoque ornamento acerrimi iudicii P. Virgilius unice est usus: *olli* enim, et *quianam*, et *mis*, et *pone*, pellucunt, et aspergunt illam, quae etiam in picturis est gratissima, vetustatis inimitabilem arti auctoritatem. Sed utendum modo, nec ex ultimis tenebris repetenda. Haec *Quint.*

*OLMA, ae, f. ebulo apud Dacos. *Appul. de herb.* 91. B. A.

OLO, is. V. OLEO.

OLOES. *Festus*: Ab oloes, dicebant pro ab illis, antiqui enim litteram non geminabant.

*OLOESSA, ae, Ὀλοέσσα, i. e. exitialis, antiquitus dicta est Rhodos insula. *Plin.* 5, 31. B. A.

OLOLYGMON, onis, m. ὀλολυγμόν, clamor ranarum marium, feminas ad coitum evocantium. *Plin.* 11, 37, 65. Ranis prima lingua cohaeret intima, absoluta a gutture, qua vocem mittunt mares, quam vocant ololygonem. *Hard.* minus recte leg. *quae vocantur ololygones*.

*OLOPHYXUS vel Olophoxos, i, Ὀλόφυξος, Macedoniae oppidum, in Chalcidica, ad montem Athon. *Plin.* 4, 12. B. A.

OLOR, oris, m. κύκνος, idem qui cyenus. Quidam putant esse Graecam vocem, alii Latinam. *V. Voss.* in *Etym. Plin.* 10, 23, 32. Olorum morte narratur flebilis cantus (falso ut arbitror) aliquot experimentis. *Ov. Her.* 7, 1. Sic, ubi fata vocant, udis abjectus in herbis Ad vada Maeandri concinit albus olor. *Virg. Ecl.* 9, 35. Nam neque adhuc Varo videor, nec dicere Cinna Digna, sed argutos inter strepere anser olores. *Mart.* 1, 54. Inter Ledaos ridetur corvus olores. *Id.* 8, 28. Olor Spartanus. *Stat. Silv.* 1, 2, 142. Amyclaeos ad frena citavit olores. *Val. Fl.* 6, 102. Olores nivei. *Hor. Od.* 4, 1, 10. purpurei. *Sil.* 13, 116. Quae candore nivem, candore anteiret olores. V. CYCNUS. P. Item odor: ab oleo, es: cum hoc tamen discrimine, quod odor fere de bono, olor fere de malo dicitur. *Appul. Met.* 1. Ille olore spurcissimi humoris perfusus; et *mox*: Causas coepit hujus oloris comiter inquirere. *Arnob.* 2, 85. Ut non alios saporis, alios olores, alios colores habere debuerint. *Al. leg. olores*; et *mox*: Amara sunt elementa, vel dulcia? odoris sunt alicujus, vel oloris. *Al. rectius leg. coloris*. Etiam ap. *Pall.* 1, 19 et 33. in MSS. legitur *olor*: in editis non item.

OLORIFER, ra, um, adj. *Claud. ep. ad Seren.* 12. Cynus oloriferi venit ab amne Padi, h. e. ubi plures olores habitant. V. OLIVIFER.

OLORINUS, a, um, adj. ad olorem pertinens. *Virg. A.* 10, 187. Olorinae pennae. *Ov. Met.* 10, 718. alae. *Stat. Silv.* 3, 4, 45. de Venere: leves secum ipsa per auras Tollit, olorinaeque jubet considere biga. *Plin.* 37, 10, 59. Gasidanem (gemnam) Medi mittunt, coloris olorini, h. e. albi. *Hard. leg. orobini*. [*Inscr.* ap. *Grut.* 99, 3. Munus olorino de Jove Leda dedit. *Fabrett.* corrigat *tulit pro dedit*, scil. de Jove in cyenum converso. F.]

[OLOSERICUS, a, um, adj. idem ac holosericus. Ita porro sine adspiratione scribitur in *Edict. Diocl. l. c.* in APERTURA. F.]

OLOSTRAE, arum, m. plur. Indorum gens. *Lucan.* 3, 249. Tum furor extremos movit Romanus Olostras. *Adde Plin.* 6, 20, 23. Ap. *Lucan.* al. aliter leg.

[OLPE, es, f. ὄλη, lecythus, ampulla olearia. Est nomen servile R. *Inscr.* ap. *Mur.* 1195, 7. Diis Manibus Olpes Pannichis filiae piissimae fecit. F.]

OLVATIUM, Antistius Labeo ait esse mensurae genus. *Paul. ex Festo.* Censet *Scal.* legendum *olusatrum*, et interpretationem corruptam esse. Alii *olvatium* retinent, et esse ajunt, quod in olla coctum est, ut *testuatium* ap. *Varr.* quod in testa, seu sub testu.

*OLUROS vel Olurus, i, Ὀλουρος, Achaiae oppidum, non procul a Pellene. *Plin.* 4, 5. *Mela* 2, 3. B. A.

OLUS et Holus, ēris, n. ὄλεον, omnis herba sativa, quae in cibum hominum venit. Volunt esse ab oleo, cresco. Unde recte sine adspiratione scribitur, probante *Martinio* in *Lexico*, et *Cellar.* in *Orthogr.*, item *Varr.* qui L. L. 4, 22. ducit ab olla, seu, ut olim scribebant, ola, in qua coquantur. Quae notatio si vera esset, dicerentur olera proprie, quae cocta eduntur, ut acetaria, quae cruda. *Manut.* et *Dausqu.* scribi volunt cum adspiratione, quibus favent *Festus*, qui docet, *helus* olim pro *holus* dictum esse, et *Scal.* qui ab ὄλος deducit, et fragmentum veteris Calendarii ap. *Grut.* 134., ubi forum *holitorium* habetur, et *Non.* qui 8, 57. et 17, 2. et *Prisc.* qui 6, 722. ita scribunt. [Item *holitor* in *Inscr.* ap. *Marin. Frat. Ar.* p. 529. F.] Fuit quotidianus antiquorum victus, qui frugali tenuique mensa contenti, parvo coemptis cibos adamaverunt. Crescentibus inde divitiis, invectoque carnis et piscium usu, pauperiorum coenas instruxit. *Hor. Sat.* 2, 1, 74. donec Discoqueretur olus. *Id. Ep.* 2, 2, 168. Emptum coenat

olus; et *ib.* 1, 17, 13. Si pranderet olus patienter, regibus uti Nollet Aristippus, si sciret regibus uti, Fastidiret olus, qui me notat. *Pers.* 6, 19. solis natalibus est qui Tingat olus sicum muria vafer in calice empta. *Plin.* 22, 22, 38 et 39. Olus silvestre, *h. e.* herba edulis quidem, sed non sativa. *P. De rapis*, eorumque foliis. *Colum.* 2, 10. *med.* Magis utilia rapa sunt, quia non hominem solum, verum etiam boves pascunt praecipue in Gallia, ubi hiberna cibaria praedictis pecudibus id olus praebet. *P. Per antonomasiam dicitur de brassica*, quia haec veteribus usitatissima. *Varr. R. R.* 1, 16. *extr.* Vitis adsita ad olus. *Virg. Mor.* 72. Hic olus, hic late fundentes brachia betae, *Fecundusque rumex*, malvaeque, inulaeque virebant. *Plin.* 27, 8, 30. Folia trita, cocta cinere in folio oleris; et 28, 11, 47. Fel caprinum assumunt ad palpebras cum succo oleris. *Id.* 29, 4, 25. et 32, 9, 31. Olus marinum, *h. e.* brassica marina. Loca etiam allata *Horatii*, et *Persii* de brassica comode intelliguntur. *P. Multa Syrorum olera*, *πολιὰ Σύρων λαγυρα*, proverb. Graecum, quia Syria in hortis operosissima est, inquit *Plin.* 20, 5, 16. *P. Olerorum* in plurali genitivo pro *olerum*, dixit *Lucil.* ap. *Non.* 8, 57. et *oleris* pro *oleribus*, *Cato R. R.* 149. Oleris, asparagis, lignis, etc.

[OLUS, i, m. idem ac Aulus, est praenomen *R. Inscr.* ap. *Maff. Mus. Ver.* 239, 1. Olus Terentius Pudens. Alia ap. *Fabrett.* p. 26. n. 118. O. Tertullo filio O. Tertullus. *P. Olus* vocatus fuit is, cujus caput ex ejus sepulcro effossum Capitolio urbis Romae nomen dedit. V. CAPITOLIUM. F.] OLUSATRUM, olusatri, et Olus atrum, oleris atri, n. *ἰλοσάτριον*, herba mirae naturae, inquit *Plin.* 19, 8, 48., e lacrima caulis sui nascitur. Scribitur et radice. Succum ejus colligunt, et myrrhae saporem habere dicunt: auctorque est Theophrastus, myrrha sata natum. *Id. ib.* 12, 62. Libanotis radicem habet olusatri. *Colum.* 11, 3. *med.* Circa Vulcanalia optima satio napi, et siseris, nec minus oleris atri. *Id.* 10, 123. olus pullum vocat. *Id.* 11, 3. *med.* Atrum olus, quod Graecorum quidam vocant *ἰλοσάτριον*, nonnulli *σύντριον*, pastinato loco semine debet conseri, maxime juxta maceriam, quoniam et umbra gaudet, et qualicumque convalescit loco: idque cum semel severis, si non totum radicibus tollas, sed alternos frutices in semen submittas, aevo manet, parvamque sarritionis exigit culturam. V. SMYRNION. [*Smyrniolum olusatrium. L.]

OLUSCULUM, i, n. dimin. *oleris*: pauca olera, vel minuta. *Cic. Att.* 6, 1. *med.* In filicatis lancibus, et splendidissimis canistris olusculis nos soles pascere. *Hor. Sat.* 2, 6, 64. Uncta satis pingui ponuntur oluscula lardo. *Juven.* 11, 78. Curius, parvo quae legerat horto, Ipse focus brevis ponebat oluscula, quae nunc Squalidus in magna fastidit compede fossor.

OLYBRIACUS, a, um, adj. ad Sex. Anicium Olybrium pertinens, qui una cum fratre Sex. Anicio Probino consul fuit ann. a Chr. n. CCCXCV., quibus carmen seu panegyria *Claudianus* inscripsit. *Prud. in Symm.* 1, 556. Quia et Olybriaci generisque, et nominis heres.

[OLYMPENUS, a, um, adj. ad Olympam pertinens, Lyciae urbem, quae ad montem cognominem sita erat, et nunc *Porto Venetico* appellatur. Hinc *Olympeni*, *orum*, incolae illius urbis. *Cic. Agr.* 1, 2. Jubent venire agros Attalensium, atque Olympenorum. F.]

OLYMPIA, ae, f. *Ὀλυμπία*, terrae tractus et pars agri Pisaei in Peloponneso, per quem fluit Alpheus amnis. In eo erat templum Jovis Olympii, certamine gymnico, et singulari sanctitate, ipso quidem simulacro, quod Phidiae opus est, maxime nobile. *Mela* 2, 3., *Plin.* 2, 103, 100., et 4, 5, 6. et 7, 47, 48. et 29, 6, 34. Sic *Cic. Or.* 3, 32. Eleus Hippias cum Olympiam venisset, maxima illa quinquennali celebrata ludorum. V. OLYMPIAS. F.]

OLYMPIACUS, a, um, adj. ad Olympiam, et Olympios ludos pertinens. *Auct. ad Her.* 4, 3. Quasi si quis ad Olympiacum venerit cursum. *Virg. G.* 3, 49. Seu quis Olympiacae miratus praemia palmae. *Just.* 13, 5. Litterae recitatae praesente universa Graecia, in mercatu Olympiaco. *Suet. Ner.* 25. Corona Olympiaca. *Lucan.* 4, 614. Olympiaca servato more palaestrae. *Stat. Th.* 6, 554. Olympiaci rami, *h. e.* oleaster. V. OLEASTER.

[OLYMPIANUS, a, um, adj. idem ac Olympius. *Marcell. Empir.* 35. *med.* Chalasticum Olympianum, ceratorium insigne. Fortasse ita fuit appellatum, quia ejus usus praecipue erat apud eos, qui in Olympiis certaminibus exercebantur. F.]

OLYMPIAS, adis, f. *Ὀλυμπιάς*, spatium annorum quatuor, vel, ut quidam tradunt, quinquaginta mensium, ex eo ita dictum, quod juxta Olympiam Pisaei agri, mox Pisa ab Eleis eversa, Elidis parvam regionem, quinto quoque anno ineunte fierent certamina gymnica in honorem Jovis Olympii. Graeci enim tempora per Olympiadas supputare coeperunt, ita numerantes, Olympiadis pri-

mae, aut secundae, aut centesimae anno primo, vel secundo, vel tertio, vel quarto. Atque ut consules, ita et in Olympiis victores iterum, et tertium dicebantur. Initium Olympiadum est XXIII. annis ante urbem R. conditam, secundum alios XXV., sunt etiam qui aliter computant, ut est in ducendis temporum rationibus multiplex et varia, valdeque incerta sententia. *Vell.* 1, 8. Sexta Olympiade, post duos et viginti annos, quam prima constituta fuerat, Romulus Martis filius Romam urbem Parilibus in Palatio condidit. *Plin.* 2, 8, 6. Olympiade circiter XXXII. qui foit urbis Romae annus CXIII. (*Hard.* corrigit XCIII. V. ejus notas; rectius vero *Broter.* legit *Olympiade Circiter LII. qui fuit urbis R. annus CCXXII.*) *Id. ib.* 12, 9. Olympiadis XLVIII. anno quarto. *Manil.* 3, 592. numero nisi deesset Olympias una. *P. Poetae*, qui libertate licentia uti solent, Olympiadem pro lustro accipiunt, *h. e.* quingue annorum spatium. *Ov. Pont.* 4, 6, 5. In Scythia nobis quinquennis Olympias acta est: Jam tempus lustris transit in alterius. *Mart.* 7, 40. de Etrusco patre: His prope ter senas vidit Olympiadas. *Stat. Sil.* 3, 3, 146. de eodem Etrusco: Dextra bis octonis fluerunt saecula lustris, Atque aevi sine nube tenor. *P. Olympias, ae, m.* *Ὀλυμπιάς*, est ventus Euboeae proprius, qui et Argestis, ut Lapyx et Atabulus Apuliae. *Plin.* 2, 47, 46. et 17, 24, 37. n. 8. *P. Est et nomen filiae Neoptolemi regis Molossorum*, quae Philippo Macedoni nupsit, et Alexandrum M. peperit. *Just.* 7, 6. et 9, 7., *Cic. N. D.* 2, 27., *Div.* 1, 23. et *ib.* 2, 66. *P. Denique Olympiades* dictae sunt Musae, quia Olympum colere credebantur. Etiam ap. *Hom. Il.* 2, 491. *Ὀλυμπιάδες Μοῦσαι.* *Enn.* ap. *Varr. L. L.* 6, 2. *med.* Musae quae magnum pedibus pulsatis Olympum. *Varro ib.* Coelum dicunt Graeci Olympum, montem eum in Macedonia omnes, a quo potius puto dictas Musas Olympiadas. (*Adde R. R.* 3, 16.) *Mela* 2, 3. Hinc non longe est Olympus, Pelion, Ossa, montes gigantum fabula belloque memorati: hic Musarum parens domusque Pieria.

OLYMPICUS, a, um, adj. ad Olympiam, et ludos Jovis Olympii pertinens. *Hor. Od.* 1, 1, 3. Sunt quos curriculo pulverem Olympicum Collegisse juvat. *Sen. Thyest.* 131. Alpheus stadio notus Olympicus. *Val. Max.* 8, 7. n. 2. *extr.* et *Just.* 12, 16. Olympicum certamen. *P. Olympicum* pro *Olympiicarum* habet *Pl. Trin.* 2, 4, 23.

[OLYMPIEUM, i, n. *Ὀλυμπιαίον*, templum Jovis Olympii. *Vell.* 1, 10. Antiochus Epiphanes, qui Athenis Olympicum inchoavit, etc. V. OLYMPIUS. F.]

[OLYMPINUS, a, um, adj. idem ac Olympius. Est cogn. *R. Inscr.* ap. *Mur.* 1226, 4. Cornelia Olympina. F.]

*OLYMPIODORUS, i, m. *Ὀλυμπιόδωρος*, nomen tibicinis, qui Epaminondam docuit cantare tibiis, uti auctor est *Nep. Ep.* 2. B. A.

OLYMPIONICES, ae, m. *Ὀλυμπιονίκης*, qui in Olympiaco certamine victor evasit: ab *Olympia*, et *νίκη*, victoria. *Cic. Fl.* 13. Quid, si etiam occisus est a piratis Adramytenus homo nobilis, cujus est fere nobis omnibus nomen auditum, Acinas pugil, Olympionices? Hoc est apud Graecos (quoniam de eorum gravitate dicimus) prope majus et gloriosius, quam Romae triumphasse. *Id. Tusc.* 1, 46. Cum Rhodius Diagoras, Olympionices nobilis, uno die duos suos filios victores Olympiae vidisset; et *mox*: Permagnum existimans, tres Olympionicas una e domo prodire. *P. Adjective.* *Colum.* 3, 9. Nos quoque velut Olympionicarum equarum, ita feracissimarum Aminearum seminibus electis, largae vindemiae spem capiamus.

[OLYMPISCUS, i, m. dimin. Olympionis servi, qui blandiendi causa Olympiscus dicitur ap. *Pl. Cas.* 3, 6, 14. Obsecro, Olympisce mi, mi pater, mi patrone. F.]

OLYMPIUS, a, um, adj. *Ὀλύμπιος*, ad Olympum montem, vel Olympiam regionem pertinens. *Olympius Jupiter* ita dictus est, quia ut ait *Lact.* 1, 11., in monte Olympo maximam partem vitae colebat: alii quia in coelo regnat, qui Olympus a poetis dicitur: alii, quia prope Olympiam nobile templum habuit. Ibi enim ludos ei celeberrimos post quartum quemque annum, Graeciae totius conventu, Hercules primum instituit, Augia Elidis tyranno superato (alii Pelopem auctorem faciunt, aut Atreum ejus filium. *Vell.* 1, 8.) deinde Iphitus intermissos instauravit: qui proinde *Olympia, orum*, dicti sunt. V. ELEUS. In iis Graeca juvenis cursu, saltu, disco, pugilatu, palaestra per dies quinque se exercebat: victores oleastro coronabantur, tantusque eis honos habebatur, ut non per portas urbis patriae, sed per muri ruinam aditu patefacto, sublimes in curru ad proprios lares reverterentur. V. ISELASTICUS. *Cic. Brut.* 69. Pugiles etiam si pugnos et plagas, Olympiorum cupidi ferre possunt, solem tamen saepe ferre non possunt. *Id. Div.* 2, 70. Cursor ad Olympia proficisci cogitans, visus est in somnis curru quadrigarum vehi. *Enn.* ap. *cund. Sen.* 5. Sicut fortis equus, spatio qui saepe supremo Vicit Olympia.

Hor. Ep. 1, 1, 49. Quis circum pagos, et circum compita pugnax Magna coronari contemnat Olympia? *Just.* 7, 2. *extr.* Olympicum certamen. *Liv.* 28, 7. *med.* Olympiorum solemne ludicrum parantes Elei. *P. Olympii Jovis templum* fuit etiam Syracusis: de quo *Liv.* 24, 21. et 33. item Athenis, de quo *Suet. Aug.* 60. *P. Olympia equa* ap. *Plin.* 28, 11, 49. est, quae in Olympiis decurrit. *P. Olympii* cogn. a Graecis datum est excellentibus viris, et in coelum transferri dignis, ut Pericli oratori ap. *Plin.* 34, 8, 19. n. 14. et *Val. Max.* 5, 10. n. 1. *extr.*, item Romanis quibusdam imperatoribus divinos honores affectantibus, praesertim qui aliquos ex majoribus inter Deos per consecrationem relatos haberent, quasi jure quodam hereditario coelum iis deberetur, ut Hadriano et Commodo, ut docet *Eckhel. D. N. V. T.* 6. p. 518. *P. Olympium, ii, n.* *Ὀλύμπιον*, est templum Jovis Olympii, idem ac *Olympieum*, quam vocem vide suo loco. *Liv.* 24, 33. Romanus exercitus ad Olympium, Jovis id templum est, mille et quingentos passus ab urbe (*Syracusis*) castra posuit.

OLYMPIUS, i, m. *Ὀλύμπιος*, mons insignis altitudinis, adeo ut ejus cacumen nubes excedat: quasi *ὄλος λαμπρῶν*, totus lucens. Est hoc nomine in Bithynia, *Plin.* 5, 32, 43. ad cujus radices Prusa urbs: item in Lesbos, *Id. ib.* 31, 39., item in Lycia, *Id.* 21, 6, 17., item in Ionia non longe a Smyrna, *Id.* 5, 29, 31. *med.*, item in Mysia, *Id. ib.* 32, 40. et *Mela* 1, 19., item in Peloponneso, prope Arcadium, si *Servio* credimus, qui ad A. 8, 352. scribit, primum Aeacum in Arcadia templum Jovi constituisse, non longe a monte Olympo. Sed praecipue celebratur a poetis mons Thessaliae, eam a Macedonia disterminans, Ossae vicinus, et Pelio, quibus alio super alium impositis Gigantes Diis bellum intulisse fabulati sunt. *Plin.* 4, 8, 15., *Mela* 2, 3., *Lucan.* 2, 271. et *Virg. G.* 1, 282. In hoc monte lupos non esse, *Plin.* tradit 8, 58, 83. *P. Saepa* a poetis pro coelo ponitur. *Virg. Ecl.* 6, 86. invito processit vesper Olympo. *Id. G.* 1, 96. Flava Ceres alto nequidquam spectat Olympo. *Id. A.* 9, 106. de Jove: Annuit et totum nutu tremefecit Olympum; et *ib.* 6, 579. Olympus aetherius. *Sen. Herc. Oct.* 1907. stelliger. *P. Est etiam sedes Musarum.* V. OLYMPIAS. *P. Denique nomen est viri proprium*, hoc est Marsyae discipuli, qui tibiaram cantu cum Pane certavit, et in ludis Acasti victor eodem certamine fuit, ut *Hyg. fab.* 273. narrat. Hic praepotorem suum ab Apolline excoriatum sepulturae tradidit. *Ov. Met.* 6, 393. et *Pont.* 3, 3, 42., *Hyg. fab.* 165. et *Plin.* 36, 5, 4. n. 8.

OLYNTHIUS, a, um, adj. *Ὀλύνθιος*, ad Olynthum pertinens, quae est urbs Thraciae in Sithonia regione, inter Athon et Pallenum. *Plin.* 4, 11, 15. et *Mela* 2, 2. f. et *Sen. Controv.* 5, 34. *P. Olynthia, ae, f.* regio, sive ager circa Olynthum positus. *Varr. R. R.* 1, 44. In Olynthia quotannis restibilia esse dicunt, sed ita ut tertio quoque anno uberioris ferant fructus. *P. Olynthii, orum*, sunt Olynthi incolae. *Nep. Timoth.* 1. et *Just.* 8, 3.

OLYRA, ae, f. *ὀλῦρα*, genus frumenti, quod *Plin.* 18, 10, 20. n. 3. et 22, 25, 57. idem esse docet cum arinca, et ab *Homero*, *ὀλῦρα* cum dixit (*Iliad.* 5, 196. et 8. f.) arincam significari. Quidam putant esse *scandella*. *Id.* 18, 7, 11. Far in Aegypto ex olyra conficitur. *Id.* 22, 25, 57. Ex olyra decocta fit medicamentum, quod Aegyptii atheram vocant, infantibus utilissimum: sed et adulti illinunt eo.

*OLYROS (us), opp. Boeotiae. *Plin.* 4, 7. B. A. OLYSSIPO. V. OLISIPONENSIS.

O M

OMA, V. ONA.

*OMANA, oppidum Arabiae Felicis. *Plin.* 6, 28. B. A.

*OMANI, orum, populi Arabiae Felicis. *Plin.* 6, 28. B. A.

OMASUM, i, n. *Gloss. Philox.* Omasum, *βόειον κόπεον λαπαρόν, ἢ τῶν Ἰλλίων γλώττι, h. e.* frustum pingue bubulae carnis, Gallorum lingua: item *ἐξίνος*, venter bubulus, *h. e.* ut opinor, intestina bubula, quae Itali *trippe* et *buseckie* dicunt: fortasse est ab *omentum*. Unde alii intelligunt intestinum bubulum crassius, et pinguius: quod erat apud plebejos in cibo gratissimum. *Plin.* 8, 45, 70. Damnatu a populo, die dicta, qui concubino procaci rure omasum edisse se negante, occiderat bovem. *Hor. Ep.* 1, 15, 34. patinas coenabat omasi, Vilis et agninae. *Plin.* 28, 10, 45. Omasi jure poto venena expugnari putant. *P. Pro ipso ventre.* *Hor. Sat.* 2, 5, 40. pingui tentus omaso Furius.

*OMBITES NOMOS in Aegypto fuit, circa Ombos Thebaidis urbem. *Plin.* 5, 9. B. A.

OMBRIA, ae, f. *ὀμβρία*, gemmae species, quam nonnulli notiam vocant, quae cum imbribus, et fulminibus fertur in terram decidere, quemadmodum ceraunia et brontia: et eundem, quem illae, effectum habet. *Plin.* 37, 10, 65.

[OMBRII, orum, m. plur. Ὀμβροί, h. e. pluviales, populi Italiae. Plin. 3, 14, 19. Umbrorum gens antiquissima Italiae existimatur, ut quos Ombrios a Graecis putent dictos, quod inundatione terrarum imbris superfuissent. F.]

*OMBRIOS, i, una ex insulis Fortunatis. Plin. 6, 32. Adde Solin. 56. (al. 70.) B. A.

OMEN, inis, n. οἶμος, proprie est augurium, quod hominum ore fit, ut explicat Cic. Div. 1, 45. quasi oremen, inquit Fest. Etiam Varro L. L. 5, 7. extr. ab ore derivat. Sed accipitur etiam pro quovis auspicio, et augurio sive laeto, sive tristi. Cic. l. c. Neque solum Deorum voces Pythagoraei observaverunt, sed etiam hominum, quae vocantur omina, quae quia valere censebant majores nostri, idcirco omnibus rebus agendis, quod bonum, faustum, felix, fortunatumque esset, praefabantur. Id. Phil. 11, 5. Hoc detestabile omen avertat Jupiter. Id. Har. resp. 20. Quod Dii omen obruant. Virg. A. 2, 190. quod Dii prius omen in ipsum Convertant; et ib. 178. Nec posse Argolicis exscindi Pergama telis, Omina ni repetant Argis. Ov. Met. 5, 550. Bubo dirum omen mortalibus. Liv. praef. l. f. Cum bonis ominibus aliquid incipere. Hor. Od. 3, 11, 50. Ire secundo omine. Cic. Div. 1, 46. Omen capere. Id. Fam. 3, 12. Faustis ominibus prosequi, h. e. precationibus. Ov. Amor. 3, 12, 1. tristia semper amanti Omina non albae concinuit aves. Prop. 2, 21, 38. Nigraque funestum concinuit omen avis; et 4, 1, 67. date candida, cives, Omina. Ov. Met. 10, 453. et Plin. 15, 19, 21. Omen facere alicui. Tac. H. 1, 86. f. Id ipsum a fortuitis vel naturalibus causis in prodigium et omen imminentium cladum vertebatur. [Ter. Andr. 1, 2, 28. Verberibus caesum te in pistrinum, Dave, dedam usque ad necem, Ea lege atque omine, ut si te inde exemerim, ego pro te molam. F.] P Accipere omen est fortuitum alicujus dictum in omen faustum vertere rei cujuspiam. Cic. Div. 1, 46. L. Paulus, cum ei, bellum ut cum rege Perse gereret, obtigisset, filiam suam Tertiam osculans, animadvertit tristiculam: quid est, inquit, mea Tertia? mi pater, inquit, Persa perit. Tum ille arctius puellam complexus, accipio, inquit, mea filia, omen, erat autem mortuus catellus eo nomine. Liv. 5, 55. Centurio in comitio exclamavit: signifer, statue signum: hic manebimus optime; qua voce audita, senatus accipere se omen exclamavit. Adde 1, 7. Simile est illud ejusd. 29, 27. med. de Scipione: Quod esset proximum promontorium, percontatus, cum Pulcri promontorium id vocari audisset, placet omen, inquit: huc dirigite naves. V. alia ap. Val. Max. 1, 5. P Omina tristia bene multa recenset Sil. 8. a v. 626., plura Lucan. 1. a v. 526., aliquot Appul. Met. 9. med.

OMENTATUS, a, um, part. ab inus. omento: omento involutus, ut Isicia omentata. Apic. 2, 1.

OMENTUM, i, n. ἐπιλοιπὸν, membrana pinguis, qua intestina involvuntur: fortasse ab ἔμπρη, membrana. Cels. 4, 1. med. Contegit universa haec omentum, ex inferiore parte laeve et adstrictum, ex superiore mollius: cui adeps quoque innascitur. Plin. 11, 37, 80. Ventriculus, atque intestina pingui ac tenui omento integuntur. Adde Sen. Oedip. 370. P Non membranam solum, sed etiam ipsa viscera, seu exta significat. Pers. 2, 47. Tot tibi cum in flammis junicum omenta liquescant. Juven. 13, 116. In carbone tuo charta pia tura soluta Ponimus, et sectum vituli jecur, albaque porci Omenta. P Dicitur et de adipe, ac pingui. Pers. 6, 74. ast illi tremat omento pupa venter. P De membrana, qua involvitur os, et cerebrum. Muir. Sat. 7, 9. med. Ut os secetur, omentum, quod impositum est ossi, cruciatum, dum sectionem patitur, importat: πρὸ ὀστέου: et paulo post: Cerebrum, quod tactu sui indem torquet, non suo sensu, sed vestitus sui, idem omenti hunc importat dolorem, h. e. durae, ut vocant anatomici, et piaie matris.

OMETIS, idis, f. Ov. A. Am. 3, 273. Conveniunt tenues scapulis ometides altis, h. e. humerales fasciae: ab ὀμός, humerus. Ita legit et exponit Turneb. V. ANALECTIDES.

[OMINALIS, e, adj. idem ac ominosus. Gell. 5, 17. Ante diem quoque quartum calendas, vel nonas, vel idus tanquam ominalem diem plerique vitant. Ita habent optima editiones; alii leg. inominalem.

OMINATIO, onis, f. actus ominandi. Festus: Faventia bonam ominationem significat.

OMINATOR, oris, m. qui ominatur. Pl. Amph. 2, 2, 90. Ob istuc omen ominator capies, quod te concedet.

OMINATUS, a, um, part. ab ominor. Liv. 29, 5. Naves, quae, praedam in Sicilia vixerant, cum commeatu redire, velut ominatae, ad alteram praedam repetendam sese venisse. Hor. Od. 3, 14, 11. male ominatis Parcite verbis. Al. leg. nominatis.

OMINO, as, a. 1. idem ac ominor, ap. veteres. Pomp. ap. Non. 7, 53. Ita sit et tibi bene, qui recte ominas. Prop. 1, 17, 3. Nec mihi Cassiope solito visura carinam Ominat: ingrato littore vota

Tom. III.

cadunt, h. e. nec auguror, nec spero, carinam et nautas visuros Cassiopeae astrum, et alia sidera, quae cursum dirigunt navigantium. Alii rectius leg. carinam; Omniaque ingrato, etc.

OMINOR, aris, dep. l. οἶνίζω, omen capio, auguror, futurum aliquid pronuntio. Cic. Off. 2, 21. Malo enim alteri, quam nostrae ominari. Plin. ep. 4, 15. Optamus enim tibi, ominamurque in proximum annum consulatum. Vell. 2, 71. Vera de exitu Antonii ominatus est. Liv. 26, 18. Clamore et favore ominati sunt felix faustumque imperium. Plin. 28, 2, 5. Primum anni incipientis diem laetis precationibus invicem faustum ominamur. Suet. Ner. 48. Clamor militum et sibi adversa, et Galbae prospera ominantium.

OMINOSE, adv. malo omine. Quint. decl. 6, 5. Prorsus ominose retentus.

OMINOSUS, a, um, adj. δυσοἰνιστος, qui est mali ominis. Plin. ep. 3, 14. f. Notabilis, atque etiam, ut exitus docuit, ominosa res accidit. Messala ap. Gell. 13, 14. f. Mons avibus obscenis ominosus.

*OMIRAS, ae, sic in Armenia dictus est Euphrates. Plin. 5, 24. Occurrit ei (Euphrati) Taurus mons, nec resistit (i. e. Euphrates perfringit Taurum) — Omiram vocant (Euphratem) irrumpentem, mox, ubi perfrigit, Euphratem. B. A.

OMISSIO, onis, f. actus omittendi, praetermissio. Sym. ep. 3, 48. Istam veluti omissionem laudis suae plus honoris habuisse. Adde ep. 10, 62. (al. 70.)

OMISSUS, a, um, part. ab omitto: παραλειφθῆς, praetermissus. Caes. B. G. 7, 34. Ut omnibus omissis rebus, huic bello servient. Sall. Jug. 70. Omissa deditione bellum incipit. Hor. Ep. 1, 6, 30. Si virtus hoc una potest dare, fortis omissis Hoc age deliciis. Tac. H. 1, 86. Prodigia insuper terrebant: in vestibulo Capitolii omissas habenas bigae, cui Victoria institerat, h. e. demissas. [*Suet. Vesp. 16. omissa vectigalia, i. e. condonata, abrogata, abolita.] P Translate est remissus, negligens, ut qui ea omittit, quae ad rem suam pertinent. Sall. or. Philippi contr. Lepid. Pro Dii boni, qui hanc urbem omissa cura adhuc regitis! Ter. Heaut. 5, 2, 9. Ubi te vidi animo esse omissio, et, suavia in praesentia Quae essent, prima habere, neque consulere in longitudinem. Id. Ad. 5, 3, 44. at enim metuas, ne ab re sint tamen Omissiores paulo. [*V. Ruhnck. ad utrumque Terentii locum: coll. Gronov. observ. 3, 7. §. 478. et 479. p. 236. ed. Fr.]

OMITTO, is, isi, issum, a. 3. παραλείπω, praetermitto, relinquo, missum facio, praetero: ex ob, et mitto: sed tamen primam syllabam corripit. [*De discrimine inter omitto et amitto, v. quae dicta sunt in h. v. Adde, quae Doederl. 3, 285. definite magis distincteque designat: Omittimus volentes et sponte; amittimus inviti et casu. Quid dimittere, intermittere differit, v. in hh. vv.] Liv. 37, 10. Dixit omnium se rerum apparatus omisurum. Val. Max. 5, 10, n. 2. extr. Nec ideo institutum Deorum cultum omittendum curavit. Cic. Q. Fr. 2, 6. Primam navigationem, dummodo idonea tempestas sit, ne omiseris. Id. Brut. 76. f. Ne ego, ut omittam cetera, doleo, nihil tuam auctoritatem valuisse; et mox: Itaque omittamus lugere. Hor. Ep. 1, 6, 48. Hoc primum repetas opus, hoc postremum omittas. Id. A. P. 44. Pleraque differat, et praesens in tempus omittat. Suet. Cal. 14. Ne minimam quidem occasionem quoquam omittente in testificanda sollicitudine, etc. [*Omittere occasionem est nolle eam adhibere ideoque negligere. Taciti exempla collegit Boettich. in Lex. Tac. p. 331.] P Pro cessare, desinere. Hor. Od. 3, 29, 11. Omittite mirari beatae Fumum et opes strepitumque Romae. Pl. Pers. 3, 3, 26. Jam omitto iratus esse; et 4, 4, 90. Jam de istoc rogare omitte. P Pro abjicere, deponere. Cic. Off. 3, 10. Omisit hic et pietatem, et humanitatem, ut id, quod utile videbatur, assequi posset. Id. Somn. Scip. l. extr. Omittite timorem. Liv. 21, 11. extr. arma. Ter. Ad. 2, 4, 3. tristiculam; et 4, 7, 36. iracundiam. P Pro dimittere. Id. Ph. 1, 2, 91. nunc omite quaeso hunc. Plerique al. leg. amitte. Id. Ad. 2, 1, 18. hem serva, omittite mulierem. Pl. Mil. 4, 3, 2. nullo pacto potest Prius haec in aedes recipi, quam illam omiserim. Nep. Eum. 9. Certos omittit homines ad infimos montes. Al. leg. mittit. P Omittite animam, emittite, mori. Pl. Amph. 1, 1, 85. Animam omittunt, priusquam loco demigrant. Sic ibi Taubman. legendum monet ex MSS. et veterib. editionib., non amittunt. [*Et enim omittite vitam pertinet ad eum, qui laeto animo diem obit, ut alias oppetere mortem: amittite invitum, inopportunitum, haud gratum significat, quod hujus loci sententiae parum convenit.] P Silentio praeterire. Cic. Pis. 22. De reditu Gabini omittamus. Id. Sext. 24. Omittite gratulationes, epulas, praedam, laetitiam, etc.; et ib. 12. Omittite, quid ille tribunus, omnium rerum divinarum humanarumque praedo, fecerit. Nep. Ann. 2. Nam, ut omittam Philippum, omnium potentissimus Antiochus fuit. P Est et negligere, spernere, [*curam

omittit, nisi, nisi, issum, a. 3. παραλείπω, praetermitto, relinquo, missum facio, praetero: ex ob, et mitto: sed tamen primam syllabam corripit. [*De discrimine inter omitto et amitto, v. quae dicta sunt in h. v. Adde, quae Doederl. 3, 285. definite magis distincteque designat: Omittimus volentes et sponte; amittimus inviti et casu. Quid dimittere, intermittere differit, v. in hh. vv.] Liv. 37, 10. Dixit omnium se rerum apparatus omisurum. Val. Max. 5, 10, n. 2. extr. Nec ideo institutum Deorum cultum omittendum curavit. Cic. Q. Fr. 2, 6. Primam navigationem, dummodo idonea tempestas sit, ne omiseris. Id. Brut. 76. f. Ne ego, ut omittam cetera, doleo, nihil tuam auctoritatem valuisse; et mox: Itaque omittamus lugere. Hor. Ep. 1, 6, 48. Hoc primum repetas opus, hoc postremum omittas. Id. A. P. 44. Pleraque differat, et praesens in tempus omittat. Suet. Cal. 14. Ne minimam quidem occasionem quoquam omittente in testificanda sollicitudine, etc. [*Omittere occasionem est nolle eam adhibere ideoque negligere. Taciti exempla collegit Boettich. in Lex. Tac. p. 331.] P Pro cessare, desinere. Hor. Od. 3, 29, 11. Omittite mirari beatae Fumum et opes strepitumque Romae. Pl. Pers. 3, 3, 26. Jam omitto iratus esse; et 4, 4, 90. Jam de istoc rogare omitte. P Pro abjicere, deponere. Cic. Off. 3, 10. Omisit hic et pietatem, et humanitatem, ut id, quod utile videbatur, assequi posset. Id. Somn. Scip. l. extr. Omittite timorem. Liv. 21, 11. extr. arma. Ter. Ad. 2, 4, 3. tristiculam; et 4, 7, 36. iracundiam. P Pro dimittere. Id. Ph. 1, 2, 91. nunc omite quaeso hunc. Plerique al. leg. amitte. Id. Ad. 2, 1, 18. hem serva, omittite mulierem. Pl. Mil. 4, 3, 2. nullo pacto potest Prius haec in aedes recipi, quam illam omiserim. Nep. Eum. 9. Certos omittit homines ad infimos montes. Al. leg. mittit. P Omittite animam, emittite, mori. Pl. Amph. 1, 1, 85. Animam omittunt, priusquam loco demigrant. Sic ibi Taubman. legendum monet ex MSS. et veterib. editionib., non amittunt. [*Et enim omittite vitam pertinet ad eum, qui laeto animo diem obit, ut alias oppetere mortem: amittite invitum, inopportunitum, haud gratum significat, quod hujus loci sententiae parum convenit.] P Silentio praeterire. Cic. Pis. 22. De reditu Gabini omittamus. Id. Sext. 24. Omittite gratulationes, epulas, praedam, laetitiam, etc.; et ib. 12. Omittite, quid ille tribunus, omnium rerum divinarum humanarumque praedo, fecerit. Nep. Ann. 2. Nam, ut omittam Philippum, omnium potentissimus Antiochus fuit. P Est et negligere, spernere, [*curam

omittit, nisi, nisi, issum, a. 3. παραλείπω, praetermitto, relinquo, missum facio, praetero: ex ob, et mitto: sed tamen primam syllabam corripit. [*De discrimine inter omitto et amitto, v. quae dicta sunt in h. v. Adde, quae Doederl. 3, 285. definite magis distincteque designat: Omittimus volentes et sponte; amittimus inviti et casu. Quid dimittere, intermittere differit, v. in hh. vv.] Liv. 37, 10. Dixit omnium se rerum apparatus omisurum. Val. Max. 5, 10, n. 2. extr. Nec ideo institutum Deorum cultum omittendum curavit. Cic. Q. Fr. 2, 6. Primam navigationem, dummodo idonea tempestas sit, ne omiseris. Id. Brut. 76. f. Ne ego, ut omittam cetera, doleo, nihil tuam auctoritatem valuisse; et mox: Itaque omittamus lugere. Hor. Ep. 1, 6, 48. Hoc primum repetas opus, hoc postremum omittas. Id. A. P. 44. Pleraque differat, et praesens in tempus omittat. Suet. Cal. 14. Ne minimam quidem occasionem quoquam omittente in testificanda sollicitudine, etc. [*Omittere occasionem est nolle eam adhibere ideoque negligere. Taciti exempla collegit Boettich. in Lex. Tac. p. 331.] P Pro cessare, desinere. Hor. Od. 3, 29, 11. Omittite mirari beatae Fumum et opes strepitumque Romae. Pl. Pers. 3, 3, 26. Jam omitto iratus esse; et 4, 4, 90. Jam de istoc rogare omitte. P Pro abjicere, deponere. Cic. Off. 3, 10. Omisit hic et pietatem, et humanitatem, ut id, quod utile videbatur, assequi posset. Id. Somn. Scip. l. extr. Omittite timorem. Liv. 21, 11. extr. arma. Ter. Ad. 2, 4, 3. tristiculam; et 4, 7, 36. iracundiam. P Pro dimittere. Id. Ph. 1, 2, 91. nunc omite quaeso hunc. Plerique al. leg. amitte. Id. Ad. 2, 1, 18. hem serva, omittite mulierem. Pl. Mil. 4, 3, 2. nullo pacto potest Prius haec in aedes recipi, quam illam omiserim. Nep. Eum. 9. Certos omittit homines ad infimos montes. Al. leg. mittit. P Omittite animam, emittite, mori. Pl. Amph. 1, 1, 85. Animam omittunt, priusquam loco demigrant. Sic ibi Taubman. legendum monet ex MSS. et veterib. editionib., non amittunt. [*Et enim omittite vitam pertinet ad eum, qui laeto animo diem obit, ut alias oppetere mortem: amittite invitum, inopportunitum, haud gratum significat, quod hujus loci sententiae parum convenit.] P Silentio praeterire. Cic. Pis. 22. De reditu Gabini omittamus. Id. Sext. 24. Omittite gratulationes, epulas, praedam, laetitiam, etc.; et ib. 12. Omittite, quid ille tribunus, omnium rerum divinarum humanarumque praedo, fecerit. Nep. Ann. 2. Nam, ut omittam Philippum, omnium potentissimus Antiochus fuit. P Est et negligere, spernere, [*curam

omittit, nisi, nisi, issum, a. 3. παραλείπω, praetermitto, relinquo, missum facio, praetero: ex ob, et mitto: sed tamen primam syllabam corripit. [*De discrimine inter omitto et amitto, v. quae dicta sunt in h. v. Adde, quae Doederl. 3, 285. definite magis distincteque designat: Omittimus volentes et sponte; amittimus inviti et casu. Quid dimittere, intermittere differit, v. in hh. vv.] Liv. 37, 10. Dixit omnium se rerum apparatus omisurum. Val. Max. 5, 10, n. 2. extr. Nec ideo institutum Deorum cultum omittendum curavit. Cic. Q. Fr. 2, 6. Primam navigationem, dummodo idonea tempestas sit, ne omiseris. Id. Brut. 76. f. Ne ego, ut omittam cetera, doleo, nihil tuam auctoritatem valuisse; et mox: Itaque omittamus lugere. Hor. Ep. 1, 6, 48. Hoc primum repetas opus, hoc postremum omittas. Id. A. P. 44. Pleraque differat, et praesens in tempus omittat. Suet. Cal. 14. Ne minimam quidem occasionem quoquam omittente in testificanda sollicitudine, etc. [*Omittere occasionem est nolle eam adhibere ideoque negligere. Taciti exempla collegit Boettich. in Lex. Tac. p. 331.] P Pro cessare, desinere. Hor. Od. 3, 29, 11. Omittite mirari beatae Fumum et opes strepitumque Romae. Pl. Pers. 3, 3, 26. Jam omitto iratus esse; et 4, 4, 90. Jam de istoc rogare omitte. P Pro abjicere, deponere. Cic. Off. 3, 10. Omisit hic et pietatem, et humanitatem, ut id, quod utile videbatur, assequi posset. Id. Somn. Scip. l. extr. Omittite timorem. Liv. 21, 11. extr. arma. Ter. Ad. 2, 4, 3. tristiculam; et 4, 7, 36. iracundiam. P Pro dimittere. Id. Ph. 1, 2, 91. nunc omite quaeso hunc. Plerique al. leg. amitte. Id. Ad. 2, 1, 18. hem serva, omittite mulierem. Pl. Mil. 4, 3, 2. nullo pacto potest Prius haec in aedes recipi, quam illam omiserim. Nep. Eum. 9. Certos omittit homines ad infimos montes. Al. leg. mittit. P Omittite animam, emittite, mori. Pl. Amph. 1, 1, 85. Animam omittunt, priusquam loco demigrant. Sic ibi Taubman. legendum monet ex MSS. et veterib. editionib., non amittunt. [*Et enim omittite vitam pertinet ad eum, qui laeto animo diem obit, ut alias oppetere mortem: amittite invitum, inopportunitum, haud gratum significat, quod hujus loci sententiae parum convenit.] P Silentio praeterire. Cic. Pis. 22. De reditu Gabini omittamus. Id. Sext. 24. Omittite gratulationes, epulas, praedam, laetitiam, etc.; et ib. 12. Omittite, quid ille tribunus, omnium rerum divinarum humanarumque praedo, fecerit. Nep. Ann. 2. Nam, ut omittam Philippum, omnium potentissimus Antiochus fuit. P Est et negligere, spernere, [*curam

omittit, nisi, nisi, issum, a. 3. παραλείπω, praetermitto, relinquo, missum facio, praetero: ex ob, et mitto: sed tamen primam syllabam corripit. [*De discrimine inter omitto et amitto, v. quae dicta sunt in h. v. Adde, quae Doederl. 3, 285. definite magis distincteque designat: Omittimus volentes et sponte; amittimus inviti et casu. Quid dimittere, intermittere differit, v. in hh. vv.] Liv. 37, 10. Dixit omnium se rerum apparatus omisurum. Val. Max. 5, 10, n. 2. extr. Nec ideo institutum Deorum cultum omittendum curavit. Cic. Q. Fr. 2, 6. Primam navigationem, dummodo idonea tempestas sit, ne omiseris. Id. Brut. 76. f. Ne ego, ut omittam cetera, doleo, nihil tuam auctoritatem valuisse; et mox: Itaque omittamus lugere. Hor. Ep. 1, 6, 48. Hoc primum repetas opus, hoc postremum omittas. Id. A. P. 44. Pleraque differat, et praesens in tempus omittat. Suet. Cal. 14. Ne minimam quidem occasionem quoquam omittente in testificanda sollicitudine, etc. [*Omittere occasionem est nolle eam adhibere ideoque negligere. Taciti exempla collegit Boettich. in Lex. Tac. p. 331.] P Pro cessare, desinere. Hor. Od. 3, 29, 11. Omittite mirari beatae Fumum et opes strepitumque Romae. Pl. Pers. 3, 3, 26. Jam omitto iratus esse; et 4, 4, 90. Jam de istoc rogare omitte. P Pro abjicere, deponere. Cic. Off. 3, 10. Omisit hic et pietatem, et humanitatem, ut id, quod utile videbatur, assequi posset. Id. Somn. Scip. l. extr. Omittite timorem. Liv. 21, 11. extr. arma. Ter. Ad. 2, 4, 3. tristiculam; et 4, 7, 36. iracundiam. P Pro dimittere. Id. Ph. 1, 2, 91. nunc omite quaeso hunc. Plerique al. leg. amitte. Id. Ad. 2, 1, 18. hem serva, omittite mulierem. Pl. Mil. 4, 3, 2. nullo pacto potest Prius haec in aedes recipi, quam illam omiserim. Nep. Eum. 9. Certos omittit homines ad infimos montes. Al. leg. mittit. P Omittite animam, emittite, mori. Pl. Amph. 1, 1, 85. Animam omittunt, priusquam loco demigrant. Sic ibi Taubman. legendum monet ex MSS. et veterib. editionib., non amittunt. [*Et enim omittite vitam pertinet ad eum, qui laeto animo diem obit, ut alias oppetere mortem: amittite invitum, inopportunitum, haud gratum significat, quod hujus loci sententiae parum convenit.] P Silentio praeterire. Cic. Pis. 22. De reditu Gabini omittamus. Id. Sext. 24. Omittite gratulationes, epulas, praedam, laetitiam, etc.; et ib. 12. Omittite, quid ille tribunus, omnium rerum divinarum humanarumque praedo, fecerit. Nep. Ann. 2. Nam, ut omittam Philippum, omnium potentissimus Antiochus fuit. P Est et negligere, spernere, [*curam

omittit, nisi, nisi, issum, a. 3. παραλείπω, praetermitto, relinquo, missum facio, praetero: ex ob, et mitto: sed tamen primam syllabam corripit. [*De discrimine inter omitto et amitto, v. quae dicta sunt in h. v. Adde, quae Doederl. 3, 285. definite magis distincteque designat: Omittimus volentes et sponte; amittimus inviti et casu. Quid dimittere, intermittere differit, v. in hh. vv.] Liv. 37, 10. Dixit omnium se rerum apparatus omisurum. Val. Max. 5, 10, n. 2. extr. Nec ideo institutum Deorum cultum omittendum curavit. Cic. Q. Fr. 2, 6. Primam navigationem, dummodo idonea tempestas sit, ne omiseris. Id. Brut. 76. f. Ne ego, ut omittam cetera, doleo, nihil tuam auctoritatem valuisse; et mox: Itaque omittamus lugere. Hor. Ep. 1, 6, 48. Hoc primum repetas opus, hoc postremum omittas. Id. A. P. 44. Pleraque differat, et praesens in tempus omittat. Suet. Cal. 14. Ne minimam quidem occasionem quoquam omittente in testificanda sollicitudine, etc. [*Omittere occasionem est nolle eam adhibere ideoque negligere. Taciti exempla collegit Boettich. in Lex. Tac. p. 331.] P Pro cessare, desinere. Hor. Od. 3, 29, 11. Omittite mirari beatae Fumum et opes strepitumque Romae. Pl. Pers. 3, 3, 26. Jam omitto iratus esse; et 4, 4, 90. Jam de istoc rogare omitte. P Pro abjicere, deponere. Cic. Off. 3, 10. Omisit hic et pietatem, et humanitatem, ut id, quod utile videbatur, assequi posset. Id. Somn. Scip. l. extr. Omittite timorem. Liv. 21, 11. extr. arma. Ter. Ad. 2, 4, 3. tristiculam; et 4, 7, 36. iracundiam. P Pro dimittere. Id. Ph. 1, 2, 91. nunc omite quaeso hunc. Plerique al. leg. amitte. Id. Ad. 2, 1, 18. hem serva, omittite mulierem. Pl. Mil. 4, 3, 2. nullo pacto potest Prius haec in aedes recipi, quam illam omiserim. Nep. Eum. 9. Certos omittit homines ad infimos montes. Al. leg. mittit. P Omittite animam, emittite, mori. Pl. Amph. 1, 1, 85. Animam omittunt, priusquam loco demigrant. Sic ibi Taubman. legendum monet ex MSS. et veterib. editionib., non amittunt. [*Et enim omittite vitam pertinet ad eum, qui laeto animo diem obit, ut alias oppetere mortem: amittite invitum, inopportunitum, haud gratum significat, quod hujus loci sententiae parum convenit.] P Silentio praeterire. Cic. Pis. 22. De reditu Gabini omittamus. Id. Sext. 24. Omittite gratulationes, epulas, praedam, laetitiam, etc.; et ib. 12. Omittite, quid ille tribunus, omnium rerum divinarum humanarumque praedo, fecerit. Nep. Ann. 2. Nam, ut omittam Philippum, omnium potentissimus Antiochus fuit. P Est et negligere, spernere, [*curam

omittit, nisi, nisi, issum, a. 3. παραλείπω, praetermitto, relinquo, missum facio, praetero: ex ob, et mitto: sed tamen primam syllabam corripit. [*De discrimine inter omitto et amitto, v. quae dicta sunt in h. v. Adde, quae Doederl. 3, 285. definite magis distincteque designat: Omittimus volentes et sponte; amittimus inviti et casu. Quid dimittere, intermittere differit, v. in hh. vv.] Liv. 37, 10. Dixit omnium se rerum apparatus omisurum. Val. Max. 5, 10, n. 2. extr. Nec ideo institutum Deorum cultum omittendum curavit. Cic. Q. Fr. 2, 6. Primam navigationem, dummodo idonea tempestas sit, ne omiseris. Id. Brut. 76. f. Ne ego, ut omittam cetera, doleo, nihil tuam auctoritatem valuisse; et mox: Itaque omittamus lugere. Hor. Ep. 1, 6, 48. Hoc primum repetas opus, hoc postremum omittas. Id. A. P. 44. Pleraque differat, et praesens in tempus omittat. Suet. Cal. 14. Ne minimam quidem occasionem quoquam omittente in testificanda sollicitudine, etc. [*Omittere occasionem est nolle eam adhibere ideoque negligere. Taciti exempla collegit Boettich. in Lex. Tac. p. 331.] P Pro cessare, desinere. Hor. Od. 3, 29, 11. Omittite mirari beatae Fumum et opes strepitumque Romae. Pl. Pers. 3, 3, 26. Jam omitto iratus esse; et 4, 4, 90. Jam de istoc rogare omitte. P Pro abjicere, deponere. Cic. Off. 3, 10. Omisit hic et pietatem, et humanitatem, ut id, quod utile videbatur, assequi posset. Id. Somn. Scip. l. extr. Omittite timorem. Liv. 21, 11. extr. arma. Ter. Ad. 2, 4, 3. tristiculam; et 4, 7, 36. iracundiam. P Pro dimittere. Id. Ph. 1, 2, 91. nunc omite quaeso hunc. Plerique al. leg. amitte. Id. Ad. 2, 1, 18. hem serva, omittite mulierem. Pl. Mil. 4, 3, 2. nullo pacto potest Prius haec in aedes recipi, quam illam omiserim. Nep. Eum. 9. Certos omittit homines ad infimos montes. Al. leg. mittit. P Omittite animam, emittite, mori. Pl. Amph. 1, 1, 85. Animam omittunt, priusquam loco demigrant. Sic ibi Taubman. legendum monet ex MSS. et veterib. editionib., non amittunt. [*Et enim omittite vitam pertinet ad eum, qui laeto animo diem obit, ut alias oppetere mortem: amittite invitum, inopportunitum, haud gratum significat, quod hujus loci sententiae parum convenit.] P Silentio praeterire. Cic. Pis. 22. De reditu Gabini omittamus. Id. Sext. 24. Omittite gratulationes, epulas, praedam, laetitiam, etc.; et ib. 12. Omittite, quid ille tribunus, omnium rerum divinarum humanarumque praedo, fecerit. Nep. Ann. 2. Nam, ut omittam Philippum, omnium potentissimus Antiochus fuit. P Est et negligere, spernere, [*curam

omittit, nisi, nisi, issum, a. 3. παραλείπω, praetermitto, relinquo, missum facio, praetero: ex ob, et mitto: sed tamen primam syllabam corripit. [*De discrimine inter omitto et amitto, v. quae dicta sunt in h. v. Adde, quae Doederl. 3, 285. definite magis distincteque designat: Omittimus volentes et sponte; amittimus inviti et casu. Quid dimittere, intermittere differit, v. in hh. vv.] Liv. 37, 10. Dixit omnium se rerum apparatus omisurum. Val. Max. 5, 10, n. 2. extr. Nec ideo institutum Deorum cultum omittendum curavit. Cic. Q. Fr. 2, 6. Primam navigationem, dummodo idonea tempestas sit, ne omiseris. Id. Brut. 76. f. Ne ego, ut omittam cetera, doleo, nihil tuam auctoritatem valuisse; et mox: Itaque omittamus lugere. Hor. Ep. 1, 6, 48. Hoc primum repetas opus, hoc postremum omittas. Id. A. P. 44. Pleraque differat, et praesens in tempus omittat. Suet. Cal. 14. Ne minimam quidem occasionem quoquam omittente in testificanda sollicitudine, etc. [*Omittere occasionem est nolle eam adhibere ideoque negligere. Taciti exempla collegit Boettich. in Lex. Tac. p. 331.] P Pro cessare, desinere. Hor. Od. 3, 29, 11. Omittite mirari beatae Fumum et opes strepitumque Romae. Pl. Pers. 3, 3, 26. Jam omitto iratus esse; et 4, 4, 90. Jam de istoc rogare omitte. P Pro abjicere, deponere. Cic. Off. 3, 10. Omisit hic et pietatem, et humanitatem, ut id, quod utile videbatur, assequi posset. Id. Somn. Scip. l. extr. Omittite timorem. Liv. 21, 11. extr. arma. Ter. Ad. 2, 4, 3. tristiculam; et 4, 7, 36. iracundiam. P Pro dimittere. Id. Ph. 1, 2, 91. nunc omite quaeso hunc. Plerique al. leg. amitte. Id. Ad. 2, 1, 18. hem serva, omittite mulierem. Pl. Mil. 4, 3, 2. nullo pacto potest Prius haec in aedes recipi, quam illam omiserim. Nep. Eum. 9. Certos omittit homines ad infimos montes. Al. leg. mittit. P Omittite animam, emittite, mori. Pl. Amph. 1, 1, 85. Animam omittunt, priusquam loco demigrant. Sic ibi Taubman. legendum monet ex MSS. et veterib. editionib., non amittunt. [*Et enim omittite vitam pertinet ad eum, qui laeto animo diem obit, ut alias oppetere mortem: amittite invitum, inopportunitum, haud gratum significat, quod hujus loci sententiae parum convenit.] P Silentio praeterire. Cic. Pis. 22. De reditu Gabini omittamus. Id. Sext. 24. Omittite gratulationes, epulas, praedam, laetitiam, etc.; et ib. 12. Omittite, quid ille tribunus, omnium rerum divinarum humanarumque praedo, fecerit. Nep. Ann. 2. Nam, ut omittam Philippum, omnium potentissimus Antiochus fuit. P Est et negligere, spernere, [*curam

omittit, nisi, nisi, issum, a. 3. παραλείπω, praetermitto, relinquo, missum facio, praetero: ex ob, et mitto: sed tamen primam syllabam corripit. [*De discrimine inter omitto et amitto, v. quae dicta sunt in h. v. Adde, quae Doederl. 3, 285. definite magis distincteque designat: Omittimus volentes et sponte; amittimus inviti et casu. Quid dimittere, intermittere differit, v. in hh. vv.] Liv. 37, 10. Dixit omnium se rerum apparatus omisurum. Val. Max. 5, 10, n. 2. extr. Nec ideo institutum Deorum cultum omittendum curavit. Cic. Q. Fr. 2, 6. Primam navigationem, dummodo idonea tempestas sit, ne omiseris. Id. Brut. 76. f. Ne ego, ut omittam cetera, doleo, nihil tuam auctoritatem valuisse; et mox: Itaque omittamus lugere. Hor. Ep. 1, 6, 48. Hoc primum repetas opus, hoc postremum omittas. Id. A. P. 44. Pleraque differat, et praesens in tempus omittat. Suet. Cal. 14. Ne minimam quidem occasionem quoquam omittente in testificanda sollicitudine, etc. [*Omittere occasionem est nolle eam adhibere ideoque negligere. Taciti exempla collegit Boettich. in Lex. Tac. p. 331.] P Pro cessare, desinere. Hor. Od. 3, 29, 11. Omittite mirari beatae Fumum et opes strepitumque Romae. Pl. Pers. 3, 3, 26. Jam omitto iratus esse; et 4, 4, 90. Jam de istoc rogare omitte. P Pro abjicere, deponere. Cic. Off. 3, 10. Omisit hic et pietatem, et humanitatem, ut id, quod utile videbatur, assequi posset. Id. Somn. Scip. l. extr. Omittite timorem. Liv. 21, 11. extr. arma. Ter. Ad. 2, 4, 3. tristiculam; et 4, 7, 36. ir

partem relinquere. *Caes. B. G.* 1, 34. Sibi mirum videri, quid in sua Gallia aut Caesari, aut omnino populo R. negotii esset. P. Ponitur et pro solo, tantummodo. *Caes. B. G.* 1, 6. Erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possent. *Cic. Quint.* 24. Mihi perdifficile esse, contra tales oratores non modo tantam causam perorare, sed omnino verbum facere conari. *Plin. ep.* 5, 4. Pleraque taeta tantum, et omnino commota, latissime serpunt. P. Junctum nominibus numeralibus habet vim v. admodum. *Cic. Cluent.* 28. Quinque omnino fuerunt, qui Oppianicum absolvent. *Caes. B. G.* 4, 19. *extr.* Diebus omnino decem et octo trans Rhenum consumptis. *Cic. Q. Fr.* 2, 1. Sane frequentes fuimus: omnino ad ducentos. *Nep. Pel.* 2. Cum omnino non essent amplius centum, qui tanto se offerrent periculo. P. [*Significat etiam desertis verbis. *Cic. Tusc.* 5, 9. Non usquam id dicit omnino, sed quae dicit, idem valet.] P. Videtur etiam poni pro universim, generaliter. *Cic. Fin.* 5, 11. *med.* De hominum genere, aut omnino de animalium loquor. P. In principio sententiae, ut *Off.* 1, 20. Omnino fortis animus et magnus duabus rebus maxime cernitur; et *Amic.* 21. Omnino omnium horum vitiorum atque incommodorum una cautio est, ut, etc. P. Adhibetur etiam a poetis. *Virg. A.* 9, 248. Non tamen omnino Teucros delectare paratis. *Hor. Sat.* 2, 1, 6. ne faciam, inquis, Omnino versus. *Mart.* 3, 45. Sed nihil omnino, te recitante, placet. *Catull.* 98, 5. Si nos omnino vis omnes perdere. P. [*Est omnino sequente sed etiam concedentis, i. q. quidem, nos: *alldings, aber* etc. *Cic. Off.* 2, 18. restricti omnino esse nullo modo debemus, sed in deligendis idoneis iudicium et diligentiam adhibere; et *ib.* 20. Danda opera est omnino — sed. V. ad utrumque locum *Beier.*]

OMNIPARENS, entis, adj. παντοποιος, qui omnia parit, seu gignit: ab *omnis* et *parens*. *Virg. A.* 6, 595. Nec non et Tityon terrae omniparentis alumnus. Al. leg. *omnipotentis*. *Lucr.* 2, 705. per terras omniparentes. *Appul. Met.* 8. Omnipotens, et omniparens Dea Syria. *Id. de Mundo*: Omniparentis mundi amoenitas. Adde *Nemes. Ecl.* 1, 35.

OMNIPATENS, entis, adj. omnino, vel omnibus patens. *Virg. A.* 10, 1. Panditur interea domus omnipatens Olympi; et *ib.* 12, 791. rex omnipatentis Olympi. Ita quidam leg. sed in MSS. teste *Pierio*, qui ubique *omnipotentis* reperit: invito etiam *Erythraeo*, qui multa in indice hac de re, et *Heynio*, qui plurima attulit ad *l. prius c.*

OMNIPATER, tris, m. omnium rerum pater. *Prud. apud Crisp.* 3, 70. omnipatremque negare Deum.

OMNIPAVUS, a, um, adj. qui omnia timet. *Coel. Aurel. Acut.* 3, 12. Andreae sectatores memorant esse pantophobos, quos nos omnipavos dicere poterimus.

OMNIPERITUS, a, um, adj. omnium peritus. *Albinov.* 2, 110. Viscera directi mutaverat arietis agno Aetis succis omniperita suis. Al. leg. *omne perita* per hyphen, *sup. v.*

OMNIPOLLENS, entis, adj. omnipotens. *Prud. Apoth. praef.* 31. Statum lacessunt omnipollentis Dei.

OMNIPOTENS, entis, adj. παντοδυναμος, omnia potens. *Turpil. ap. Cic. Tusc.* 3, 34. Teque, omnipotens Neptune, invoco. *Catull.* 64, 171. Juppiter omnipotens. *Val. Fl.* 1, 81. regina, h. e. Juno; et 8, 70. Somne omnipotens. *Virg. A.* 8, 334. Fortuna omnipotens, et ineluctabile fatum. *Macr. Soma. Scip.* 1, 17. *med.* et *August. Confess.* 1, 4. Deus ille omnipotentissimus.

OMNIPOTENTIÀ, ae, f. παντοδυναμία, rerum omnium facultas. *Macr. Sat.* 1, 16. Omnipotentiam quoque Fortunae tribuit.

OMNIS, e, adj. πᾶς, ἅπας, cunctus, universus, unusquisque. *Cic. Q. Fr.* 1, 1, 9. Omnium nomine, quicumque ludos faciunt, pecunia erogatur. *Id. Off.* 1, 35. Ab omni, quod abhorret ab oculorum auriumque approbatione, fugiamus. *Id. Tusc.* 5, 23. Quis est omnium, qui modo cum musis habeat aliquod commercium, qui non malit, etc? *Id. Or.* 1, 22. Cum te unum ex omnibus ad dicendum maxime natum aptumque cognossem. *Id. Rabir. perduell.* 7. Omnes omnium ordinum homines. [*Saepe per abundantiam quandam ita dicitur. V. *Beier.* ad *Cic. Off.* 1, p. 128.] P. Pro quilibet, quicumque. *Caes. B. G.* 5, 6. Omnibus precibus petere contendit, ut, etc. [*i. e. omnis generis: nos: *inständigst.*] *Hor. Ep.* 1, 5, 2. Nec modica coenare times olus omne patella. P. Interdum substantivi naturam induit. *Cic. Or.* 2, 2. Omnia, quaecumque in hominum disceptationem cadere possunt. [**Cf. Kritz.* ad *Sall. Cat.* 30, 4. quibus omnia, honesta atque inhonesta, vendere mos erat.] *Liv.* 31, 45. Macedonum fere omnibus, et quibusdam Andriorum, ut maneret, persuasit. [**Id.* 24, 32. Praetoromque omnes interficiuntur. V. *Gronov.* ad h. l. Sic et *πάρες* junctum genitivo codices hic illic exhibent. V. *Wesseling.* ad *Diodor. Sicul. in. it.* ad *Eclog.* p. 532. *Cf. Ramsh. Gr. Lat.* §. 103. n. 3. a.] *Lucr.* 1, 520. Tum porro si nihil esset, quod inane vacaret, Omne foret solidum; et 999. Omne quidem vero nihil est quod finiat extra; et 1022. Sed quia

multa modis multis mutata per omne, etc. *Cic. Verr.* 2, 3, 10. Poscet omne, quantum exaravero: quid omne? immo plus etiam, si volet; et *ib.* 77. *extr.* Unum da mihi, qui sibi dicat pro frumento omne esse, quod oportuerit, solutum. *Ter. Ad.* 2, 4, 16. At ut omne reddat. *Sy.* omne reddet: tace modo. *Prop.* 4, 8, 30. Sobria grata parum; cum bibit, omne decet. *Hor. Sat.* 2, 6, 30. tu pulses omne quod obstat. [**Cf. Ruhnck.* ad *Oc. Her.* 12, 27. Scythia tenuis ille nivosa Omne tenet, h. e. omnem illam regionem usque ad nivosas Scythiam tenet.] P. *Omnia facere*, tentare, experiri, *ἀναρᾶναι ποιεῖν*. *Cic. Amic.* 10. f. Profiteri, omnia se amici causa esse facturos. *Id. Fam.* 1, 9. f. Scribis, te omnia facturum, ut negotium conficias. *Petr. Sat.* 107. Quid ita omnia fecisti, ut quos tuebaris, absconderes? *Mart.* 6, 93. Omnia cum fecit, Thaidam Thais olet. *Sic Ter. Andr.* 2, 1, 11. omnia experiri certum est, priusquam pereat. [*De hac dicendi formula exposuit *Ruhnck.* ad *Rut. Lup.* 1, 15. p. 121. *ed. Fr.* Item ad *Ter. l. modo l.* et ad *Her.* 21, 7.] P. *Omnia fore prius arbitrator, quam, etc.* h. e. coelum ruiturum. *Cic. ad Pompej. post ep.* 11. l. 8. ad *Att.* Nam suspitione assequi non potui, quod omnia prius arbitratus sum fore, quam ut haec reipubl. causa in Italia non posset, duce te, consistere. P. *Omnia mihi sunt cum aliquo*, concordet invicem sumus in omnibus, vel omnia sunt mihi cum aliquo vincula et officia familiaritatis, et amicitiae. *Cic. Fam.* 13, 1. Cum Patrone Epicureo mihi omnia sunt: nisi quod in philosophia vehementer ab eo dissentio. *Contra Id. Att.* 12, 17. Mihi ante aedilitatem neam nihil erat cum Cornificio. P. *Esse omnia in aliqua re dicimus*, cum in ea re omnia praesidia, et vim inesse affirmamus. *Cic. Leg.* 2, 10. Caste lex jubet adire ad Deos, animo videlicet, in quo sunt omnia. *Id. Fam.* 15, 14. f. Sic velim enitare, quasi in eo sint mihi omnia. P. *Esse omnia alicui*, esse alicui in summo gradu existimationis et gratiae, instar omnium esse, unum valere, quod omnes alii, *εἶναι τὰ πάντα*. *Or. Her.* 12, 161. Deseror (amissis regno, patriaque, domoque) Coniuge, qui nobis omnia solus erat. *Liv.* 40, 11. Demetrius iis unus omnia est: eum jam regem vivo patre appellant. *Sic Petr. Sat.* 37. Nunc, nec quid, nec quare, in coelum abiit, et Trimalchionis tapanta (vel, ut alii ediderunt, *τὰ πάντα*) est. [*V. *intpp.* ad *Vell.* 2, 103, et *Heus.* ad *Vecln. Hellenol. Cort.* ad *Lucan.* 3, 108. Omnia Caesar erat.] P. *Ante omnia*, V. in ANTE. P. *Per omnia*, omnibus rebus, in omni re, omnino. *Quint.* 5, 2. Vix ulla res est per omnia alteri similis. *Colum.* 4, 2. Quare per omnia praetulerim, duobus potius seminibus depositis, quam unico periclitari. *Vell.* 2, 33. Vir alioqui per omnia laudabilis; et 40. Pompejus per omnia fortunam hominis egressus. [*Longe usitatissima est *Vell.* haec dicendi ratio. Locos indicavit *Burm.* in indice ad suam *Vell.* editionem.] *Inscr. ap. Grut.* 613, 2. T. Flavius Aug. L. Felix conjugii karissimae de se per omnia bene merita. P. *Eadem omnia*, *τὴν αὐτὰ πάντα*. *Ter. Hec.* 2, 1, 2. Utin' omnes mulieres eadem aequae studeant, nolintque omnia. *Pl. Asin.* 3, 3, 23. Mihi certum est efficere in me omnia eadem, quae tu in te faxis. *Plin. ep.* 7, 17. Supervacuum tamen est recitare, quae dixeris: etiam: si eadem omnia, si iisdem omnibus, si statim recites. P. *Alia omnia*, contrarium. *Id. ep.* 7, 15. Requiris quid agam? quo nosti distingui officio, amicis deservio, studeo interdum, etc. Te alia omnia, quam quae velis, agere, moleste ferrem, etc. P. Aliquando *alia* mittitur, sequente *quam*. *Cic. Quint.* 24. Quid haec festinatio tanta significat? non vim? non scelus? non latrocinium? non denique omnia potius, quam jus, quam officium, quam pudorem? *Liv.* 2, 39. Plebs omnia, quam bellum malebat. *Sall. Cat.* 26. Sed ei cariora semper omnia, quam decus atque pudicitia fuit. P. *Ire, transire, discedere in alia omnia* est senatoris dissentientis in senatu ab alterius sententia. Utebantur autem his verbis *alia omnia*, omnis causa, ne dicerent, qui non censetis vel qui contrarium censetis, quae verba mali ominis esse videbantur, ut *Festus* docet in *Qui hoc*, V. EO, is. P. *Omnia absolute*, Graeco more, per omnia, omnino. *Sea. Cons.* ad *Marc.* 25. f. Tramites, omnia plani, et ex facili mobiles. *Lips.* vellet aliter legi, invito *Gronov.* *Sic Aurel. Vict. Caes.* 9. Vespasianus sanctus omnia, facultiae haud egens. P. Aliquando *omnis* est ullus. *Ter. Andr.* 2, 3, 17. Sine omni periculo. [*Admodum rara dicendi ratio et comicis tantum usitata. V. *Ruhnck.* ad h. l.] P. *Omnes*, singuli. *Cic. Fin.* 2, 31. Itemque omnibus mensibus, vicesimo die lunae, dent ad eorum epulas, etc. *Plin.* 12, 25, 54. de balsami arbore: Ter omnibus percutitur aestatibus, postea deputatur. [**Lucan.* 7, 421. Omne tibi bellum gentes dedit omnibus annis: ubi v. *Cort.*] P. *Omnis* sing. num. pro *omnes*, et eadem significatione. *Val. Fl.* 1, 707. et visu lassatur inani Omnis eques. *Albinov.* 1, 202. Funeris exsequiis adsumus omnis eques. *Cato ap. Gell.* 3, 7. Omnis Graecia decoravere. *Or. Am.* 1, 9, 1. Militat omnis amans. *Stat. Silv.* 1, 3, 85. huc omnis turba coimus. *Val. Fl.* 2, 202.

pariterque toris exhorruit omnis Mater; et 1, 14. Spargentemque faces, et in omni turre furentem. *Stat. Silv.* 1, 2, 129. Proteaque atque omnem Ne-reida quaerere jussi. *Cic. Att.* 7, 3. *med.* Hic omnia facere omnis debet, ne armis decernatur. Al. rectius facere omnis debet, ne armis decernatur. Al. rectius leg. *omnes debent*. [**Ita Orell.*] P. *Omnes* de duobus, aut tribus tantum. *Cic. Mur.* 15. Perfecta ab Lucullo haec sunt omnia, ut urbs fidelissimorum sociorum defenderetur, ut omnes copiae regis diuturnitate obsidionis consumerentur. *Quint.* 3, 7. *extr.* Quamquam omnes tres status cadere in hoc opus possint. [**Cf. Ruddim.* 2. p. 87. Notandus hic etiam locus *Nep. Ep.* 1, 2. Scimus enim, musicen nostris moribus abesse ab principis persona; saltare vero etiam in vitiis poni: quae omnia apud Graecos etc. ubi, quum *Goerenz.* ad *Cic. Fin.* 2, 31, 105. omnia de duobus positum esse dixisset, rectius *Brem.* docet quae omnia h. l. secundum haud inusitatam brachylogiam, idem esse quod *haec et hujus generis omnia*.] P. *Redundat in illo Varr. L. L.* 9, 4. Harum analogiarum primam sequi debet populus, secundam omnes singuli e populo, tertiam poetae. P. *Hactenus omnis* refertur ad quantitatem discretam, uti vocat, h. e. ad numerum: in quo differt a *totus*, quod pertinet ad continuam, et integrum corpus aliquid significat, nulla cui desit pars. Saepe tamen *omnis* pro *totus* ponitur. *Caes. B. G.* 5, 13. *extr.* Omnis insula est in circuitu vicies centena millia passuum. *Cic. Fin.* 2, 34. Omne coelum, totamque cum universo mari terram mente complexus. *Id. Tusc.* 2, 22. *extr.* In profundenda voce omne corpus intenditur. *Id. Cluent.* 6. f. Sanguinem suum omnem profundere. *Id. Or.* 2, 21. *extr.* Tota mente atque omni animo intueri. *Id. Quint.* 21. Ut in hoc singulare iudicium causa omnis concluderetur. *Id. Tusc.* 3, 15. M. Crassus, quem semel ait in omni vita risisse Lucilius. *Hor. Ep.* 1, 11. Quid verum atque decens, curo et rogo: et omnis in hoc sum. *Aurel. Vict. Vir. illust.* 34. Censuram solus omni quinquennio obtinuit. *Stat. Theb.* 6, 766. at ille nocendi Prodigus, incautusque sui, ruit omnia, et ambas Consumit sine lege manus. [**Discrimen inter omnis, totus, universus, cunctus* notavimus in *totus*.] P. *Omne pro tantum* videtur esse in illo *Cic. Verr.* 2, 3, 10. Apronius poscet omne, quantum exaravero. P. *Primam in omnibus corripit Lucr.* more Graeco, propter *m n*, ut in *Clytemnestra*: 3, 440. Cum semel ex omnibus membris ablata recessit. P. [**Confund. omnes, omnium* etc. et *homines* etc. V. *Beier.* ad *Cic. Off.* 2, p. 308. et ad *ejusd. fragm.* p. 16. b. — *Omnia et animo*. *Id. ib.* 1. p. 228. — *Omnes et obvius*. *Id. ad Cic. fragm.* p. 206. b. — *Omnis et communis*. *Burm.* ad *Vell.* p. 260. *Wund. varr. lectt. praef.* p. 16. — *Omnium et etenim*. V. *Heindf.* ad *Cic. N. D.* 1. a. — *Omnia et nomina*. *Ruhnck.* ad *Rut. Lup.* p. 166. b. *ed. Fr.* — *Omnia et omnia*. *Cort.* ad *Lucan.* 1, 637, 2, 4, 3, 101, 6, 813.]

OMNISONUS, a, um, adj. omnem sonum reddens. *Paul. Nol. carm.* 24, 81. Omnisona harmonia. *Capell.* 9, 309. in *carm. chelys*, Bis plenum omnisona cui recinunt mela, et 312. Melodia omnisona conveniens pulsibus modulorum. P. Hinc adv. *omnisone* quidam leg. ap. *Quint.* 9, 2. *med.* Disponenda atque varianda sunt, ut auditorem, quod in fidebus fieri videmus, omnisone permulceant. Sed lege cum aliis *omni sono*.

OMNITENENS, entis, adj. omnia tenens, παντοκρατορ. *Tert. carm. adv. Marc.* 5, 202. Omnitentis enim solus quia verba ministrat.

OMNITUENS, entis, adj. πανόπτης, qui omnia tuetur et cernit. *Lucr.* 2, 940. Contulit inter se motus, quibus omnituentes Accensi sensus animantem quamque tuerunt. *Val. Fl.* 5, 247. de Sole: fatorum genitor tutela meorum Omnituens. *Appul. de Mundo*: Sol quidem omnituens ortu suo diem pandit.

OMNIVAGUS, a, um, adj. παντοπλανής, qui per omnia loca vagatur. *Cic. N. D.* 2, 27. Diana omnivaga dicitur, non a venando, sed quod in septem numeratur tanquam vagantibus. Al. leg. *annivaga*. [*quod nihili est: V. *Heindf.* ad h. l.]

OMNIVOLUS, a, um, adj. omnia volens. *Ca-tull.* 68, 140. Noscens omnivoli plurima furta Jovis.

OMNIVORUS, a, um, adj. παντοφάγος, qui nullo discrimine quibuslibet vescitur. *Plin.* 25, 8, 53. Quoniam boves omnivorae fere sunt in herbis.

*OMOENUS, i, insula Arabiae Felici objecta. *Plin.* 6, 28. B. A.

OMOPHAGIÀ, ae, f. ὀμοφαγία, crudae carnis usus in cibis: ab ὀμός, crudus, et φάγω, comedo. *Arnob.* 5, 169. Bacchanalia praetermittamus immania, quibus nomen Omophagiis Graecorum est: in quibus furore mentito, et sequestrata pectoris sanitate, circumplectis vos anguibus: atque ut vos plenos Dei numine ac majestate doceatis, caprum reclamantium viscera eruentatis oribus dissipatis.

OMPHACIUM, ii, n. ὀμφάκιον, succus ex olea, aut uva expressus, priusquam cibo aut vino maturae sint. Ex olea quidem, cum adhuc alba est, vel cum colorem quidem mutare incipit, adhuc ta-

men est cibo immatura: ex uva autem aut psythia, aut amminea, cum sunt acini ciceris magnitudine: vel cum in mortariis uva immatura teritur, siccatque in sole, postea degeritur in pastillos. Haec Plin. 12, 27, 60., ubi, et 14, 16, 18. inter varia oleorum, seu unguentorum genera recenset, et praef. 23. et ib. 4, 39. refert varios ejus usus in medicina.

OMPHACOCARPOS, i, f. ὀμφακόκαρπος, herba eadem quae aparine. Plin. 27, 5, 15. Hic alii melius leg. omphalocarpos, ὀμφαλόκαρπος; quae ita appellatur, quod ejus fructus umbilici figuram exhibet: ab ὀμφαλός, umbilicus, et καρπός, fructus.

OMPHACOMEL, ellis, n. conditura ex omphacio, h. e. urvae semiacerbae succo, et melle. Legitur ap. Pall. 9, 13. in lemmate.

OMPHALĒ, es, f. Ὀμφάλη, filia Iardani, regina Lydiae, quae Herculem multis muneribus ornavit, quod animum juxta Sagarim fl. multos homines interficientem interemisset, eundemque postea sibi servientem, ut tradit Donat. ad Ter. Eun. 5, 8, 3., ad lanificum compulsi, cum ipsa calathum, et colum, cultusque femineos sagittis, et clava, leonisque tegmine mutasset. Alii dicunt, ob Iphiti Euryti regis filii caedem, vel ob sublatam Apollinis cortinam ac tripodem, quod ab eo responsa petens, nihil retulisset; a Mercurio, jussu Jovis, Omphale Lydorum reginae fuisse in servitutem additum, et inde esse, quod illi servisse, et calathos subministrasse dicatur. V. Or. Fast. 2, 305. et sqq., Hyg. fab. 32. et Astron. 2, 14. et Serv. ad A. 8, 30. et Sen. Hipp. 317. et sqq. et Herc. Eur. 465. P. Paenultima brevis est natura. Itaque in illo Prop. Omphale in tantum formae processit honorem, 3, 9, 17. nulla fit synalophe, Graeco more. Alii rectius leg. Omphale et in, etc.

OMPHALOCARPOS. V. OMPHACOCARPOS.

OMPHALOS, i, m. ὀμφαλός, umbilicus: et per metaphoram medullum. Graeca vox. Auson. Idyll. 11, 60. Bisque quaternorum secerantur omphalos idem. P. [Omphalus, i, Latina positione est cogn. R. Inscr. ap. Grut. 567, 2. C. Roscius Omphalus. F.]

[OMPHE, es, f. ὀμφή, vox divina, oraculum. Est cogn. R. Inscr. ap. Fabr. p. 385. n. 222. Apidia Omphe. F.]

ON

[ONĀ, ae, f. fici Tarentinae genus. Plin. 15, 18, 19. Tarenti tantum praedules nascuntur (ficus), quas vocant onas. Hard. interpretatur ὄντας, venales, pretiosas; sed Gesnerus probat antiquam lectionem onas, et interpretatur crudas, quae etiam ante maturitatem dulcescant. F.]

ONĀGER et Onager, gri, m. ὄναγρος, asinus silvestris, et ferus: ab ὄνος, asinus, et ἄγρος, rus, ager. Varr. R. R. 2, 6. Ad seminationem onager idoneus, quod e fero fit mansuetus facile. Colum. 6, 37. Mula non solum ex equa et asino, sed ex asina et equo, itemque onagro et equa generatur. Virg. G. 3, 409. Saepe etiam cursu timidus agitabis onagros. Mart. 13, 100. Pulcher adest onager; et 97. Cum tener est onager. Adde Plin. 8, 44, 69. P. Est hoc nomine et machina bellica, magnis saxis torquendis apta, quae describitur ab Ammian. 23, 4. et Veg. Mil. 4, 22. Hic a scorpione distinguit: ille eandem facit. Scorpio, inquit, appellatur, quoniam aculeum desuper habet erectum: cui etiam onagri vocabulum indidit aetas novella, ea re, quod asini feri, cum venatibus agitantur, ita eminus lapides post terga calcitrando emittunt, ut perforant pectora sequentium, aut perforatis ossibus capita ipsa displodant. V. SCORPIO.

ONĀGOS, i, m. ὄνηγος, asinarius, asinorum ductor: ab ὄνος, asinus, et ἄγω, duco. Pl. As. prol. 10. huic nomen Graece est onagos Fabulae.

ONCHESMITES. V. ANCHISITES.

ONCHESTIUS, a, um, adj. ad Onchestum pertinens, quae est urbs Boeotiae, condita ab Oncheste Neptuni filio. Ov. Met. 10, 605. Namque mihi genitor Megareus Onchestius.

*ONCHESTUS, urbs Boeotiae. V. in ONCHESTIUS, a, um. P. Item fluvius Thessaliae. Liv. 33, 6. B. A.

*ONCHOBRICE, es, f. insula Arabiae adjacens. Plin. 6, 28. B. A.

ONCO, as, n. l. rudo, vocem asinorum emitto, ὄγκομαι. Auct. carm. Philom. 55. oncat asellus.

[ONCOMĀ, ātis, n. ὄγκωμα, tumor, ab ὄγκω, tumefacio. Veg. Vet. 2, 30. in. Sciendum est, tubera in corporibus frequenter excrecere, quae Graeci oncomata vocant. F.]

*ONENSES, ium, populi Hispaniae Tarraconensis. Plin. 3, 3. Agnicaldenses, Onenses, Baeculoneses. B. A.

ONERARIUS, a, um, adj. φορτικός, qui onera ferre potest. Liv. 41, 4. Oneraria jumenta; et Id. 22, 11. et Nep. Them. 2. Navis oneraria. P. Oneraria, absolute est navis oneraria. Cic. Att. 10, 12. Occulte in aliquam onerariam corrependum.

ONERATUS, a, um, part. ab onero: ὑφορτός,

onustus. Ter. Heaut. 3, 1, 42. ancillas secum adduxit plus decem Oneratas veste atque auro. Ov. Pont. 4, 7, 9. Onerata plaustra. Id. Trist. 2, 143. pampineis onerata vitibus ulmum. Id. Met. 10, 101. pomoque onerata rubenti Arbutus. Id. A. Am. 1, 219. Ibunt ante duces onerati colla catenis. Id. Amor. 1, 13, 15. arva colentes onerati bidente. Sen. Const. Sap. 14. Quid refert, quantum habeat, quod lecticarios, quam oneratas aures, h. e. multos lapillis pendentes ornatas. P. Item plenus. Virg. A. 8, 284. cumulantque oneratis lancibus aras. Ov. Met. 8, 781. gravidis oneratis messibus agros. P. Translate. Ov. ib. 3, 109. onerata brachia telis, h. e. instructa, armata. Id. ib. 11, 180. Oneratus pudore. Plin. ep. 9, 18. Memoria onerata, et quasi oppressa. Sall. Jug. 79. Vino et epulis onerati. Liv. 32, 11. Promissis ingentibus oneratus. Id. 34, 61. Partim donis, partim spe praemiorum oneratus. Sen. Octav. 5. Oneratus malis. P. Cum genitivo. Pacuv. ap. Non. 9, 6. Postquam est oneratus frugum, et floris Liberi. P. Oneratus, obsessus, insessus, occupatus. Liv. 32, 11. In eo saltu, qui regis tunc oneratus castris erat. P. [*Confund. onerata et ornata. V. Cort. ad Lucan. 6, 518.]

ONERO, as, avi, atum, a. l. ἐπιφορτέω, onus impono, onere premo. Caes. B. G. 5, 1. Naves, ad celeritatem onerandi subductionesque, paulo facit humiliores. Sall. Jug. 91. Commeatu, stipendio, armis, aliisque utilibus naves onerat. Virg. G. 1, 274. aselli costas onerare pomis. Ov. A. Am. 1, 19. tauri cervix oneratur aratro; et ib. 3, 129. aures caris onerare lapillis. Id. Her. 15, 127. cervice lacertos alicujus, h. e. collo premere lacertos alicujus amplectentis. Hor. Od. 3, 11, 45. aliquem catenis. Phaedr. 3, 2. saxis, i. e. lapidare. Ter. Phorm. 5, 6, 4. humerum pallio. Virg. A. 10, 868. et 11, 574. manusque ambas jaculis oneravit acutis, h. e. armavit, instruxit. [*Huc pertinet etiam ista: G. 4, 133 et 378. Onerare mensas dapibus; et A. 10, 620. limina donis: quae Noster infra alieno loco collocaverat.] Sall. or. de Rep. ord. 1. f. Quibus bis die ventrem onerare mos est. Ov. Pont. 1, 10, 31. Onerari epulis; et Just. 1, 8. vino. [*i. e. obrui: nos: sich überladen.] P. Item tegere, obtegere. Virg. A. 10, 557. non te optima mater Condet humi, patriove onerabit membra sepulcro; et ib. 11, 212. confusa ruebant Ossa focis, tepidoque onerabant aggere terrae. P. Onerare vaccas ap. Pall. 8, 4. est submittere ad feturam, ut partus onera perferant. P. Onerare et cibi dicuntur, qui difficiles concocti sunt; et stomacho graves. Plin. 29, 3, 11. de ovis: Nullus est alius cibus, qui in aegritudine alat, neque oneret. Id. 19, 4, 19. n. 3. Acetaria facilia concoqui, nec oneratura sensum cibo. P. Translate multiplicem variumque habet usum. [*Primum quidem de rebus bonis.] Cic. N. D. 3, 3. Te quoque animadverti saepe, cum in foro diceres, quam plurimis posses argumentis onerare judicem. [*Adde Or. 3, 30. Onerandum complendumque pectus maximarum rerum et plurimarum suavitate, copia, varietate.] Pl. Capt. 4, 1, 7. Ita hic me amoenitate amoena amoenus oneravit dies, h. e. cumulavit, implevit, affecit. Ter. Phorm. 5, 6, 1. O Fortuna, o Fors fortuna, quantis commoditatibus, Quam subito, meo hero ope vestra hunc onerastis diem! Liv. 4, 13. f. Onerare aliquem laudibus; et 35, 11. spe praemiorum; et 10, 14. et Sall. Jug. 12. promissis. Just. 5, 4. honoribus. Pl. Stich. 4, 1, 27. se voluptatibus. P. Eleganter illa onerare dicuntur, quae nos premunt, urgentem necessitate quadam recte agendi, et laudabiliter. Plin. ep. 8, 24. med. Onerat te quaesturae tuae fama, onerat testimonium principis, onerat tribunalus. Sic ep. 3, 3. f. A te meque admonebitur, quibus imaginibus oneretur, quae nomina et quanta sustineat. Stat. Th. 6, 565. onerat celeberrima natum Mater. Simile est illud. Cic. Off. 3, 2. Sustines non parvam expectationem imitandae industriae nostrae: suscepisti onus praeterea grave et Athenarum, et Cratippi. P. In malam partem. Ter. Andr. 5, 1, 8. Onerare aliquem injuriis. Cic. Phil. 2, 38. contumeliis. Id. Fam. 3, 10. med. Multis mendaciis onerare aliquem. Sen. Hippol. 126. probris. Virg. A. 4, 549. malis. Pl. Ps. 1, 3, 122. maledictis. Id. Amph. 1, 1, 172. pugnis. Plin. Pan. 24. Onerasset alium hujusmodi introitus, [*i. e., Gesnero intrpr., difficile ei fuisset, ita se gerere, ut reliqua vita tali initio responderet.] Prop. 3, 13, 15. famulam pensis oneravit iniquis. Liv. 39, 3. extr. Jam tum multitudine alienigenarum urbem onerante. Suet. Tib. 32. Provinciae tributo onerandae. Ulp. Dig. 47, 11, 6. Onerare annum. Colum. 2, 9. f. et 4, 2. gravi impensa. [*Ejusdem etiam generis sunt, quae Forc. supra laudaverat, ista:] Virg. A. 9, 24. Multa Deos orans, oneravitque aethera votis. Hor. Sat. 1, 10, 9. verbis lassas onerantibus aures. Plin. ep. 1, 8. Onerabit hoc modestiam nostram, quod cogimur de nostra munificentia disputare. Liv. 31, 15. f. et Papin. Dig. 3, 2, 20. Onerare pudorem. Pl. Mil. 3, 3, 28. aliquem praeceptis. Id. Pers. 2, 1, 13.

Conveniam hunc Toxillum: ejus aures, quae mandata sunt, onerabo. P. [*Hinc orta significatio, qua idem fere est, quod cumulare, augere, adgravare, gravius reddere. Ita Livio et Tacito maxime frequentatur.] Tac. H. 2, 52. curas, h. e. augere; et A. 16, 30. pericula alicujus. Sic ib. 1, 69. Accendebat haec, onerabatque Sejanus, peritia morum Tiberii odia in longum jaciens; et H. 4, 14. Delectum, suapte natura gravem, onerabant ministri avaritia et luxu, h. e. graviorem reddebant, et odiosum; et A. 4, 68. Audentius onerat Sejanum, saevitiam, superbiam, spes ejus, h. e. accusat, reprehendit; et H. 2, 64. Onerare licentiam alicujus, h. e. in invidiam adducere. Sic Liv. 38, 56. f. invidiam injuriam alicujus. Virg. A. 11, 342. aliquem dietis, h. e. urgere accusando, arguendo. [*Curt. 4, 8, 9. oneravit hunc dolorem nuntius mortis Andromachi. Plura v. ap. Boettich. in Lex. Tac. p. 332. sq. P. Est etiam implere, complere, ut nostr. verladen, verpacken. Virg. A. 1, 199. Vina, bonus quae deinde cadis onerarat Acestes Litore Trinacrio: Id. ib. 8, 180. onerantque canistris Dona laboratae Cereris.]

ONEROSĒ, adv. odiose. Paul. Nol. ep. 11. (al. 5.) n. 6. Cur in nos oneroso loqueris?

ONEROSITAS, atis, f. onus. Tert. Cult. fem. 7. Tanta ornandi capitis onerositas.

ONEROSUS, a, um, adj. καταφορτικός, δυσχερής, qui oneri est, ponderosus. Virg. A. 9, 384. Euryalum tenebrae ramorum, onerosaque praeda Impediunt. Ov. Met. 1, 53. aer est onerosior igne. Id. Amor. 3, 9, 68. Et sit humus cineri non onerosa tuo. Plin. 23, 7, 62. Pirorum omnium cibus etiam valentibus onerosus; et 22, 25, 73. Erym capiti et stomacho onerosum. P. Translate est molestus, gravis, sumptuosus, laboriosus. Ov. Met. 9, 674. Quae voveam, duo sunt, minimo ut relevere labore, Utque marem parias: onerosior altera sors est. Id. Pont. 2, 4, 33. Constantique fide veterem tutare sodalem, Qua licet, et quantum non onerosus ero; et ib. 8, 30. Et cui majestas non onerosa tua est. Plin. ep. 2, 4. Nec est quod verearis, ne sit mihi onerosa ista donatio; et ep. 11. med. Onerosum est accusare damnatum, h. e. invidiae onus afferens.

[ONESAS, antis, vel ātis, m. ὄνησας, qui juvit, part. aor. 1. ab ὄνησι, juvo. Est cogn. R. Inscr. ap. Grut. 656, 2. Q. Virius Onesas. Alia ap. Maff. Mus. Ver. 134, 3. Onesati Caes. N. servo. F.]

*ONESICRĪTUS, i, m. Ὀνησικρίτος, Alexigeta, philosophus et historicus, in comitatu Alexandri Magni, a quo et ad sophistas Indiae missus est, et cujus ipse incunabula et laudes scripsit. Curt. 9, 10. et 10, 1. Gell. 9, 4. Plin. 6, 22. et 23. V. Voss. de Hist. Graec. 4, 19. p. 48. B. A.

[ONESIGĒNES, is, m. cum utilitate natus, h. e. bono rei publicae natus: ab ὄνησις, utilitas, et γέννησις, nascor. Est cogn. R. Inscr. ap. Grut. 469, 4. Sex. Sextius Onesigenes. F.]

[ONESIMUS, a, um, adj. ὄνησιμος, utilis. Est cogn. R. Inscr. ap. Grut. 646, 6. Ti. Claudius Onesimus Claudiae Onesimae filiae suae, etc. F.]

[ONESIPAURUS, i, m. vir parvae utilitatis: ab ὄνησις, utilitas, et παῖδος, parvus. Est nom. serv. R. Inscr. ex Lipsio in Auctar. ad Smetium p. 51., et ap. Grut. 883, 1. Onesipaurus de suo Embro benemerenti. Ceterum in eadem ap. Mur. 1592, 9. legitur Onesiphorus Decembro. F.]

[ONESIPHORUS, i, m. ὄνησιφορός, utilitatem afferens: ab ὄνησις, utilitas, et φέρω, fero. Est cogn. R. Inscr. ap. Maff. Mus. Ver. 286, 3. T. Aelius Aug. L. Onesiphorus. V. v. praec. F.]

[ONESIS, is, et idis, f. ὄνησις, utilitas. Est cogn. R. Inscr. ap. Maff. Mus. Ver. 477, 4. Laecaniae Onesi C. Laecaniae Zetus. Alia ap. eund. ib. 269, 4. Juventius Profuturus Onesidi conjugii. F.]

[ONESITROPHUS, i, m. utilitatem augens: ab ὄνησις, utilitas, et τροφή, nutritio, augeo. Est cogn. R. Inscr. ap. Fabr. p. 84. n. 144. M. Murdus M. L. Onesitrophus. F.]

*ONINGIS, is, opp. Hispaniae Baeticae. Plin. 3, 1. P. Oringis est Liv. 28, 3. et Auringis ib. 24, 42. B. A.

ONIROCRĪTES, ae, m. ὄνειροκρίτης, somniorum interpres: ab ὄνειρος, somnium, et κρίτης, judex. Fulg. Myth. 1. in. Onirocritem soporis nugas hariolantem advertas.

[ONIROUS, i, m. ὄνειρος, somnium. Hoc nomine vocatur papaver silvaticum ap. Appul. Herb. 53., quia ejus semen soporiferum est, et somnia inducit. P. Onirus, i, positione Latina, est cogn. R. Inscr. ap. Mur. 1106, 6. C. Futius Onirus. F.]

ONISCUS, i, m. ὄνισκος, a Graecis dicitur animal e vermibus terrae, pilosum, multis pedibus arcuatim repens, tactuque contrahens se. Plin. 29, 6, 39. et 30, 8, 21., ubi millepedam oniscum vocat. Adde Theod. Prisc. 2, 1. med. V. MILLEPEDA.

*ONISĪA, ae, f. insula Cretae objecta. Plin. 4, 12. B. A.

[ONITIS, idis, f. ὄνιτις, herba eadem cum ori-

gano, sed folio candidiore. *Plin.* 20, 17, 67. et *Appul. Herb.* 122. F.]

*ONOBA, ae, f. opp. Hispaniae Baeticae, non procul a Baeti flumine, ad littus situm. *Plin.* itemque *Mela* 3, 1. B. A.

*ONOBRYCHIS, idis, f. ὀνόβρυχης, herba, quae et palmas asini: ab ὄνος, asinus, et βρύχω, rodo. *Plin.* 24, 16, 98. F.]

[ONOCARDION, ii, n. herba eadem ac chamaeleon ap. *Appul. Herb.* 25. Est vox composita ab ὄνος, asinus, et καρδιά, cor. F.]

[ONOCENTAURUS, i, m. ὀνοκένταυρος, fabulosum animal: ex ὄνος, asinus, et κένταυρος, centaurus. Ejus meminit *Aelian. de nat. anim.* 17, 9, et videtur esse simiae species. P Translate de impuro homine accipitur. *Hieron. in Isaj.* 6, 13, 22. Porro onocentauri nomen ex asinis, centauris que compositum, videtur mihi significare eos, qui ex parte aliquid humanum sapiunt, et rursus voluptatibus et coeno turpitudinis abducuntur in vitia. F.]

ONOCHELES, is, n. et Onochelis, is, f. ὀνόχελος, et ὀνοχελῆς, h. e. asini labium: ab ὄνος, asinus, et χεῖλος, labium, nomen est herbae, quam aliqui anchusam vocant, alii enchusam, alii rhexiam, etc., frutice parvo, flore purpureo, asperis foliis et ramis, radice messibus sanguinea, cetero nigra: efficacis contra serpentes, maximeque viperas. *Plin.* 22, 21, 25.

*ONOCHELOS, i, m. ὀνόχελος, Thessaliae fluvius. *Plin.* 4, 8. B. A.

ONOCOETES, ae, m. ὀνοκότης, dictus est a Gentilibus Christianorum Deus, quem illi fingebant asininis auribus: est ab ὄνος, asinus, et κότη, cubile, concubitus; quasi vero is ex asini cum muliere concubitu natus fuerit. *Tert. Apol.* 16. Sed nova jam Dei nostri in ista civitate proxime editio publicata est, ex quo quidam in frustrandis bestiis mercenarius noxius picturam proposuit cum ejusmodi inscriptione: *Deus Christianorum Onocoetes.* Is erat auribus asininis, altero pede unguulatus, librum gestans, et togatus. Alii leg. *Ononychites.* His similia habet *Id. ad Nat.* 1, 14. Hinc per contemptum Christiani vocabantur asinari. V. ASINARIUS.

ONOCROTALUS, i, m. ὀνοκρόταλος, avis est aquatica, anser major, oloris similitudine, mira voracitate: habet enim in faucibus alterum quasi uterum, quovis cibo inexplebilem. Dicta est ab ὄνος, asinus, et κρόταλος, crepitus, quia capite in aqua merso spirans ruditum asinino similem edere dicitur. *Plin.* 10, 47, 66. *Mart.* 11, 21. Turpe Ravennatis guttur onocrotali. [**Die Kropfgans, Pelecanus Onocrotalus, L.*]

[ONOMASTUS, a, um, adj. ὀνομαστός, nominatus. Est cogn. R. *Inscr. ap. Mur.* 1144, 1. T. Caetronius Onomastus. Alia ap. *Fabr. p.* 751. n. 587. D. M. Onomastae. F.]

ONOMATOPOEIA, ae, f. ὀνοματοποιία, fictio nominis, figura est apud rhetores, qua rei, cui nomen non sit, aut non satis idoneum, nomen imponimus, aut imitationis, aut significationis gratia: ab ὄνομα, nomen, et ποιῶ, fingō; ut cum dicimus, hinnire equos, balbare oves, stridere valvas. *Charis.* 4, 245., *Diomed.* 2, 453.

ONONIS, idis, f. herba. V. ANONIS.

ONONYCHITES, ae, m. ὀνονυχίτης, qui unguam asini habet: ab ὄνος, asinus, et ὄνυξ, unguis. V. ONOCOETES.

ONOPORDON, i, n. ὀνόπορον, herba, quam si comederint asini, crepitus reddere dicuntur: unde et nomen habet, ab ὄνος, asinus, et πορδή, crepitus ventris: hinc Gallis dicitur *pet d'âne.* Trahit urinam, et menses, alvum sistit, suppurationes, et collectiones discutit. *Plin.* 27, 12, 86.

IONOPYXOS, i, m. herba spinosa ex carduorum genere: ab ὄνος, asinus, et πύξος, buxus. *Plin.* 21, 16, 56. F.]

ONOSMA, ātis, n. ὄνοσμα, herba folia habens longa fere ad tres digitos, in terra jacentia, tria, ad similitudinem anchusae incisa, sine caule, sine flore, sine semine. *Plin.* 27, 12, 86.

IONUPHITES, ae, m. unus ex nominis Aegypti, cujus urbs Onuphis fere in umbilico Deltae, nunc *Nuf.* *Plin.* 5, 9, 9. F.]

[ONURIS, is, f. ὀνυρίς, herbae nomen: ab ὄνος, asinus, et οὐρά, cauda. V. OENOTHERA. F.]

ONUS, eris, n. ὄνος, ἄχος, res quae pondus habet, moles, sarcina, et ipsum pondus. *Hor. Sat.* 1, 9, 20. Demitto auriculas, ut iniquae mentis asillus, cum gravius dorso subiit onus. *Caes. B. G.* 2, 30. Quibus viribus homines tantulae staturae tanti oneris turrim in muros sese collocare confiderent. *Cic. Manil.* 18. f. Insula Delos, quo omnes undique cum mercibus atque oneribus commebant. *Plin.* 6, 23, 26. Onera afferuntur et regeruntur lintribus. *Just.* 4, 1. Superum mare toto undarum onere illuc vehitur. *Vitr.* 10, 8. Examinare paucis manibus oneris maximi pondus. *Sic Or. Met.* 14, 148. consumptaque membra seconnecta Ad minimum redigantur onus. P Onus di-

cuntur excrementa corporis. *Plin.* 8, 27, 47. Ciborum onera reddere. *Sic Mart.* 13, 29. duri solvere ventris onus. P Item partus. *Phaedr.* 1, 18. Onus naturae deponere, h. e. fetum. Al. leg. *onus maturum.* *Sic Ov. Fast.* 2, 451. Parce, precor, gravidis, facilis Lucina, puellis, Maturumque utero molliter effer onus. *Id. Amor.* 2, 13, 1. Labe factare onus gravidis ventris. *Id. Her.* 4, 58. Enixa est utero crimen onusque suo. P [*Translate significat id, quod damnum, molestiam, difficultatem parat. Ita dicitur de sumptibus, impensis, jacturis:] his enim oneratur res familiaris. *Suet. Cal.* 42. Filia nata, paupertatem, nec jam imperatoria modo, sed et patria conquerens onera, collationes in alimoniam, atque dotem puellae recepit. *Id. Dom.* 12. Haerere in explicandis oneribus. *Liv.* 1, 43. med. Haec omnia in dites a pauperibus inclinata onera. *Cic. Fam.* 13, 7. His temporibus hoc municipium maximis oneribus pressum, summis affectum est difficultatibus. *Liv.* 23, 43. Exercitum se non in agrum Samnitum, ne et ipse oneri esset, sed in loca sociorum populi R. adducturum. *Sall. Jug.* 14. Ad vos confugi, P. C., quibus cogor prius oneri, quam usui esse. P Item de munere, officio, quod cum labore et molestia exercetur. *Ov. Fast.* 1, 616. et *ib.* 2, 197. Suscipere onus urbis, aut orbis; et *Cic. Or.* 1, 25. med. Magnum quoddam est onus atque munus, suscipere atque profiteri, se esse, omnibus silentibus, unum maximis de rebus audiendum. *Id. Rosc. Am.* 4. Fide sapientiaque vestra fretus plus oneris sustuli, quam ferre me posse intelligo. Hoc onus si vos aliqua ex parte allevabit, feram, ut potero, studio et industria, judices: sin a vobis deserar, tamen animo non deficiam, et id quod suscepi, quod potero, perferam: quod si perferre non potero, opprimi me onere officii malo, quam id, quod mihi cum fide semel impositum est, aut propter perfidiam abjicere, aut propter infirmitatem animi deponere. *Cels. Dig.* 31, 1, 22. f. Onus probandi mutatum esse voluntatem defuncti, ad eum pertinet, qui, etc. P Item de quacunque molestia, labore. *Ov. Pont.* 1, 10, 28. Vix mens tristitiae moesta tulisset onus. *Ter. Phorm.* 1, 2, 44. nunquam aeque, ac modo Paupertas mihi onus visum est et miserum, et grave. *Sall. Cat.* 10. Iis otium, divitiae oneri miseriaeque fuere. *Cic. Fam.* 5, 12. Neque tamen eram nescius, quantis oneribus premerere susceptarum rerum, et jam institutarum. *Catull.* 31, 8. Cum mens onus reponit. P Oneri in ablativo pro onere legitur ap. *Pl. Ps.* 1, 2, 64.

ONUSTUS, a, um, adj. onus habens impositum, gravis. *Cic. Off.* 3, 12. Naves onustae frumento. *Id. Att.* 3, 16. med. Asellus onustus auro. *Tac. A.* 2, 41. currus quinque liberis; et *ib.* 1, 63. miles sarcinis, armisque. *Phaedr.* 4, 10. fur sacrilegio, h. e. rebus e fano ablati. *Nep. Alc.* 5. extr. Praeda onusti. *Virg. A.* 1, 293. spoliis Orientis onustus. *Hor. Sat.* 1, 1, 47. Reticulum panis venales inter onusto Forte vehas humero. *Id. Epod.* 8, 13. Nec sit marita, quae rotundioribus Onusta bacris ambulet. *Lucr.* 3, 113. molli cum somno dedita membra, Effusumque jacet sine sensu corpus onustum. [*i. e. cibo obrutum: nos: überladen.] *Pl. Aul.* 3, 1, 7. Omnes exegit foras onustos fustibus. P Item plenus. *Sall. Jug.* 92. In agrum fertile, et praeda onustum proficiscitur. *Tac. A.* 12, 13. Pharetrae onustae telis. *Id. ib.* 2, 15. Milites, quorum pars onusta vulneribus tergum, pars, etc. P Cum genit. *Pl. Aul.* 4, 2, 10. Se aulam onustam auri abstrusisse hic intus in fano. P De saturo. *Id. Cist.* 1, 2, 7. quia sum onusta mea ex sententia, Quiaque adeo me complevi flore Liberi. P De oneroso, et gravi. *Id. Men.* 5, 2, 5. consitus sum Senectute, onustum gero corpus, vires reliquere. P Translate. *Tac. A.* 12, 28. Praeda, fama, onusti ad montem Taurum revertuntur. *Pl. Stich.* 2, 1, 3. et *Afr. ap. Prisc.* 10, 879. onustum pectus porto laetitia, lubentiaque. *Id. Epid.* 3, 2, 39. fiduciam praemeditatam, meis dolis, astutiisque onustam Mittam.

*ONUSTATUS, a, um, part. *Vulg. Judith.* 15, 7. B. A.

ONYCHINTINUS. V. ONYCHITINUS.

ONYCHINUS, a, um, adj. ὀνυχίνος, ab ὄνυξ, unguis. Hinc Onychina pira, a *Plin.* 15, 15, 16. et Onychina pruna, a *Colum.* 12, 10. dicta sunt a colore unguis, quem referunt. *Lampr. Elag.* 32. Onus ventris auro exceptit: in myrrhinis, et onychinis minxit, h. e. vasis ex onycho. P Inter ea, quae nimium poetica, et prosae orationis usu alieniora notasse se in Naevii carminibus, scribit *Gell.* 19, 7, esse et illud, quod flumina gelu concreta legunt, est *onychino* dixit, quasi marmorea crusta cooperta.

ONYCHIPUNCTĀ, ae, f. gemma, quae et iaspynyx vocatur (h. e. ex genere iaspidum, sed distincta punctis onychis) et nubem complexa, et nive in summitate. *Plin.* 37, 9, 37.

ONYCHITES, ae, m. ὀνυχίτης, lapis idem, qui onyx. *Plin.* 34, 10, 22.

ONYCHITINUS, a, um, adj. ὀνυχίτινος, qui ex onychite lapide est. *Sidon. ep.* 9, 7. med. Cry-

stallinae crustae, aut onychitinae. In editis libris perperam legitur *onychintinae.*

ONYCHITIS, is, f. ὀνυχίτις, genus cadmiae maculas intus habens onychitae lapidis similes. *Plin.* 34, 10, 22.

*ONYCHIUS, a, um, adj. i. q. onychinus. *Tert. adv. Marc.* 2, 10. Onychius lapis, h. e. onyx. B. A.

*ONYTES, is, m. nomen viri proprium, quod Donatus (inquit *Servius*) dicit aut gentile esse, aut patronymicum: sed hoc non procedit, quia neque patronymicum in *tes* exit, neque Onytes a qua gente veniat usquam lectum est. Proprium ergo est, etc. Haec *Servius*, enarrans *Virgilianum* illud *A.* 12, 514. Tres uno congressu, et moestum mittit Onytem, etc. B. A.

ONYX, ychis, m. ὄνυξ, Graeca vox unguem significans: unde datum nomen marmoris colore unguis humani, ex quo potiora primum vasa, deinde pedes lectorum, et sellae factae sunt: deinde et amphorae, et columnae, majore copia reperta, et luxu crescente. Hunc aliqui lapidem alabastriten vocant, quem cavant ad vasa unguentaria, quoniam optime servare incorrupta dicitur. Probatur quam maxime mellei coloris, in vertices maculosus, atque non translucidus. Vitium in eo corneus color, aut candidus, et quidquid simile vitro est. *Plin.* 36, 7, 12. et 8, 12. *Lucan.* etiam pavimenta eo strata innuit 10, 116. stabatque sibi non segnis achates, Purpureusque lapis, totaque effusus in aula Calcabatur onyx. *Sic Mart.* 12, 50. Et tua centenis stat porticus alta columinis, Calcatusque tuo sub pede lucet onyx. V. OSTRACIUM.

P Per synecdochen est vas ex onyche continendis unguentis. *Hor. Od.* 4, 12, 17. Nardi parvus onyx eliciet cadum. *Prop.* 3, 8, 22. Et crocino nares murheus uncat onyx; et 2, 10, 30. Syrio munere plenus onyx. *Mart.* 11, 50. Profertur Cosmi nunc mihi siccus onyx. P Hoc sensu est etiam femin. genere. *Id.* 7, 94. Unguentum fuerat, quod onyx modo parva gerebat. *Gronov. et Brouklus.* mallet onyx modo parvo gerebas: quia unus est hic locus, in quo feminine usurpetur. P Est etiam gemma hoc nomine, de qua *Plin.* 37, 6, 24. Exponenda est et onychis ipsius natura, propter nominis societatem: hoc in gemmam transiit ex lapide Carmaniae. Sudines dicit, in gemma esse candorem unguis humani similitudine: item chrysolithi colorem, sardae, iaspidis. Zenothemis Indicam onychem plures habere varietates, igneam, nigram, corneam, cingentibus candidis venis oculi modo, intervenientibus quarundam oculis obliquis venis. Sotacus et Arabicam onychem tradit nigram candidis zonis. Satynus carnosas esse Indicas, etc. P Item piscis e genere pectinum, qui et solen dicitur: nam si sit mas, donax, et aulus; si femina, onyx appellatur. *Plin.* 32, 9, 32. et *ib.* 11, 53. V. UNGUIS.

[OONAE, arum, f. plur. insulae quaedam in Oceano septentrionali, in quibus incolae ovis avium, et avenis vivunt. *Plin.* 4, 13, 27. Ita porro appellantur ab ὄον, ovum. F.]

OP

OPĀ, ae, et Opē, es, f. ὄπη, Graeca vox foramen significat: item cavum in pariete, in quod tignum immittitur: quod et cubile dicitur, et columbarium. *Vitr.* 4, 2. med. V. METOPA.

OPACATUS, a, um, part. ab *opaco*: opacus factus. *August. Mor. Eccles. Cath.* 1, 2. Ut in luce veritatis aciem titubantem veluti ramis humanitatis opacata inducat auctoritas.

OPACITAS, atis, f. ὀπακίτης, umbratus locus, umbra. *Colum.* 8, 17. med. Plus nocet putris unda, quam prodest opacitas. *Plin.* 6, 30, 35. Colles modici, amoena opacitate vestiti. *Id.* 32, 6, 21. Opacitas ostrearum incrementum cohibet. *Id.* 2, 11, 8. Opacitas noctium terras reficit. *Id.* 17, 1, 1. Loti patula ramorum opacitate lascivae.

OPACO, as, avi, atum, i. ὀπακώω, ὀπάω, opacum reddo, umbram induco, inumbro, obscuro. *Cic. Or.* 1, 7. med. Platanus ad opacandum hunc locum patulis est diffusa ramis. *Id. fragm. ap. Macrob.* *Sat.* 6, 4. Neque dum satis ab his novellis arboribus omais hic locus opacatur. *Id. N. D.* 2, 19. Sol cum terras large luce compleverit, easdem modo his, modo illis ex partibus opacat. *Lucan.* 6, 645. humum Phoebus non pervia taxus opacat. P Translate. *Sil.* 13, 331. Cingit acuta comas, et opacat tempora pinus. *Pacuv. ap. Fest.* in *Genas.* Nunc primum opacat flore lanugo genas.

OPACUS, a, um, ὀπακός, ὀνυρεφής, umbra tectus, umbrosus, obscurus: et aprico opponitur: videtur esse a παχύς, densus, et o particula intentiva. [**M. Gesner.* in *Thes.* s. v. duce *Isidoro* 14. p. 1182. recte derivat *opacus* ab *operiendo*. V. *Dooderl.* 3, 169.] Dicitur autem et de iis, quae in umbra posita sunt, et de iis, quae umbram inducunt. *Plin.* ep. 7, 21. Cubicula obductis velis opaca, nec tamen obscura facio. *Cic. Leg.* 1, 5. In viridi opacaeque ripa inambulantes. *Virg. A.* 2, 725. ferimur per opaca locorum. (*Coripp. Johann.*

6, 394. Temperat ille suas per opaca latebras.)
Id. G. 1, 156. ruris opaci Falce premebras.
Id. A. 3, 508. Sol ruit interea, et montes umbrantur opaci. *Id. ib. 8, 107.* opacum nemus; et *ib. 11, 851.* opaca ilex. *Hor. Ep. 1, 16, 5.* vallis. *Ov. Met. 3, 438.* opaca fusus in herba. *Plin. ep. 5, 6. med.* Locus cupressis ambitur et tegitur, densiore umbra opacior nigriorque. *Id. ep. 1, 3.* *Μακρόν* opacissimus. *Colum. 6, 22.* Opacissima nemorum pascua. *Stat. Th. 6, 686.* Solis opaca soror, *h. e.* Luna. *Catull. 37, 19.* Egnati, opaca quem bonum facit barba, *h. e.* densa, et quae genas opacat, ut *Pacuv. ait. Virg. Ecl. 1, 53.* inter flumina nota, Et fontes sacros frigus captabis opacum. Sic *Stat. Silv. 3, 5, 17.* opaca quies; et *Sil. 1, 395.* Nemorum et vitae laudandus opacae, *h. e.* in opacis silvis actae. *P. In opaco,* in umbra. *Plin. 10, 20, 22.* Colores, qui in opaco clarius micant. *P. Est etiam tenebrosus, obscurus. Virg. A. 4, 123.* et *ib. 10, 161.* Opaca nox; et *ib. 3, 619.* domus Cyclopi. *Ov. Met. 10, 54.* trames caligine densus opaca. *Id. A. Am. 2, 619.* Opaca nubes. *Id. Met. 10, 20.* Tartara; et *ib. 2, 274.* fontes, Qui se considerant in opacae viscera matris, *h. e.* terrae; et *ib. 14, 122.* Dumque iter horrendum per opaca crepuscula carpit, *h. e.* per vias inferorum, ubi lux maligna, caligo, tenebrae. *Stat. Th. 2, 95.* longaevis vatis opacos Tiresiae vultus, *h. e.* oculorum luce carentes. *Gell. 10, 3. med.* Opaca vetustas, *h. e.* obscura.

OPALIA, ium, n. plur. festa in honorem Opis, quae mense Decembri, *h. e.* XIV. Cal. Januar. qui dies est tertius Saturnalium, celebrabantur, ut *Macr. Sat. 1, 10.* docet. *Varr. L. L. 5, 3. med.* Saturnalia dicta ab Saturno, quod eo die feriae ejus: ut post diem tertium Opalia, Opis. *Festus:* Opalia, dies festi, quibus supplicatur Opi, appellantur. *Macr. l. c.* Deam Opim Saturni conjugem crediderunt: et ideo hoc mense Saturnalia, itemque Opalia celebrari, etc; et *mox:* Huic Deae sedentes vota concipiunt, terramque de industria tangunt, demonstrantes et ipsam matrem esse terram mortalibus appetendam.

OPALIS, e, adj. ad Opem pertinens, ut Opale sacrum, *Auson. Ecl. de Fer. Rom. 15.* Vis et Opale sacrum, vel Saturnalia dicam? *Al. leg. Visne Opis ante sacrum.*

OPALUS, i, m. (*ὀπάλλος* dicitur ab *Orph. Aeth. v. 279.*) gemma de qua *Plin. 37, 6, 21.* Plurimum ab iis (*beryllis*) differunt opali, smaragdus tamen cedentes. India sola et horum est mater. Est in iis carbunculi tenuior ignis, est amethysti fulgens purpura, est smaragdus virens mare, et cuncta pariter incredibili mixtura lucentia. Alii summo fulgoris augmento colores pigmentorum aequavere, alii sulphuris ardentem flammam, aut etiam ignis oleo accensum. Magnitudo nucem avellanam aequat. Vitia opali, si color in florem herbae, quae vocatur heliotropium exeat, aut crystallum, aut grandinem: si sal interveniat, aut scabritia, aut puncta oculis occurrant: nullosque magis India, similitudine indiscreta, vitro adulterat; et *mox:* Hanc gemmam propter proximam gratiam plerique appellavere paederota. Adde *Isid. Orig. 16, 12.*

OPELLA, ae, f. parva opera, exiguus labor. *Lucr. 1, 1107.* Haec si pernosces parva perductus opella, etc. *Hor. Ep. 1, 7, 8.* Officiosaque sedulitas, et opella forensis Adducit febres.

OPERĀ, ae, f. *ἔργατα*, actio operantis, administratio, officium et industria agentis aliquid. *Cic. Off. 1, 13. f.* Servis uti ut mercenariis, operam exigendam, justa praebenda; et *ib. 42.* Sordidi quaestus mercenariorum, omniumque, quorum operae, non quorum artes emuntur. [**V. Beier.*] *Id. ib. 2, 4.* Quae utilitates ex rebus iis, quae sunt inanimes, percipiuntur, eas nos nullo modo sine hominum manu atque opera capere potuimus. [**V. Beier. ad h. l.*] *Id. Or. 1, 28.* Non patiebatur, eos, quos judicabat non posse oratores evadere, operam apud se perdere, dimittebatque. *Nep. Cat. 1.* Castra secutus est C. Claudii Neronis, magnique ejus opera aestimata est in proelio apud Senas, quo, etc. *Cic. Brut. 47.* L. Gellius multam operam amicis, et utilem praebuit. *Id. Cluent. 57.* Omnem curam atque operam ponere in omnium periculis defendendis. *Id. Fam. 2, 6.* Omnia mea studia, omnem operam, curam, industriam, cogitationem, mentem denique omnem in Milonis consulatu fixi et locavi. *Id. Off. 1, 6.* Ponere operam, curamque in rebus honestis; et *ib. 39. f.* Eam curam et operam suscipere, quam causa postulat. *Id. Dic. 2, 2. f.* Operam tribuere reipublicae. *Id. Or. 1, 55.* Operam et laborem consumere in re aliqua. *Id. Off. 1, 6.* Magnum studium multamque operam in res obscuras atque difficiles conferre. *Id. ad Brut. 1, 8.* Operam et studium navare alicui. *Id. Verr. 2, 4, 31.* Tibi haec cura suscipienda, tibi haec opera sumenda est, ut, etc. *Pl. Cas. 2, 7, 1.* Operam ludere. *V. LUDO.* *Cic. Verr. 2, 4, 30.* impendere. *Liv. 10, 18. extr.* frustra insumere. *Cic. Div. Verr. 19. f.* interponere. *Ov. A. Am. 2, 673.* afferre alicui. *Suet. Vit. 10.* edere in re aliqua. *Plin.*

Tom. III.

ep. 2, 11. et *Pl. Rud. 2, 4, 22.* commodare. *Id. Ps. 1, 5, 147.* et *Ter. Ph. 1, 2, 12.* dicare alicui. *Cic. ad Planc. 2. post ep. 16. l. 16.* ad Att. Magna cura, multa opera et labore rem conficere; et *Att. 14, 14.* Omni ope atque opera eniti, ut, etc. *Id. fragm. ap. Colum. 12, 1.* Haec operam et diligentiam desiderant. *Id. Fam. 13, 27.* Non parcam operae. *P. Esse in operis, dare operas* dicuntur, qui negotia aliorum tractant, praesertim provincialia publicanorum. *Cic. Fam. 13, 29.* Cn. Pupius, qui est in operis ejus societatis. *Id. ib. 65.* et *Att. 11, 10.* P. Terentius, qui operas in portu et scriptura pro magistro dat. Adde *Verr. 2, 2, 70.* Quo pertinet illud *Planc. 19.* Multis benigne fecit, pro multis sponddit, in operas plurimos patris auctoritate et gratia misit. *P. Dare, reddere, edere operas,* facere, praestare, praebere. *Cic. Verr. 2, 4, 26. med.* Ipse dabat purpuram tantum, amici operas; et *Fam. 16, 10.* Tu Musis nostris para ut operas reddas: nostra ad diem dictam fient, *h. e.* edas, facias. *Sen. Prov. 2. med.* Ferrum istud bonas tandem ac nobiles edet operas: libertatem, quam patriae non potuit, Catoni dabit. *Lucr. 4, 971.* quicumque dies multos ex ordine ludis Assiduas dederunt operas, *h. e.* ludis spectandis incubuerunt. *Pl. Bacch. 1, 1, 11.* Dare operas alicui, *h. e.* inservire, praestare operas. *P. Dare operam alicui rei* frequentissimum est pro attendere, curare, laborare, niti, ut aliquid fiat. *Metell. ap. Cic. Verr. 2, 3, 53.* Summa vi data est opera a me, ut quam plurimo decumas venderem. *Id. ad Planc. 1. post ep. 16. l. 16.* ad Att. f. Da operam, ut valeas. *Caes. B. G. 7, 9.* Datum se operam, ne longius triduo ab castris absit. *Id. B. C. 1, 5.* Dent operam Coss., ne quid res publica detrimenti capiat. *Cic. Or. 1, 62.* Dare operam valetudini; et *Att. 15, 1. med.* funeri, *h. e.* adesse, exsequias ire, funus curare. *Ov. R. Am. 165.* bellis, aut foro. *Ter. Heaut. 1, 1, 58.* amori. *Cic. Fam. 9, 22.* liberis, *h. e.* generationi. *Id. Leg. 2, 11.* rebus divinis. *Coel. ad Cic. Fam. 8, 1.* memoriae alicujus, *h. e.* inservire. *Suet. Aug. 79.* tonsori, *h. e.* se tonsendum praebere. *Cic. Tusc. 1, 4.* In quam exercitationem ita nos studiose operam dedimus, ut, etc. *Ter. Andr. 1, 1, 130.* Et nunc id operam do, ut, etc. *P. Dare operam alicui,* eum audire. *Pl. Trin. 4, 2, 52.* Ita ut occipi, si animum advortas, dicam. *Charm. dabo operam tibi. Id. Cas. prol. 21.* Vos omnes esse oratores volo, Benigne ut operam detis ad nostrum grem. (Adde *ib. 6.*) *Cic. Brut. 89.* Ego autem juris civilis studio, multum operae dabam Q. Scaevolae. *Id. Att. 13, 49.* et *Fam. 7, 24.* Dixit, judicem operam dare sibi constituisse eo die ipso, quo, etc. *Id. Leg. 2, 1.* Sermoni reliquo demus operam sedentes. Adde *Ter. Heaut. 3, 1, 95.* *P. Operam dare alicui,* adesse, inservire. *Pl. Merc. 2, 2, 17.* Non sum occupatus unquam amico operam dare. *Id. Trin. 3, 2, 25.* In foro operam amicis da. *Ter. Eun. 2, 2, 50.* Paululum da mihi operae: fac ut admittat ad illam. [**Malam alicui operam dare ap. Pl. Capt. 3, 5, 43.* me huic dedisse operam malam, i. e. non gratam, sed noxiam: nocere, ut nos *Jemandem einen schlechten Dienst erweisen.*] *P. Data, et dedita opera.* *V. DATUS et DEDITUS.* *P. Mea, tua opera,* mea, tua industria, studio, labore: item mea, tua culpa, etc. utrumque est in illo *Cic. Sen. 4.* Salinatori dicenti, mea opera, Q. Fabi, Tarentum recepisti, certe, inquit ridens, nam nisi tu amissis, nunquam recepissem. *Nep. Alc. 6.* Sic populo erat persuasum, et adversas superiores, et praesentes secundas res accidisse ejus opera. *Pl. Capt. 3, 5, 21.* fateor Abisse eum abs te, mea opera atque astutia. *Ter. Heaut. 2, 1, 31.* Non mea opera, neque pol culpa evenit. *Just. 5, 4.* Pacem ne acciperent, opera eorum effectum est, quibus ea res quaestum praestabat. *Catull. 3, 16.* o miselle passer! Tua nunc opera meae puellae Flendo turgiduli rubent ocelli. [**Cf. Herzog. ad Caes. B. G. 7, 13.*] *P. Operae pretium.* *V. PRETIUM.* *P. Operae est mihi,* vacat, otiosus sum, commodum est, utile est: et videtur pretium subaudiri. *Liv. 5, 15.* Causatus de privati portenti procuratore, si operae illi esset, consulere velle, ad colloquium vatem elicit. *Id. 4, 8.* Neque consulibus, cum tot populorum bella imminerent, operae erat id negotium agere; et *44, 36. f.* Non operae sit stanti nunc in acie docere, quibus de causis, etc. *Pl. Truc. 4, 4, 30.* fac valeas: operae ubi mihi erit, ad te venero. Adde *Mil. 3, 2, 6.* *Liv. 21, 9, 33, 20. extr.* et *41, 25. extr.* et *Gell. 7, 17. med.* et *V. PRETIUM.* *P. Opera est mihi,* eadem sententia. *Pl. Merc. 2, 2, 15.* Dicam, si tibi videam esse operam, aut otium. *Ly. Quamquam negotium est, si quid vis, Non sum occupatus.* *P. Contrario sensu. Id. Mil. 4, 2, 93.* ibo, atque illam adducam, Quam propter opera est mihi, *h. e.* est mihi negotium. *P. Deest mihi opera,* spatium, et facultas operandi. *Cic. Q. Fr. 3, 4. med.* De versibus, quos tibi a me scribi vis, deest mihi quidem opera, quae non modo tempus, sed etiam animum vacuum ab omni cura desiderat. *P. Ter. Ph. 2, 3, 15.* homo jam grandior, Pauper, cui opera vita erat, ruri fere

Se continebat, *h. e.* cui labor et opus victum praebat: *ὅ τὸ ἐργον ἢ ὁ βίος.* Ne audias hic *Donatum* docentem, opera esse sexti casus, vita nominativi: et opera pro victu usurpari. Nam utraque vox rectus casus est, et vita non opera victum significat. [**Cf. Ruhnck.*] *P. Una opera,* uno et eodem modo. *Pl. Capt. 3, 4, 31.* Alcmaeo, atque Orestes, et Lycurgus postea Una opera mihi sunt sodales, qua iste. *P. Eadem, una opera,* eodem, uno labore, eodem, uno tempore. *Id. ib. 2, 3, 89.* Sequere me, viaticum ut dem hinc a trapezita tibi: Eadem opera a praetore sumam syngrapham. *Id. Most. 1, 3, 101.* *Phi.* Cedo cerussam. *Scia.* quid cerussa opus nam? *Phi.* qui malas oblinam. *Scia.* Una opera ebur atramento candefacere postules. *Id. Ps. 1, 3, 84.* qua opera sic credam tibi, Una opera alligem canem fugitivam agnitis lactibus. *P. Opera,* ablat. re ipsa. *Pl. Trin. 4, 1, 6.* te omnes saevumque, severumque, atque avidis moribus commemorant, contra opera expertus. Nam pol placido te et clementi usus sum. *P. Pro re divina.* *Afran. ap. Non. 12, 21.* Jubeo hominem tolli, et collocari, et confoveri: solvo operam Dianae. *P. Ap. rusticae rei scriptores opera est* quantum uno die quis in agro operatur: [**Tagewerk.*] *Varr. R. R. 1, 18.* Quaternis operis singula jugera confodere. *Colum. 11, 2. med.* Puerilis una opera jugerum vincti pampinabit. *Id. 2, 13.* Triticii modii quatuor bubulcorum operas occupant quatuor, occatoris unam, etc. et sic toto cap. et f. Cetera legumina occupant operas sexaginta, id est menses duos. *P. Ipse etiam homo, cujus opera utimur, opera dicitur. Cic. Att. 4, 3. med.* Qui erant mecum, facile operas aditu prohibuerunt. *Hor. Sat. 2, 7. f.* Ocius hinc te Ni rapis, accedes opera agro nona Sabino. *Colum. 3, 21.* Plures operas quancumque pretio conducere. *Tac. A. 1, 16.* Theatrales operae, [**i. e.* quorum opera utebantur factiones et histriones in theatro. *V. Boettich. Lex. Tac. p. 333.*] *Inscr. ap. Grut. 467, 7.* Operae veteres a scena. *P. Ab opera publica servus. Inscr. ap. Grut. 624, 6.* *P. Opera pro opere* videtur esse in illo *Cic. Att. 15, 13. f.* Nos hic φιλοσοφούμε, et τὰ πρὸ τοῦ καθήκοντος magnifice explicamus, προσφρονούμεque Ciceroni. Quid quaeris? exstabit opera peregrinationis hujus. *P. Opra,* syncope. *Enn. ap. Sen. ep. 108.* Quibit pro factis reddere opraie pretium.

OPERANS, antis, part. ab operor, qui operatur. *Plin. 21, 14, 47.* Operantes apes spectare. *Appul. Met. 3.* Conspicio istum crudelissimum juvenem mucrone districto passim caedibus operantem. *Tert. adv. Marc. 2, 4.* Bonitas operantior. *Coel. Aurel. Acut. 2, 39.* Clysteres adhibere operantissimos.

OPERARIUS, a, um, adj. *ἐργατικός*, ad operam pertinens. *Operarius homo,* qui et operarius absolute, *ἐργάτης*, qui operam praebet, opera, mercenarius, bajulus. *Cic. Att. 7, 2. f.* Nam de altero illo minus sum admiratus, operario homine. *Cassius ap. Varr. R. R. 1, 17.* Operarios parandos esse, qui laborem ferre possint, ne minores annorum XXII, et ad agriculturam dociles. *Cato R. R. 10.* Olivetum agri CCXL. jugerum habere oportet villicum, villicam, operarios quinque, bubulcos tres, subulcum unum, asinarium unum, opilionem unum; et *ib. 11.* Vineae centum jugerum habeat villicum, villicam, operarios decem, bubulcum unum, etc. (*Varr. l. c. 18.* hos omnes mancipiorum nomine complectitur.) *Cic. Tusc. 5, 36.* An quidquam stultius, quam quos singulos, sicut operarios barbarosque contempnas, eos aliquid putare esse universos? *Id. Brut. 73. extr.* Pauci pingere egregie possunt, aut fingere: operarii autem, aut bajuli deesse non possunt. [**De operariis et bajulis v. Gernh. ad Cic. Par. 3, 2, 23.*] *Cic. Or. 1, 18 et 62.* Mnesarchus hos, quos nos oratores vocavimus, nihil esse dicebat, nisi quosdam operarios lingua celeri et exercitata: oratorem autem, nisi qui sapiens esset, esse neminem. *P. Operaria, ae,* meretrix. *Pl. Bacch. 1, 1, 41.* Equidem tibi do hanc operam. *Pi.* At nimum pretiosa es operaria. *P. Operarium vinum,* quod operis et familiae datur: fitque maceratis aqua vinaceis: idque tribus modis, quos persequitur *Plin. 14, 10, 12.* *P. Operarium pecus,* quo in colendis agris utimur, vel ad jugum, vel ad clitellas. *Colum. 6, 2. f.* Habilis et modica corporatura pecoris operarii debet esse; et *ib. 24.* Operariae vaccae alternis annis submitti debent. *P. Operarii lapides,* qui ad opus aliquod accommodari possunt. *Plin. 36, 22, 47.* Nunc ad operarios lapides transisse conveniat, primumque cotes ferro acuendo. *P. Operarius usus,* usus operandi. *Plin. 8, 3, 4.* de elephantis: Circa hos (*dentes*) belluis summa cura: alterius mucroni parcunt, ne sit proclivis hebes, alterius operario usu fodiunt radices, impellunt moles.

OPERATIO, onis, f. *ἔργατα*, actus operandi, opera, labor, opus. *Plin. 11, 18, 19.* Insidiantur aquantibus (*apibus*) ranae, quae maxima earum est operatio, cum sobolem faciunt; et *ib. 24, 28.* Araneorum tertium genus, erudita operatione conspicuum. *Vitr. 2, 9. med.* Esculus operatione humidae potestatis vitatur. *P. Ab Ecclesiasticis scriptoribus*

sumitur interdum pro opere misericordiae, h. e. pro benignitate erga inopes. *Lactant.* 6, 12. *med.* Aegros quoque curandos fovendosque suscipere, summae humanitatis, et magnae operationis est. *Prud. Psych.* 573. Tum subito in medium frendens Operatio campum Prosiluit auxilio sociis. V. quae sequuntur, et adde *Cyprian.* in *lib. de opere, et elemosyn.* ubi et verbum operari saepissime usurpat pro largiri indigentibus. P Pro sacrificio. *Plaut. fragm.* Ut istaec operatio crimen expiet. Ita refert *Pareus* in *Lex. Crit.*, sed unde hauserit, nondum comperimus. *Fest.* in *Privatae*: Privatae feriae vocantur sacrorum priorum, velut dies natales, operationis, denicales. Al. leg. *Operationes denicales.* P Sunt qui putant, etiam *Cic.* usum esse *Att.* 6, 3. *med.* Hujus nebulonis operatione si Brutus moveri potest. Sed obiratione alii rectius substituant, [*ita *Orell.*] alii oratione, alii oberratione.

OPERATOR, oris, m. qui operatur. *Firm. Math.* 3, 9. Artes, ex quibus vigiliae perpetuae operatoribus exiguntur. *Tert. Exhort. ad cast.* 3. Indulgentia patrocinatur operatori. Adde *Apol.* 23. f., *Paul. Nol. carm.* 27, 305. et *Sedul.* 5, 69.

OPERATRIX, icis, f. quae operatur. *Tert. Anim.* 11. f. Sancti Spiritus vis operatrix prophetiae; et 52. Operatrix mortis.

OPERATUS, a, um, part. ab operor. *Virg. G.* 1, 339. Sacra refer Cereri, latis operatus in herbis. *Hor. Ep.* 1, 2, 29. In cute curanda plus aequo operata juvenus. P Cum dativo. *Ov. Fast.* 6, 249. Vesta fave: tibi nunc operata resolvimus ora; et *A. Am.* 3, 411. operataque doctis Cura vigil Musis nomen inertis habet. P Passive. *Tert. Praescr.* 29. Tot opera Fidei perperam administrata, tot charismata perperam operata. *Lactant.* 7, 27. Susceptis, operatisque virtutibus. *Tert. Anim.* 57. Fallaciae vis operator, h. e. magis efficax.

OPERCULATUS, a, um, part. ab operculo, operculo clausus. *Colum.* 11, 2. *med.* Si sunt pleni, atque operculati favi.

OPERCULO, as, a. i. *πομάζω*, operculo operio. *Colum.* 12, 30. Ab eo tempore, quo primum dolia operculaveris; et 15. Operculare vasa.

OPERCULUM, i, n. *πίμα*, instrumentum, quo aliquid tegitur: ab operio. *Cato R. R.* 104. Operculum in dolium imponito. *Cic. N. D.* 2, 54. Aspera arteria tegitur quasi quodam operculo. *Colum.* 12, 16. *med.* Sorba in urceolos picatos adjicito, et opercula picata imponito. *Inscr.* ap. *Mur.* 1756, 7. Ollae, quae sunt operculis, et titulis marmoreis. P Est etiam idem ac tabulatum in tectis. *Vetus Inscr.* optima notae ap. *Grut.* 207. col. 2. Opercula abiecta imponito ex tigno pedario. P *Operculum ambulatorium*, quod facile huc, vel illuc movetur. *Plin.* 21, 14, 47. Operculum a tergo esse ambulatorium. P *Accessit patellae dignum operculum*, et *Invenit patella operculum* prov. est ap. *Hieron.* ep. 7. n. 5. et ep. 127. n. 9., cum scilicet pravo magistro pravus discipulus contigit: et universum cum malis malo accessit. [*Quaedam adject F.]

OPERIMENTUM, i, n. *ἐπιβλήμα*, id quo aliquid tegitur. *Cato R. R.* 10. *extr.* Intragula octo, pulvinos sexdecim, operimenta decem. *Sall. fragm.* ap. *Serv.* ad *A.* 11, 770. Equis paria operimenta erant, quae lintea ferreis laminis in modum plumae adnexerant. *Plin.* 15, 22, 24. Nuces gemino protectae operimento. *Id.* 8, 42, 64. Equus detracto oculorum operimento. *Id.* 2, 51, 52. Fulmen, quo dolia exhauriuntur, intactis operimentis. P *Operimentum syncope.* *Prud. Psych.* 461. Quos laeva celante tegit, laterisque sinistri Velat operimento. Al. rectius leg. *oprimento.*

OPERIO, is, rui, ertum, a. 4. *κλειω*, claudio: cui aperio opponitur. *Pl. Men.* 2, 3, 1. Sine fores sic: nolo operiri. *Catull.* 67, 39. de janua: huic suffixa tigillo Tantum operire soles, aut aperire domum. *Tert. Heaut.* 5, 1, 33. ubi abiere intro, operuere ostium. *Plin.* 11, 37, 55. Operire oculos morientibus, rursusque in rogo patefacere. P Item saepius tegere. *Cic. Verr.* 2, 4, 53. Fons fluctu totus operiretur, nisi, etc. *Nep. Ann.* 9. Amphoras complet plumbo, summas operit auro et argento. *Potr. Sat.* 7, 20 et 90. et *Pl. Poen.* 3, 4, 34. Operire caput: scil. vel pudoris, vel celandi se causis. *Gell.* 19, 9. *med.* Permittit mihi, quaeso, operire pallio caput: quod in quadam parum pudica oratione Socratem fecisse ajunt. *Cels.* 3, 7. f. Aeger multa veste operiendus est. [**Prop.* 3, 13, 35. Hinulei pellis totos operibat amantes.] *Virg. A.* 4, 351. humentibus umbris Nox operit terras. *Ov. Met.* 5, 672. pennas exire per unguis Aspexere suos, operiri brachia plumis. *Plin.* 10, 44, 61. Scrobes cratte consternere, et operire terra. *Tibull.* 2, 1, 40. Exiguam viridi fronde operire casam. [**Lucr.* 4, 1174. operit amator limina sertis.] *Claud. IV. cons. Honor.* 54. Flavaque Bistonius operirent agmina campos. *Plin.* 5, 5, 5. Operientibus arenis iter. *Hieron. adv. Jovin.* 1. n. 12. Culmen operiturum cuncta desuper. [**Liv.* 21, 61. nix — pluteos ac vineas Romanorum operuerat. Insolentius per euphe-

mismum pro sepelire usurpat *Tac. A.* 15, 28. operire reliquias malae pugnae imperavit. P Translate. *Ter. Ad.* 2, 1, 28. Usque ad necem operiere loris, i. e. vehementer aliquem flagellis perstringere.] P Celare. *Plin. ep.* 3, 16. Abdere lacrimas, operire luctum. [*Ita saepius ap. argent. aetatis scriptores. *Tac. A.* 3, 18. domestica mala tristitia operienda. *H.* 1, 53. privata vulnera reipublicae malis operire statuit. — Participium etiam Cicero cum aliis hac significatione usurpat. Hac significatione v. operio legitur etiam ap. *Ter. Hec.* 4, 3, 6. Quid respondebo his? aut quo pacto hoc operiam? Ita enim *Bentl.*, vehementer prob. *Ruhnck.*, pro vulg. *aperiam* ex aliquot suis codicibus edidit.] P *Operibo* pro *operiam* in futuro: quod in quarta conjugat. est frequens. *Pomp.* ap. *Non.* 10, 25. Negato esse hic me: operibo caput.

OPERIOR, V. OPERIOR.

OPERIMENTUM, V. OPERIMENTUM.

OPEROR, aris, atus sum, dep. 1. *ἐργάζομαι*, operam in aliqua re pono, opus facio, laboro. *Plin.* 11, 10, 10. de apib.: Quibus est adolescentia, ad opera exeunt: seniores intus operantur. *Ulp. Dig.* 28, 5, 35. Servi, qui operari in agro consueverunt. *Appul. Met.* 2. Quod in ceteris membris floridae vestis hilaris color, hoc in capite natus operatur. P Cum dativo est operam dare, incumbere. *Virg. A.* 3, 136. Connubiis arvisque novis operari. *Ov. Am.* 2, 7, 23. Adde, quod ornandis illa (*ancilla*) est operata capillis. *Tibull.* 2, 1, 65. Operari textis Minervae. *Appul. Met.* 3. caedibus. *Tac. H.* 5, 20. materiis caedendis. *Id. A.* 3, 43. et *Val. Max.* 8, 7. n. 4. *extr.* studiis litterarum. *Quint.* 10, 3. *med.* scholae. *Ulp. Dig.* 48, 5, 15. reipublicae. *Plin.* 26, 2, 6. auditioni in scholis. *Colum.* 12, 4. rebus domesticis. *Eum. de restaur. schol.* 4. *extr.* commodis alicujus. *Colum.* 12, 4. Rebus Venereis si fuit operatus vel vir, vel femina, debere eos flumine ablui placuit. P Saepissime significat rebus divinis dare operam, et sacra facere: [*ut *Gr. ἱεῖον, ἱερὸν.*] adeoque hac notione usitatum est, ut putent nonnulli, alias ab ista, tanquam per translationem descendere. [**V. Boettich. Lex. Tac.* p. 334. *Ruhnck.* ad *Ov. Her.* 9, 35.] *Prop.* 2, 21, 1. Tristia jam redeunt iterum solemnia nobis: Cynthia jam noctes est operata decem, h. e. sacra Isis suscepit, in quibus feminae a viris remotae se cubabant. *Liv.* 1, 31. f. Operari sacris. *Tac. A.* 2, 14. Videntur se operatum, et sanguine sacro respersa praetexta, etc. Adde *Lucil.*, *Pomp.* et *Afran.* ap. *Non.* 12, 21. P Pro valere, vim, aut effectum habere. *Capitol. Maxim.* 13. Nihil denique praetermitteret, quod ad crudelitatem videretur operari. *Imp. Gord. Cod.* 5, 12, 7. Ad sui dispendium operari. *Imp. Alex. ib.* 7, 16, 5. ad praescriptionem. *Lampr. Commod.* 17. Primum ei venenum dederunt: quod cum minus operaretur, etc. *Coel. Aurel. Acut.* 3, 8. *med.* Clysteres vehementius operantes. P Pro elemosynam largiri. V. OPERATIO.

OPEROSÉ, adv. *ἐπιπόνως, ἐργατικῶς*, cum labore, multa cura et opera. *Cic. Or.* 44. Ut fiat quasi structura quaedam, nec tamen fiat operose: nam esset cum infinitis, tum puerilis labor. *Hirt. B. G. praef.* 8. Nihil tam operose ab aliis esse perfectum, quod non horum elegantia commentariorum superetur. *Plin.* 18, 30, 73. Horrea operose tripedali crassitudine pariete lateritio exaedificari jubent. *Ov. Fast.* 5, 269. Vina quoque in magnis operose condita cellis Florent. *Plin.* 17, 11, 14. Plantas ex seminario transferre in aliud, priusquam suo loco ponantur, operose praecipit arbitror. *Id.* 18, 26, 65. n. 2. Unde spiret is ventus, dicemus mox paulo operosius, h. e. accuratius.

OPEROSITAS, atis, f. *τὸ ἐπιπόνον*, magnus labor, multa cura, multa opera. *Quint.* 8, 3. *med.* Est etiam, quae *περιεργία* vocatur, supervacua, ut sic dixerim, operositas, ut a diligenti curiosus, et a religione superstitio distat. *Tert. Anim.* 2. f. Quanta difficultas probandi, tanta operositas suadendi. *Vopisc. Tac.* 11. Vitreorum diversitate, atque operositate vehementer est delectatus.

OPEROSUS, a, um, adj. *ἐργατικός, ἐπεργός*, qui multum operae impendit, actuosus, laboriosus, studiosus. *Cic. Sen.* 8. Videtis, ut senectus non modo languida atque iners non sit, verum etiam sit operosa, et semper agens aliquid, et moliens. *Ov. de nuce* 57. Sed, puto, magna mei est operoso cura colono. *Id. Am.* 2, 10, 5. Utraque formosa est: operosae cultibus ambae. *Prop.* 4, 8, 52. Cynthia non operosa comas, *ἰληνησιμός*. Al. rectius leg. *comis.* P Cum genitivo. *Ov. Fast.* 1, 101. et *ib.* 3, 177. Discite Latinorum vates operose dierum, Quod petis. P Item qui multo cum labore et opera fit, laboriosus. *Cic. Q. Fr.* 2, 14. Scribebam *πολιτικά*, spissum sane opus, et operosum. *Id. Leg.* 2, 26. Ne quis sepulcrum faceret operosius, quam quod decem homines effecerint triduo. [**Schütz.* in *cl. Cic.* s. h. v. explicat *operosus* h. l. per *certain operae mensuram* requirens: coll. *ib.* c. 18. textile ne operosius quam mulieris opus menstruum.] *Cic. N. D.* 2, 23. Labor operosus et molestus. *Id. Off.* 2, 5. Operosae artes, [*i. e. quae manibus potissi-

mum utuntur in efficiendis operibus, *Handwerke.* *Liv.* 4, 8. rem operosam ac minime consularem suo proprio magistratu (censore,) egere.] *Hirt. B. Alex.* 9. machinationes. *Ov. Met.* 15, 667. templa operosa. *Id. ib.* 1, 258. et mundi moles operosa laboret. *Id. Am.* 2, 16, 33. operosi vitibus (al. *cultibus*) agri. *Id. Her.* 3, 31. fulvos operoso ex aere lebetas. [**V. Ruhnck.* ad h. l.] *Hor. Od.* 4, 2, 31. operosa carmina fingere. *Prop.* 4, 6, 18. operosa via. *Plin.* 20, 5, 16. Syria in hortis operosissima, h. e. hortos maxime excolens. *Id.* 7, 53, 54. Operosissima securitas mortis, h. e. quae difficillima creditur est. P *Operosum tempus*, quo multum operae fit. *Plin.* 18, 26, 65. n. 2. P Castaneas operosas cibo *Id.* 15, 23, 25. vocat difficile concoquendas. P Item valde operans, efficax, magnam vim habens. *Ov. Met.* 14, 22. Utere tentatis operosae viribus herbae.

OPERTANEA Sacra, *μυστήρια*, sacrificia, quae in aperto fiebant, quae et seclusa dicebantur, ut ait *Festus*, ne profanorum oculis polluerentur. Hujusmodi erant sacra Bonae Deae. V. OPERTUS. *Plin.* 10, 56, 77. Ad rem divinam, luteo rostro pedibusque, purae non videntur: ad opertanea sacra, nigrae. P *Opertanei Dii*, qui in aperto, et in terrae visceribus habitare creduntur. *Capell.* 1, 16. Dii Consentes, Penates, Lares, Opertanei, etc. *Id.* 8, 273. Aerii, terrestres, marinique Divi, et si quos clausa telluris operiunt.

OPERTE, adv. tecte. *Gell.* 4, 11. Operte, et symbolice, more Pythagorae.

[OPERTIO, onis, f. idem ac operimentum. *Varr. L. L.* 4, 10. *med.* Neptunus (*dictus*), quod mare terras obnubit, ut nubes coelum: a nuptu, id est, opertione, ut antiqui. F.]

OPERTO, as, a. i. *οικεῖω*, frequent. ab operio. *Paul. ex Festo. Ennius* ap. *Non.* 3, 201. tergum sanguis pinguis operat.

OPERTORIUM, ii, n. *περιβλήμα*, operimentum. *Sen. ep.* 87. Ex duabus penulis altera stragulum, altera opertorium facta est. P Item sepulcrum. *Sidon. ep.* 3, 12. Supra ipsum senis nostri opertorium torsi latrones.

OPERTURA, ae, f. operimentum. *Amnian.* 20, 7. Petitus ballistarum ictibus certis, et sagittarum densitate, opertura armorum abscessit innoxius. Al. rectius leg. *ictibus certis et sagittarum, densitate opertus armorum*, etc.

OPERTUS, a, um, part. ab operio, clausus: cui *apertus* opponitur. *Cic. Phil.* 2, 41. Iste operta lectica latus est per urbem. *Ov. Fast.* 2, 563. Dii quoque temporum foribus celentur opertis. *Val. Max.* 9, 13. f. Forem cubiculi extrinsecus a custodibus opertam. *Sen. Ben.* 4, 37. Opertis oculis donare multa. P *Opertum, i*, locus clausus. *Cic. Par.* 4. f. Ut si in opertum Bonae Deae accessisset, exsulares. P Item tectus. *Cic. Sen.* 10. f. Nullo imbre, nullo frigore adduci, ut capite operto sit. *Pl. Amph.* 5, 1, 42. Invocat Deos immortales manibus puris, operto capite. *Quint.* 11, 3. *med.* Motus operti et compressi. *Ov. Pont.* 4, 5, 5. Mons opertus nubibus. *Prop.* 2, 12, 4. Opertus tunica. *Virg. A.* 6, 140. telluris operta subire. *Mart.* 10, 96. Mensa ibi divitiis ruris operta sui. *Stat. Ach.* 1, 443. operta carinis stagna. P Translate. *Cic. Verr.* 2, 4, 50. Contumeliae, quibus operti oppressique erant. *Id. Cluent.* 22. *med.* Judicia operta dedecore et infamia. [*In his idem est, quod *oneratus, onustus.*] P Celatus, absconditus. *Virg. G.* 1, 465. operta tumescere bella. *Pl. Capt.* 3, 3, 9. Operta quae fuere, aperta sunt: patent praestigiae. *Cic. Fin.* 2, 2. Haec patefactio quasi rerum opertarum, cum, quid quidem sit, aperitur, definitio est. *Id. Div.* 1, 50. f. et *ib.* 2, 55. Apollinis operta, h. e. oracula, responsa, quae tectis, absstrusis, ambiguis verbis reddi solebant. *Gell.* 17, 9. f. Commiscitur opertum hoc litterarum admirandum.

OPERTUS, us, m. operimentum. *Appul. Apol.* Mundissima lini seges non modo indutui, et amictui, sed opertui quoque in rebus sacris usurpatur. *Paul. Nol. carm.* 20, 282. Quod solidi totum crasso complebat opertu Orbem oculi.

OPERULA, ae, f. *Appul. Met.* 1. Operulas mere, h. e. mercedulas levis operae. *Ulp. Dig.* 50, 14, 3. In quo operula ista defuncti sunt, et ministerium quale quale accommodaverunt. *Arnob.* 4, 147. Operulam suscipere. *August. ep.* 154. Ne tuae dilectioni denegarem operulam meam.

OPES, opum, opibus, f. plur. V. OPS.

[OPETIS, is, f. herba eadem quae aristolochia. *Appul. Herb.* 19. F.]

*OPHARITAE, arum. V. v. sq. B. A.

*OPHARUS, i, m. Asiae fluvius, ultra Maeotim lacum, ex montibus Catheis in Lagoum flumen defluens. *Plin.* 6, 7. P *Opharitae* audiebant aecolae. *Id. ib.* B. A.

[OPHELIO, onis, m. dimin. ophellii, qui aliquantisper utilis est: ab *ὀφέλιος*, utilitas. Est cogn. *R. Inscr.* ap. *Mur.* 1676, 9. Ossua Flavii Ophelionis. Alia ap. *Maff. Mus.* Ver. 283, 3. Q. Hortensius Offellio. Hic aspiratio, ut saepissime alias, tollitur, et consona duplicatur. F.]

[OPHELLIUS, ii, m. utilis, adjutor: ab ὀφελῶ, adjuvo. Est nomen serv. R. Inscr. ap. Grut. 463, 2. Offellius ser. ark. h. e. servus arcarius. V. v. praec. F.]

OPHELTES, ae, m. filius Lycurgi regis Thracum, al. Archemorus, alumnus Hypsipyles, qui a serpente necatus est, in cuius honorem Argivi Nemeaea certamina instituerunt. Stat. Th. 5, 538. et Silc. 2, 1, 181. V. LANGIA. P [Item Etruscorum nautarum unus, a Baccho in delphina transmutatorum. Ov. Met. 3, 605. Hyg. fab. 13. P Alius, Cyzicenus. Val. Fl. 3, 198. F. et B. A.]

OPHIACA, orum, n. plur. τὰ ὀφιακά, quae ad serpentes, et venena pertinent: ab ὄφις, serpens. Plin. 20, 23, 96. Petrichus, qui Ophiaca scripsit, et Micton, qui rhizotomumena, adversus serpentes nihil hippomarathro efficacius putavere.

[OPHIAS, adis, f. patron. Ophii filia. Ov. Met. 7, 382. in qua trepidantibus alis Ophias effugit natorum vulnere Combe. F.]

[OPHICARDELUS, i, m. gemmae nomen ap. Plin. 37, 10, 65. Ophicardelon barbari vocant, nigrum colorem binis lineis albis includentibus. F.]

OPHICI, orum, m. plur. olim dicti sunt Capenses, quod illic plurimi abundare serpentes: nam ὄφις, serpens est. Serv. ad A. 7, 730.

OPHIDION, ii, n. ὀφιδιον, pisciculus congro similis: quasi parvus serpens. Plin. 32, 9, 35. et ib. 11, 53. [*Graubart, Ophidium barbatum, L.]

OPHIÖGENES, um, m. plur. ὀφιογενής, populi Asiae ad Hellespontum, quos Crates Pergamenus scripsit, serpentium ictu tactu solitos levare, et manu imposita venena extrahere corporibus. Cum arbitrantur, suppositum esse aliquem in stirpe, ei admovent, ut pungat, colubrum: cum pupugerit, si de genere sit, vivit; si non sit, moritur. Dicti sunt ab ὄφις, serpens, et γένος, genus. Plin. 7, 2, 2. et Varro ap. Prisc. 10, 894. Similia de Psyllis narrat Plin. ib. qui 28, 3, 6. etiam in insula Cypro Ophiogenes fuisse ait.

OPHION, onis, m. ὀφιων, unus e Gigantibus, qui cum uxore Erynome Neptuni filia ante Saturnum regnavit, sed ab eo victus, fugatusque est. Claud. Rapt. Pros. 3, 348. hos onerat ramos exutus Ophion. P Item unus e sociis Cadmi, Thebarum conditoris. Unde Ophionius, Thebanus. P Item unus e Centauris. Unde Ophionides. P [Item animal quoddam Sardiniae peculiare, ita fortasse appellatum, quia serpentibus adversetur, quod idem videtur esse ac musimo. Plin. 28, 9, 42. Inveni apud auctores Graecos animal cervo minus, et pilo demum simile, quod ophion vocaretur. Sardiniam id tantum ferre solitam. Id. 30, 15, 52. In Sardinia est ophion, cervis tantum pilo similis, nec alibi nascens. F.]

OPHIONIDES, ae, m. patron. ὀφιονίδης, filius, aut nepos Ophionis, ut Ophionides Amyceus, unus e Centauris, ap. Ov. Met. 12, 245.

OPHIONIUS, a, um, adj. Thebanus. V. OPHION. Sen. Oed. 483. sacer et Cithaeron Sanguine inundavit, Ophioniaque caede, h. e. Penthei.

OPHIOPHAGI, orum, m. plur. populi Troglodytes, quos serpentibus vesci solitos, scribit Plin. 6, 29, 34. ab ὄφις, serpens, et φάγω, comedo. Adde Solin. 33. med.

[OPHIOSTAPHYLË, es, f. ὀφιοσταφύλη, frutex idem ac capparitis: ab ὄφις, serpens, et σταφύλη, uva: quasi uva anguina. Plin. 13, 23, 44. Capparitis firmioris ligni frutex, seminisque et cibi vulgati: quidam id cynosbaton vocant, alii ophiostaphylon. V. CYNOSBATON.]

*OPHIOSTAPHYLON, i, n. ὀφιοσταφύλον, i. q. vitis alba. Plin. 23, 1. Vitis alba est, quam Graeci ampeloleucen, alii ophiostaphylon — adpellant. B. A.

[OPHITAE, arum, m. plur. ὀφίται, haeretici quidam. Isid. Or. 8, 5. Ophitae a colubro nominati sunt. Coluber enim Graece ὄφις dicitur. Colunt enim serpentem, dicentes, ipsum in paradysum induxisse virtutis cognitionem. Tert. Praescr. 47. Accesserunt hic haeretici etiam illi, qui Ophitae nuncupantur. Nam serpentem magnificent in tantum, ut illum etiam ipsi Christo praeferant. F.]

OPHITES, ae, m. ὀφίτης λίθος, marmoris genus, serpentis maculas habens: ab ὄφις, serpens, ut echites a maculis viperarum. [*Serpentinstein.] Plin. 36, 7, 11. Ophites serpentium maculis similis, unde et nomen accepit. Duo ejus genera, molle candidum, nigricans durum. Contra serpentes autem a quibusdam laudatur praecipue ex his, quem tephriam appellant a colore cineris. Lucan. 9, 714. Quam parvis tinctus maculis Thebanus ophites, h. e. ex Thebis Aegyptiis. Mart. 6, 42. Et flamma tenui calent ophitae. P *Item Herculis filius, de quo Hyg. fab. 32. B. A.

OPHITIS, idis, f. ὀφίτις λίθος, eadem ac ophites lapis. Plin. 36, 22, 43. Est hoc genus ophitis, ex quo vasa etiam et cadros faciunt.

OPHIUCHUS, i, m. ὀφιοχός, Anguitenens, signum caeleste, hominis effigie anguem manu tenentis: ab ὄφις, serpens, et ἔχω, teneo. Nonnulli Herculem esse putaverunt, qui adhuc in cunis vagiens angues a Junone immissos praefocavit: alii

Aesculapium, alii Carnabontem Getarum regem, alii Phorbantem Triopae Thessalorum regis filium: quae omnia fuisse persequitur Hyg. Astron. 2, 14., cujusque appellationis causas, et historiam referens. Constat stellis XVII., ipse autem anguis XXIII. Situs est supra Scorpionem, cujus testudinem videtur pedibus premere, humeris autem aestivum circulum, h. e. Aequatorem tangit. Id. ib. 3, 15. Manil. 1, 331. Serpentem magnis Ophiuchus nomine signis Dividit. Avien. Arat. 204. vertice quippe Sideris innixi clarum nosces Ophiuchum. V. ANGUIFER.

*OPHIUS, i, m. Combes pater. Ov. Met. 7, 383. B. A.

OPHIUSÄ, ae, f. ὀφιοῦσα, herba in Elephantine Aethiopiae regione nascens, livida difficilisque aspectu, qua pota minas terroremque serpentum animo obversari tradidit Democritus, adeo ut mortem sibi eo metu damnati consciscant. Quare et sacralibus bibenda dari consuevit. Plin. 24, 17, 102. P Est etiam hoc nomine insula parva Hispaniae, in mari Balearico, una ex Pityusis. Plin. 3, 5, 11. quia serpentes parit. P Item alia in Propontide. Id. 5, 32, 44. P Item alia in mari Carpathio, eadem quae Rhodos. Id. 5, 31, 36. P Item alia prope Cretam, quae et Ophiussa. Id. 4, 12, 20. P Item alia ad Tyram fluvium in Sarmatia. Id. ib. 26. Val. Fl. 6, 85. et gelidis pollens Ophiussa venenis.

OPHIUSIUS, a, um, adj. ὀφιοῦσιος, ad Ophiusam aliquam pertinens. Ov. Met. 10, 229. Ipsa suas urbes, Ophiusiaque arva parabat Deserere alma Venus, h. e. Cyprum. Sed cur ita appellet, non apparet, nisi dicas, eam insulam aliquando dictam Ophiusam, nomine cum Rhodo communi, quia Telchines, qui Rhodum incoluerunt, prius Cyprum tenuerant, ut docet Strabo l. 14. Solent autem poetae in appellandis locis remotissimas non raro rationes sequi.

*OPHRADUS, i, fluvius Asiae ulterioris, Ariam, Carmaniam ac Drangianam permeans. Plin. 6, 23. B. A.

OPHRYS, yos, f. ὀφρύς, herba denticulato oleri similis, foliis duobus, quae capillis nigredinem inducit. Plin. 26, 15, 93. n. 2.

OPHTHALMIAS, ae, m. ὀφθαλμιάς, ὄ, piscis, Latine oculata dictus, ab oculorum magnitudine: ὀφθαλμῶς enim est oculus. Pl. Capt. 4, 2, 70. Pernam, atque ophthalmiam, horaeum, scombrum, etc.

OPHTHALMICUS, i, m. ὀφθαλμικός, medicus ophthalmicus: ab ὀφθαλμῶς, oculus. Mart. 8, 74. Hoplomachus nunc es: fueras ophthalmicus ante: Fecisti medicus, quod facis hoplomachus.

OPICERDA, ae, f. stercus ovillum, ut sucerda suillum. Ita interpretet ad Fest. in Succerda, ubi vox quidem opicerda legitur, sed cum sucerda confundi videtur. [At fortasse opicerda scriptum est pro opicerda. F.]

[OPICILLUM, i, n. videtur esse dimin. ab opis, opis, et significare parvum auxilium, seu remedium. Alii putant opicillum significare vasculum picatum, quo vinum conditur et asservatur; vel translate usurpari pro vesica, quae est quasi vas ali-quod aut receptaculum potus, ut venter cibi. Varr. ap. Non. 2, 113. Cupas vinarias sirpare noli; adde cyathum vini in uxorcuae opicillum. F.]

OPICONSIVA, orum, n. plur. dies ab Dea Opiconsiva, cujus in regia sacrarium: quod ideo actum, ut eo praeter virgines Vestales, et sacerdotem publicum, introeat nemo. Is cum eat, suffibulum haud habeat. Haec Varr. L. L. 5, 3. Scal. legend. putat suffibulum habeat. Hic vero dies Opiconsivae sacer erat VIII. Cal. Sept., ut patet ex quatuor vetustis calendariis ap. Foggium ad A. Verrii Fl. Fast. p. 129. Tradit autem Macr. Sat. 3, 9. hanc Deam integra voce Opem Consiviam dictam esse, et in ejus tutela urbem Romam fuisse: quod alii de Jove, alii de Luna, de Angerona alii putaverunt. V. CLUSIUS. P Festus in Opima docet esse uxorem Saturni, nempe ipsam terram, cujus cultor diligens Saturnus fuit, ideoque cum falce pingitur, quod est insigne agricolae. Quare consiva, seu consivia a conserendo est.

OPICUS, a, um, adj. rudis, agrestis, ignarus, ab Opicis populis antiquissimis Italiae in Campania, quod rudes prae ceteris, et agrestes fuerint. M. Cato ap. Plin. 29, 1, 7. Nos (Graeci) dicitant barbaros, et spurcius nos, quam alios opicos, appellatione foedant. Juven. 6, 454. Nec curanda viris opicae castigat amicae Verba. Id. 3, 207. Et divina opici rodebant carmina mures, h. e. litterarum imperiti. Tiro Tull. ap. Gell. 13, 9. Ταῦτες οὐκ ἀπὸ τῶν ὄων, ita ut nostri opici putaverunt, sed ab eo, quod est ὄων, appellantur. Auson. Profess. 22. Exesas tineis, opicasque evolvere chartas, h. e. scripta priscorum rudi impolitique stilo confecta. Adde Gell. 2, 21. et 11, 16. P Sunt qui opicus interpretantur sordidus, spurcus. Festus enim in voce Oscum scribit, opicum interdum dici pro Osco: Oscis autem frequentissimum usum fuisse libidinum spurcarum. Auson. epigr. 128. Opicum magistrum appellat Eunum obscenae

libidinis hominem, notans in eo impudicitiam, simul et ignorantiam. V. OSCL.

OPIFER, ra, rum, adj. βοηθῆτων, opem ferens. Ov. Met. 15, 653. de Aesculapio: Cum Deus in somnis opifer consistere visus. Plin. 16, 13, 24. Folia fraxini imposita ulceribus opifera reperiuntur. Inscr. ap. Grut. 41, 8. Dianae opiferae Nemorensi; et 75, 9. Fortunae opiferae.

OPIFEX, icis, m. et f. χειρωναξ, δημοουργός, qui opus facit, operator, fabricator, artifex. Cic. N. D. 1, 8. Opifex aedificatorque mundi Deus. Ov. Met. 1, 79. Ille opifex rerum. Plin. 31, 1, 1. Opifex natura. Varr. R. R. 3, 16. med. Apes silvestres minores sunt (cicuribus) magnitudine, et pilosae, sed opifices magis. P Translate. Cic. Tusc. 5, 11. extr. Zeno Cittieus ignobilis verborum opifex. Quint. 2, 15. Esse rhetoricem persuadendi opificem. Plin. 5, 9, 10. Nilus feris et belluis frequens, silvarumque opifex, h. e. multas silvas producens. Claud. VI. cons. Honor. 533. profectique opifex decori timor. P Cum infinito. Pers. 6, 3. Mire opifex numeris veterum primordia vocum, Atque marem strepitum fidis intendisse Latinae. P Saepae de iis dicitur, qui artem quamlibet illiberalem quaestus et vitae causa exercent. Cic. Off. 1, 42. Opifices omnes in sordida arte versantur. Sall. Jug. 76. Opifices, agrestesque omnes, quorum res fidesque in manibus sitae sunt. Id. Cat. 49. Opifices atque servitia sollicitare. Cic. Fl. 8. Opifices et tabernarios, atque illam omnem faecem civitatum, etc. Id. N. D. 2, 60. Adhibitis opificum manibus omnia nos consecutos, ut tecti, ut vestiti, ut salvi esse possemus, urbes, muros, domicilia, delubra haberemus.

OPIFICINA, ae, f. officina. Pl. Mil. 3, 3, 6. Stultitia maxima sit, me tibi meam operam pollicitari, si ea in officina nesciam aut mala esse, aut fraudulenta. *Jul. Val. res gest. Alex. M. (ed. A. Maio) 3, 83. extr. Mira autem (cod. tamen) opificinae majestas, etc. B. A.

OPIFICIUM, ii, n. χειρουργημα, operis confectio. Varr. R. R. 3, 16. Nisi opificii eas (apes) urget tempus. Appul. Flor. n. 9. Plura mea exstant in Camenis, quam Hippiae in opificiis, opera. Al. leg. opificiis operibus, ut sit adjectivum pro arte factis.

OPIFICIUS, a, um. V. in v. praec.

OPIGENAM Junonem, inquit Festus, matronae colebant, quod ferre eam opem in partu laborantibus credebant. Capell. 2, 38. Opigenam te, quas vel in partu discrimine, vel in bello protexeris, precabuntur. Al. leg. Sotigenam, sed Grotio invito. P Sunt qui sic dictam putant, quod sit Ope genita, h. e. Rhea Saturni uxore.

OPILIO, onis, m. ποιμήν, pastor ovium, qui ovium gregem servat, et pascit: quasi ovilio, quomodo legitur ap. Jabolen. Dig. 33, 7, 25.: alii rectius deducunt ab οἰπόλος, seu οἰκόλος, quod componitur ex οἶς, ὄσιος, ovis, et πόλιω, pascio; ut αἰπόλος, caprarius, est ab eodem πόλιω, et αἶξ, αἰγός, capra: unde, Graeca diphthongo oi in Latinam ae, mox in u conversa, factus est opilio, V. MURUS., aut abjecta altera vocali diphthongi factus est opilio, ut putat Serv. ad illud Virg. Ecl. 10, 19. Venit et upilio, tardi venere bubulci. Pl. As. 3, 1, 36. Etiam opilio, qui pascit alienas oves, aliquam habet peculiarem, qui spem soletur suam. Colum. 7, 3. Post feturam deinde longinquaе regionis pascua petiturus opilio, fere omnem sobolem pastioni reservet suburbanae. P Est etiam genus avis. Paul. ex Festo. [*Quaedam adjicit F.]

*OPILIUS, i, m. nomen propr. virorum R. ut Opilius Macrinus, Imperator, de quo V. in Macrinus. P Aurelius Opilius, grammaticus et scriptor. Suet. Gr. 6. Gell. 1, 25. f. P Alius Aurelius Opilius, medicus, de quo Plin. 28, 4. B. A.

OPIMATUS, a, um, part. ab opimo: pinguis factus. Auson. Idyll. 10, 105. opimato fluens abdomine venter. Sidon. ep. 8, 12. Opimata vivariis ostrea.

OPIME, adv. πολυτελῶς, abundanter, et laute. Pl. Bacch. 3, 1, 6. Omnium ad perniciem instructa domus opime, atque opipare.

OPIMIÄNUS, a, um, adj. ad Opimium pertinens, quod est nomen propr. civis R. Opimianum vinum (quod et Opimianum absolute) celebre fuit ap. Romanos, dictum a L. Opimio, qui ann. U. C. DCXXXIII. consul fuit una cum Q. Fabio Maximo Allobrogico, ut est ap. Vell. 2, 7., teste Plin. 13, 4, 6. et ib. 14, 16., quo anno cum mira coeli temperies, et ad maturanda vina aptissima fuisset, ea condita, et in multos annos servata, in deliciis postea fuere: durabantque adhuc post ducentos annos Plinii tempore, ut idem testatur cit. c. 4., tametsi negat Vell. l. c. Saepae laudatur a Mart. 1, 27., 2, 40., 3, 82., 9, 88., 10, 49. et 13, 113. Meminit et Cic. Brut. 83. Petr. Sat. 34. Allatae sunt amphorae vitreae, quarum in cervicibus pittacia erant affixa cum hoc titulo: Falernum Opimianum annorum centum; et mox: Verum Opimianum praesto.

OPIMITAS, atis, f. abundantia, lautitia. Pl. Capt. 4, 1, 2. Maximas opimitates, opipa-

rasque offers mihi. *Id. As. 2, 2, 16.* Maximas opimitates gaudio effertissimas suis heris pariet. *Ammian. 19, 11.* Expletus praedarum opimitate exercitus. *Ap. Plaut. qui opimitates legunt, male legunt.*

OPIMIUS, a, um, adj. idem ac Opimianus, [ad L. Opimium pertinens, de quo v. in OPIMIANUS. F.] *Varr. L. L. 4, 32. med.* Senaculum supra Graecostasin, ubi aedes Concordiae, et basilica Opimia. [*Inscr. ap. Marin. Frat. Arc. p. 212.* Servos publicus ex basilica Opimia. F.] *P* In nummis gentis Opimiae ap. *Eckhel. D. N. V. T. 5, p. 264.* *Opimius* scribitur.

OPIMO, as, avi, atum, a. I. *uolvo*, opimum reddo, pinguefacio. *Colum. 8, 7. extr. et ib. 9.* Offae panis vino madefactae celerius opimant turtures, quam ceteri cibi. *P* Item dito, copiosum reddo, impleo, onero. *Auson. Ecl. de mensib. 9.* Autumnum, Pomona, tuum September opimat. *Vopisc. Tac. 11.* Mensam suam nunquam nisi agrestibus opimavit. *P* Item fertilem reddo. *Appul. de Mundo: Terra imbribus madefacta ad educandos epist suos opimatur. P Translate. Auson. epist. 15, 1.* O qui venustos uberi facundia Sales opimas, Tetradi.

OPIMUS, a, um, adj. [*proprie significat id quod alit: est enim ab ops. Hinc de agro, arbore cet. eodem sensu usurpatur, quo *ferax, fertilis. Forc.* quinto loco hanc significationem posuerat his laudatis exemplis:] *Cic. Manil. 6.* Regio opima et fertilis. *Virg. A. 2, 782.* Arva opima virum. *Plin. 14, 3, 4. n. 7.* Opima vitis. [*Sym. or. in Valent. Aug. (ed. A. Maio) 1, 16.* Triumphales viri amoenae litorum, terrarumque opima sectantur. F.] [*Adde *Liv. 31, 31.* campos opimos ad praedam petiere. *P* Tum passive dicitur *opimus*, is, qui bene altus apparet, Gr. *πιελης, πλω:* wohl genährt, fett, feist. Ita solemne vocabulum est, de bobus altibus, ad sacrificia publica saginatis, ut docet *Varr. R. R. 2, 1.* Haec Noster primo loco posuerat:] *Cic. Tusc. 5, 34. extr.* Rucantans refertos epulis, tanquam opimos boves; et *Dic. 1, 52. med.* In extis opimi bovis cor non fuit. *Or. Pont. 4, 9, 50.* Albave opimorum colla ferire boum. *Plin. 10, 21, 24.* Galli extis etiam fibrisque, haud aliter quam opimae victimae, Diis grati. *P* Deinde universim quisquis habitior est, et pinguedine crassus. *Colum. 7, 9. med.* Cultus ager opimas reddit sues. *Gell. 9, 4.* Pecudes pastu atque cultu opimae. *Id. 5, 14. f.* Nam quas venabatur feras, membra opimiora ad specum mihi suggererat. *Hor. Ep. 2, 1, 181.* Palma negata marcum, donata reducit opimum. *Val. Fl. 6, 613.* Opima stabula, h. e. in quibus opimi sunt greges. *P* Metonymice *opimus cibus*, quia opimos facit: [**opimus cibus* est, laute et abundanter paratus, appositus.] *Virg. A. 3, 224.* Exstruimusque toros, dapibusque epulamur opimis. *Sil. 11, 282.* stupet inconsuetus opimae Sidonius mensae miles. *P* Metaphorice. *Cic. Or. 8.* Opimum quoddam, et tanquam adipatae dictionis genus. *Id. Brut. 16. f.* de Lysia: Habet enim certos sui studiosos, qui non tam habitus corporis opimos, quam gracilitates consecretur. *Gell. 17, 10.* Pindarus nimis opima pinguique esse facundia existimatus est. *P* Item dives, opulentus, copiosus. *Varr. L. L. 4, 17.* Opulentus ab ope, cui eae opimae, h. e. cui opes sunt multae. *Pl. fr. ap. Non. 2, 30.* Divitiis maximis, dote attili atque opima. *Id. Capt. 2, 2, 31.* Opimae divitiae. *Cic. Rosc. Am. 3.* Opima et praecleara praeda. *Id. Verr. 2, 1, 50. extr.* Indignum videri coepit, ex tanta aede se non opimum praeda discedere. *Plin. 10, 51, 72.* Opimi quaeustus. *Sil. 16, 684.* et opima pace quieta Stat tellus, h. e. quae divitias et copiam affert. *Cic. Fl. 33.* Opimam accusationem deferre alicui, h. e. ex qua magnus quaeustus accusatori accedat. *Sic Stat. Silv. 4, 6, 65.* Opimae acies, h. e. proelia, ex quibus multa praeda paritur; et *Val. Fl. 3, 143.* opima cadavera, h. e. corpora in acie caesorum, unde spoliante dutescant. *Tac. H. 1, 1.* Opus aggreddior opimum casibus, atrox proeliis. *P* *Opima spolia* dicebantur καὶ ἔξοχον, quae dux summus exercitus summo duci hostium caeso detraxisset, ut docet *Liv. 1, 10. et 4, 20.* Hujusmodi trina tantummodo populo R. contigerunt intra annos DXXX.; prima, quae Romulus de Acrone Caenensium duce reportavit: altera, quae A. Cornelius Cossus de Larte Tolunio Vejentium rege: tertia, quae M. Claudius Marcellus de Viridomaro, seu Viridomaro rege Gallorum Insubrium. *V. Liv. l. c., Flor. 2, 4, Val. Max. 3, 2. n. 3., Prop. 4, 10., Fest. in Opima, Aurel. Vict. Vir. illustr. 2, 25. et 45., Fragmenta Capitolina ap. Grut. 297. col. 2. extr. et Serv. ad illud Virg. A. 6, 856.* Aspice, ut insignis spoliis Marcellus opimis Ingreditur. *P* Sed etsi dux summus non fuerit, qui hostem singulari certamine occidit, spoliavitque, opima dicuntur spolia inde relata. Exemplum habes ap. *Virg. A. 10, 449., Liv. 23, 46. extr., Flor. 2, 17.* atque *Livii Epit. 48.* Etiam *Varr. ap. Fest. l. c. ait,* opima spolia esse, etiam si manipularis miles detraxerit, dummodo duci hostium. *P* *Opima* absolute, opi-

ma spolia. *Flor. 2, 17.* De quibus Scipio ille posterior singulari certamine, cum a rege fuisset provocatus, opima retulerat. *Sen. Herc. Fur. 47.* Effregit ecce limen inferni Jovis, Et opima victi regis ad superos refert. *Plin. Pan. 17.* Nec tibi opima defuerint, si quis regum venire in manus audeat. *Adde Sil. 12, 280.* *P* *Opimus triumphus*, quasi qui opimis spoliis captis agitur. *Hor. Od. 4, 4, 51.* quos opimus Fallere et effugere est triumphus. *P* *Opima gloria*, tanquam opimis spoliis acquisita. *Val. Max. 4, 3. n. 10. extr.* Quoniam paterna hereditati, praeter opimam gloriam, nihil erat, quod acceptum referretur. *Curt. 7, 4. extr.* Opimum belli decus. *P* [*Opimus* fuit etiam cogn. R.; cujus vero gentis proprium fuerit, adhuc incomptum habeo, quamvis id affirmet his verbis *Quint. decl. 302.* Non ergo pugna per se turpis est, sed inhonesta pugna (*turpis est*). Dedit enim et familiis nomina: hinc Corvini, hinc Torquati, hinc Opimi. F.] *P* Superl. *Opimissimus* est *Tert. ad Nat. 2, 8. med.* Boves septem opimissimos.

OPINABILIS, e, adj. *δοξαστός*, qui opinione concipitur, in opinione consistens. *Cic. Acad. 1, 8.* Itaque hanc omnem partem rerum opinabilem appellabant. *Id. Tusc. 3, 31.* Mediocritates si naturales sunt, natura ipsa terminabit modum: sin opinabiles, opinio tota tollatur. *Id. Dic. 1, 14.* Artes, quae conjectura continentur, et sunt opinabiles. *Gell. 12, 1. f.* Non naturalis ille amor est, sed civilis, et opinabilis, h. e. pendens ab opinione.

OPINAMENTUM, i, n. opinatio, opinio. *Appul. de Deo Socr.* Aliquando eorum nonnulla opinamenta habere. *Al. rectius leg. hortamenta.*

OPINATIO, onis, f. *δόξα*, actus opinandi, et fere in malam partem accipitur. *Cic. Tusc. 4, 11.* Opinatio est, judicare, se scire quod nesciat. *Val. Max. 1, 8. extr. n. 8.* Sophista ineptae et mordacis opinionationis. *P* Pro simplici opinione. *Cic. Acad. 4, 25.* Opinatio et perceptione sublata, sequitur omnium assensionum retentio. *Adde Lact. Opif. D. 12. med.*

OPINATOR, V. NECOPINATO.

OPINATOR, oris, m. qui opinionem tantum, non scientiam habet, qui rebus probabilibus assentitur. *Cic. Acad. 4, 20.* Ego vero ipse et magnus quidam sum opinator: non enim sum sapiens. *P* Praeterea opinatores a Jctis dicuntur, qui in provinciis mittebantur ad militarem annonam exigendam. *Impp. Arcad. et Honor. Cod. 12, 38, 11.* Opinatoribus, id est exactoribus militaris annonae, nullum sit cum provincialibus commercium. *Adde Cod. Theod. 11. tit. 7. qui inscribitur De exactio-nib. l. 16. et ib. 7, 4, 26.* Ita dicti videntur, inquit *Tabor ap. Briss. de V. S.,* quod spectarent, et aestimarent annonam, cum judicio opinantes, an bona esset, nec ne. Plura de his V. ap. *Gothofred. ad cit. Cod. Theod. 7, 4, 26.*

OPINATUS, a, um, part. ab opinor: opinione conceptus. *Cic. Tusc. 4, 6.* Partes perturbationum volunt ex duobus opinatis bonis nasci, et ex duobus opinatis malis. *P* *Opinatum* absolute pro opinione, quidam adstrunt ex *Quint. 8, 5.,* sed ibi non ex opinato, sed ex inopinato est legendum. *P* *Opinatus*, is, de quo magna opinio est, illustris, celebris. *Enn. ap. Gell. 11, 4.* Cum opinati loquuntur pariter, atque ignobiles. Ita quidam leg., sed plerique alii *opulenti.* *Ammian. 21, 6.* Ludis circensibus cum certamen opinatum emitteretur, h. e. *ἔνδοξον.* *Flor. 2, 7.* Rhodos opinatissima insula, et totius Asiae insularum metropolis. In optim. editionib. haec verba desunt, et vero abesse debent. *Adde Alciat. parerg. l. 8. c. 12.* etiam *Gell. dixisse opinatissimos auctores:* sed neque locum indicat, neque mihi adhuc compertum est.

OPINATUS, us, m. idem ac opinio. *Lucr. 4, 465.* pars horum maxima fallit Propter opinatus animi.

OPINIO, onis, f. *δόξα*, assensus rei non exploratae, existimatio, iudicium, sententia, conjectura. [*Cic. fragm. or. Scaur. (ed. A. Maio) 7.* Apud homines barbaros opinio plus valet saepe, quam res ipsa. F.] *Id. Or. 1, 23.* Res penitus perspectae planeque cognitae, atque ab opinionis arbitrio sejunctae, scientiaque comprehensae. *Id. Tusc. 4, 7.* Omnes perturbationes iudicio censent (*Stoici*) fieri, et opinione; et *mox:* Aegritudo est opinio recentis mali praesentis, etc. laetitia, opinio recens boni praesentis, etc. metus, opinio impendentis mali, etc. libido, opinio venturi boni; et paulo post: Opinione autem, quam in omnes definitiones superiores inclusimus, volunt esse imbecillam assensionem. *Id. Or. 2, 1.* Magna, nobis pueris, opinio fuit, L. Crassum non plus attigisse doctrinae, quam, etc. *Id. Att. 9, 8.* In his locis opinio est, conjectura magis, quam nuntio aut litteris; Caesarem Formiis a. d. II. cal. Apr. fore. *Id. Verr. 1, 1.* Inveteravit opinio, et omnium sermone crebuit. *Id. Fam. 9, 11.* Brevi tempore, ut opinio mea est, te sum visurus. *Id. Font. 13. et Fam. 13, 66. et Verr. 2, 4, 10.* Homo, ut opinio mea fert, ingeniosissimus. *Colum. 1, 3. med.* Quantum mea fert opinio; et 3, 11. *med. et Cic. Cluent. 16.*

Ut mea fert opinio. *Ulp. Dig. 24, 1, 32. med.* Mea fert opinio, ut, etc. *Colum. 2, 12.* Cujus opinionis etiam Cornelius Celsus est. *Cic. Mur. 30.* Non re ductus es, sed opinione. *Id. Dom. 5.* Res erat non in opinione dubia, sed in praesenti atque ante oculos proposito periculo. *Id. N. D. 1, 22.* Esse Deos, persuaderi mihi non opinione solum, sed etiam ad veritatem plane velim; et *ib. 3, 4. f.* Opinio de Diis immortalibus et omnium est, et quotidie crescit. *Id. Div. 2, 33.* Romulus habuit opinionem, esse in providendis rebus augurandi scientiam. *Id. Cluent. 51. f.* Esse in opinione aliqua. *Id. Caecin. 5.* Adducere aliquem in eam opinionem, ut putet, etc. *Coel. ad Cic. Fam. 8, 10.* Venit in eam opinionem Cassius, ipsum finxisse bellum, etc. *h. e.* opinio erat, Cassium finxisse bellum. *Nep. Mil. 7. et Att. 9.* Venit mihi in opinionem, opinatus sum, existimavi. *Suet. Aug. 6.* Tenet me opinio, tanquam res ita se habeat. *Caes. B. G. 3, 17.* Praebere opinionem timoris. *Cic. Cluent. 2. f.* evellere ex animo; et *ib. 3.* mente comprehendere; et *ib. convellere et labefactare;* et *51. extr. deponere. Id. Verr. 1, 14. f.* animo imbibere. *Id. Or. 28.* novam inserere; et *Off. 2, 13. med.* afferre alicui; et *Or. 2, 52. minuere. Caes. B. G. 5, 55. extr.* augere. *Cels. 8, 4.* facere fractis ossis; et *Dolabell. ad Cic. Fam. 9, 9.* Incidere in opinionem. *Cic. Fam. 6, 14.* discedere. *Id. Acad. 4, 45.* Labi ad opinionem aliquam. *Id. Mur. 30.* Opinione duci; et *ib. 31.* Quantum opinione auguror. *P* Existimatio, expectatio, spes. *Cic. Amic. 9.* Ego administratione quadam virtutis ejus, ille vicissim opinione fortasse nonnulla, quam de meis moribus habebat, me dilexit. *Id. Att. 7, 2. med.* Opinio, quam is vir habet, integritatis meae. *Caes. B. G. 2, 24.* Equites, quorum inter Gallos virtutis opinio est singularis. *Cic. Fam. 1, 7. med.* Magna est hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis, magna memoria consulatus tui. *Id. Cluent. 51. extr.* Si quam huc graviorem de illo iudicio opinionem attulisti, hanc, causa cognita, deponatis. *Id. Fam. 1, 6. extr.* A me omnia summa in te studia exspecta: non fallam opinionem tuam; et *ib. 5, 12.* Genus scriptorum tuorum etsi erat a me vehementer exspectatum, tamen vicit opinio meam. *Id. Agr. 3, 1.* Parvam exigui temporis usuram bonae de me opinionis postulo. *Id. Verr. 2, 3, 24.* Falsam de illis opinionem habuit, malam de vobis. *Nep. Thras. 2.* Neque tamen pro opinione Thrasymbuli auctae sunt opes. *Quint. 1, 2.* Sunt multa ejus rei exempla, tam laesae hercle, quam conservatae sanctissime opinionis. *P* Indicium, argumentum. *Ter. Heaut. 2, 2, 2.* Vereor, ne mulier me absente hic corrupta sit. Concurrunt multae opiniones, quae mihi animum exaugent: locus, occasio, aetas, etc. *P* *Fama, rumor.* *Suet. Ner. 53.* Exiit opinio, proximo lustro descensurum eum ad Olympia inter athletas. *Justin. 8, 3.* Mittit, qui opinionem serevit, regem locare, etc. *P* *Contra, praeter opinionem,* contra ac putatur, praeter id, quod putatur. *Cic. Rosc. Am. 15. extr.* Dicere contra rerum naturam, contra consuetudinem hominum, contraque opiniones omnium. *Nep. Mil. 2.* Etsi praeter opinionem res ceciderat. *Adde Cic. Verr. 2, 2, 73. P* *Cum adverb. comparativis. Cic. Fam. 14, 23.* Ipse opinione celerius venturus esse dicitur; et *Brut. 1. et Or. 1, 35. extr.* Formam totius negotii opinione majorem melioremque video. *Id. Fam. 10, 31.* Quod familiarem meum in tuorum numero habes, opinione tua mihi gratius est. *Pl. Mil. 4, 6, 23.* Istuc curavi, ut opinione illius pulerior sis. *Sall. Jug. 87.* Ea agere inter invidos, opinione asperius est; et *ib. 57.* Opinione amplius morari. *Varr. ap. Non. 4, 329.* Opinione citius. *Adde Caes. B. G. 2, 3.*

OPINIOSUS, a, um, adj. magnus opinator, multa opinans, opinionibus abundans. *Cic. Acad. 4, 47.* Duo vel principes dialecticorum, Antipater et Archidemus opiniosissimi homines, nonne multis in rebus dissentiunt? *Tert. ad Marc. 4, 35. med.* Si cui tam opiniosus videbitur Christus.

OPINIUNCULA, ae, f. dimin. opinionis. *Salvian. de avarit. 5.* Tanto magis tibi relinqueres, si profutura ea tibi met vel tenui opiniuncula iudicares. F.]

OPINO, as. V. v. sq.

OPINOR, aris, atus sum, dep. I. *δοξάζω, οἶμαι*, opinionem habeo, opinio mea est, feror ad credendum ea, quae plane percepta et explorata non sunt. *Cic. Acad. 4, 48.* Ad patris revolver sententiam, ut percipi nihil putem posse, assensurum autem non percepto, id est opinaturum sapientem existimem: sed ita, ut intelligat, se opinari, sciatque nihil esse, quod comprehendendi et percipi possit. *Id. Mur. 30.* Nostri illi a Platone et Aristotele ajunt, sapientem saepe aliquid opinari, quod nesciat. *Caes. ap. Suet. Caes. 66.* Scitote paucissimis his diebus regem affuturum cum X. legionibus, equitum XXX., levis armaturae C. millibus. Proinde desinant quidam quaerere ultra, aut opinari: mihi, qui compertum habeo, credant. *P* *Universim* est existimo, censeo, iudico, puto, mihi vide-

tur. *Cic. Fam.* 7, 17. Quoad opinatus sum, me in provinciam exiturum, quae ad te attulerim, meminisse te credo; et *Brut.* 35. Doctus etiam Graecis T. Albucius, vel potius paene Graecus: loquor, ut opinor. *Id. Dom.* 40. Ex quo intelligitur, multa in vita falso homines opinari. *Nep. Att.* 4. extr. Remigravit Romam, ut opinor, L. Cotta, et L. Torquato Coss. *Suet. Caes.* 60. Quo saepius vicisset, hoc minus experiendos casus opinans. P. Imaginari, fingere animo. *Pl. Pers.* 2, 3, 5. Quod ego non magis somniabam, neque opinabar, neque censebam, eam fore mihi occasionem, ea nunc quasi decidit de coelo. *Cic. Tusc.* 3, 23. Haec oratio tantomodo affert, nihil evenisse, quod non opinandum fuisset. *Plin.* 29, 1, 8. Illa, quae timuit Cato, atque providit, innocentiora multo, et parva opinatu. P. Bene, aut male opinari de aliquo, bene, aut male sentire et loqui. *Iust.* 12, 5. *med.* In unam cohortem eos, qui de rege durius opinati fuerant, contribuit. *Suet. Aug.* 51. Cum Aemilio Aeliano objiceretur, quod male opinari de Caesare soleret; et *ib.* 61. Gravissime opinari de aliquo. *Cic. Pis.* 20. De vobis hic ordo opinatur, non secus ac de teterrimis hostibus. P. *Opinor, ut opinor, interseritur sermoni, ut credo, puto, et Graece οἶμαι. Cic. Fam.* 7, 24. Cuius opinor, olim: non omnibus dormio. V. DORMIO. *Id. Att.* 9, 6. Sed, opinor, quiescamus, ne nostram culpam coarguamus. *Id. Fin.* 2, 10. A primo, ut opinor, animantium ortu petitur origo summi boni. P. *Opinabar* refertur a *Cic. Or.* 3, 38. inter poetica, sed quod etiam in prosa oratione locum habere cum dignitate aliquando possit. Sunt qui pro poetica malint legere *perpetusta*, alii *prisca*. P. *Olim opinor, as*, dictum est. *Pl. fr.* ap. *Non.* 7, 59. Praenestinum opinor esse: ita erat gloriosus. *Enn. ib.* Tacere opinor esse optimum. Adde *Pacuv.* et *Caecil. ib.* et *Prisc.* 8, 796. et 800. OPINUS. V. NECOPINUS. OPIOSUS. V. APPIOSUS. OPIPARE, adv. *δαριλῶς*, copiosa. *Cic. Off.* 3, 14. *Opipare* a Pythio paratum erat convivium. *Pl. Bacch.* 3, 1, 6. Instructa domus opime atque opipare. *Appul. Met.* 5. Mensae lautitias opipare reficere aliquem; et *ib.* 6. prandium sumere. *Id. de Deo Socr.* villas struere. OPIPARIS, e, adj. idem quod opiparus. *Appul. Met.* 1. Piscatum opiparem expositum video; et *ib.* 2. *Opipares* cibi; et *ib.* 9. *Opipari* prandio participare aliquem. OPIPARUS, a, um, adj. *πολυτελής*, splendidus, sumptuosus, opulento apparatu instructus: ab *opis*, seu *opum apparatus*. *Pl. Pers.* 4, 4, 1. *Satin* Athenae tibi visae fortunatae, atque opiparae? *Id. Mil.* 2, 1, 29. Vino, ornamentis, opiparisque obsoniis. *Id. Poen.* 1, 1, 1. Saepes res multas tibi mandavi, dubias, egenas, inopiosas consilii, quas tu mihi reddidisti opiparas opera tua. *Appul. Met.* 5. *Opiparis* muneribus onustare aliquem. OPIS, is, f. *Ἰνις*, Nympha comes et ministra Dianae. *Virg. A.* 11, 836. et 867. Adde *Claud. II. cons. Stilich.* 254, ubi eam dicit optatum nomen venantibus. P. *Docet Maec.* *Sat.* 5, 22. ipsam quoque Dianam Opim a Graecis dictam esse. Adde *Cic. N. D.* 3, 23. P. Etiam inter Nymphas fluviorum, seu Naiades enumerat *Virg. G.* 4, 343. P. *Opis*, vis, auxilium, prima brevi. V. OPS substantivum. [OPISTHODOMUS, i, f. *ὑπισθόδομος*, postica templi, vel domus pars. *Front. ad M. Caes.* (ed. A. Maio) 1, 8. *med.* Olim testamenta ex Deorum munitissimis aedibus proferebantur, aut tabulariis, aut archiis, aut opisthodomis. F.] OPISTHOGRAPHUS, a, um, adj. *ὑπισθόγραφος*, dicitur de charta, quae utraque parte scripta est: ab *ὑπισθεν*, a tergo, et *γράφω*, scribo. Solebant autem veteres in adversa tantum parte paginae scribere, quia scripta in volumem complicare mos erat: nisi si longum opus, aut chartae inopia, aut parsimonia, aut taedium alterius sumendae, etiam in aversa id facere suasisset. Hac enim ratione scribebant maxime adversaria, et primas studiorum curas, et quidquid sub limam revocandum esset, quod nos dicimus *mala copia*: quae deinde emendata et purgata in mundiorum chartam, et ab una tantum parte conscriptam transferrentur. *Juven.* 1, 5. summi plena jam margine libri, Scriptus et in tergo, necdum finitus Orestes. *Plin. ep.* 3, 5. *med.* Electorum commentarios centum sexaginta mihi reliquit opisthographos quidem, et minutissime scriptos: qua ratione multiplicat hic numerus. *Ulp. Dig.* 37, 11, 4. Testari in opisthographo. V. *Salm.* ad *Vopisc. Firm.* 3. [OPISTHOTONIA, ae, f. *ὑπισθότονια*, idem ac opisthotonos. *Coel. Aurel. Acut.* 3, 6. Ejus (morbi) species sunt emprosthotonia, et opisthotonia, quas nos pronum raptum, atque supinum appellare poterimus, alterum ab eo, quod in anteriora conductionem facit, alterum quod ad posteriora. F.] OPISTHOTONICUS, a, um, adj. *ὑπισθότοναίος*, opisthotono laborans. *Coel. Aurel. Acut.* 3, 6. Opisthotonicis contractus ad posteriores partes fit, cum nimia tensione, atque dolore dorsi, et clunium:

emprosthotonicis autem colla condecuntur in anteriorem partem, atque mentum pectori configitur. *Plin.* 20, 18, 75. Sanat et vertigines, tremulos, opisthotonicos, etc. Adde *Scrub. Comp.* 170. extr. OPISTHOTONOS, i, m. *ὑπισθότονον*, morbus cervicis, quo caput scapulis adnectitur, et retro inclinatur cum dolore dorsi et clunium: ab *ὑπισθεν*, retro, et *τείνω*, tendo. *Cels.* 4, 3. Is morbus, quodam rigore nervorum, modo caput scapulis, modo mentum pectori adnectit, modo rectam et immobilem cervicem intendit. Priorem Graeci *ὑπισθότονον*, insequentem *ἑμprosthotonon*, ultimum *τένονον* appellant: quamvis minus subtiliter quidam indiscretis his nominibus utuntur. Adde *Coel. Aurel. Acut.* 3, 6. qui *opisthotonon*, et *emprosthotonon* Latinis litteris scribit. Etiam *Plin.* 28, 12, 52. Dolorem inflexibilem (opisthotonon vocant) levat urina caprae auribus infusa. *Id.* 23, 1, 24. Vinum non dandum in febre, neque in opisthotono, tetano, etc. *Id.* 24, 12, 66. Folia spinae, vel radices ad remedia opisthotoni bibuntur. *Id.* 30, 12, 36. Serpentina senectus adalligata spasmos fieri prohibet: opisthotonos mihi jecur aridum potum. P. [Opisthotonus dicitur etiam morbus, quo quis correptus subito supinus cadit, et moritur. *Hieron.* 3. in *ep. ad Ephes.* 6, 4. Eli sacerdos retrorsum ruit, et opisthotono insanabili lapsus est in tergum. Adde *eund. ep.* 147. n. 10., ubi de eadem re scribens Graece usurpat. F.] OPITER, iteris et itris, m. praenomen R. *Paul. ex Festo*: Opiter est, cujus pater avo vivo mortuus est, ducto vocabulo aut quod obitu patris genitus sit, aut quod avum ob patrem habeat, id est pro patre. *Auct. Epit. de nom. R.* Opiter, qui patre mortuo, avo vivo gignebatur. *Liv.* 2, 17, et 54. Opiter Virginius. *Prisc.* 6, 695. Opiter, Opiteris, et Opitris. P. [Habet etiam genitivum *Opitris*, ut constat ex B. *Borghesi* in *Framm. de Fasti cons. T.* 1. p. 66., ubi probat ap. *Grut.* p. 289. pro F. T. N. TRICOST. RVTL. legendum ET. N. TRICOST. RVTL., et suppleendum ita: T. *Virginius T. F. Opiter. N. Tricostus Rutilus*, qui fuit consul ann. U. C. CCLXXV.: ap. *eund. vero ib.* T. 2. p. 67. habetur: L. *Virginius L. F. Opiter. N. Tricost. Esquilin.*, qui fuit tribunus militum consulari potestate ann. U. C. CCCLII. F.] OPITERGINUS, a, um, adj. ad Opitergium pertinens, quod ap. *Plin.* 3, 19, 23. est oppidum regionis decimae in Italia, in Venetis, ad fluvium Liguentiam, qui nunc *Livenza*, ipsum vero *Oderzo*, et *Uderzo*. *Plin.* 3, 18, 22. Silis ex montibus Taurisanis: Liguentia ex montibus Opiterginis. *Lucan.* 4, 462. Hic Opiterginis moles onerata colonis Constitit, h. e. navis militibus Opiterginis circiter mille onusta, qui duce Vultejo, cum Caesaris partes sequerentur, obsessi ab integra classe Pompejanorum, post egregiam totius diei editam pugnam, cum nullum virtuti effugium pateret, mutuis ictibus, ne se dederent, conciderunt. *Lucan. ib.* et *Flor.* 4, 2. *med.* Hinc *Opitergina ratis* est inter exempla virtutis extremae. *Quint.* 3, 8. *med.* Non fecerunt Saguntini, nec in rate Opitergina circumventi. P. *Opitergini, orum*, absolute, incolae Opitergii. *Flor.* 4, 2. et 33. OPITULATIO, onis, f. *βοήθεια*, auxilium, quasi opitio. *Ulp. Dig.* 4, 1. Auxilium eis praetor hoc edicto pollicitus est, et adversus captiones opitulacionem. *Arnob.* 4, 129. Gratosius opitulacionibus praesto esse. OPITULATOR, oris, m. *βοηθός*, opis lator, auxiliator. *Appul. de Deo Socr.* In rebus periculosis tutator, egenis opitulatur. *Id. Flor.* n. 16. Patruus objurgatur, et sodalis opitulatur. *Paul. ex Festo*: Opitulatus Juppiter, et opitulatur dictus est, quasi opis lator. OPITULATUS, us, m. opitulatio. *Fulg. Myth.* 3, 8. Ejus opitulatu cuncta germinum adolescit nativitas. OPITULOR, aris, atus sum, dep. 1. *βοηθῶ*, opem fero, subvenio, auxilior, succorro. *Cic. Off.* 1, 43. f. Si subito sit allatum periculum discrimenque patriae, cui subvenire opitularique possit. *Id. Fam.* 12, 30. De sumptu, quem te in rem militarem fecisse dicis, nihil sane possum tibi opitulari. *Sall. Cat.* 34. Majores vestrum miseriti plebis, decretis suis inopiae ejus opitulati sunt. *Cic. Fam.* 4, 13. *med.* Qui antea aut obscuris hominibus, aut etiam sordibus opitulari poteram. *Id. Rosc. Am.* 10. Hospiti oppresso jam, desperatoque ab omnibus opitulata est. *Pl. Mil.* 3, 1, 27. Amanti ire opitulatum. *Id. Curc.* 2, 3, 54. Amicum amico opitularet. *Plin.* 28, 8, 27. E dorso medullam adalligatam contra vanas species opitulati. P. Etiam *opitulo, as*, a veteribus dictum est. *Liv. Andron.* ap. *Non.* 7, 61. Da mihi haec opes, quas peto, quas precor, corrige, opitula. OPITULUS, V. IN OPITULATOR. OPIUM et Opion, ii, n. *ὀπῖον*, succus, sive lac exciso papaveris scapo profluens: ab *ὀπός*, succus, sive humor. Habet per somnum vim mortiferam, si copiosus sumatur. *Plin.* 20, 18, 76. Papaveris succus largus densatur, et in pastillos tritus in umbra siccat, non vi soporifera modo, verum, si

copiosior hauriatur, etiam mortifera per somnos: opion vocant. *Id.* 25, 10, 81. Bibitur artemisia ex vino adversus opium. [OPOBALSAMATUS, a, um, part. ab inus. *opobalsamo, as*, opobalsamo conditus. *Inscr. ap. Tachon, cachets des ocul.* p. 56. L. Junii Philini stactum opobalsamatum ad claritatem. Alia ap. *eund. ib.* p. 61. Q. Julii Murani stactum opobalsamatum ad caliginem. F.] OPOBALSAMETUM, i, n. locus, ubi plures sunt arbores opobalsamum ferentes. *Iust.* 36, 3. Silva palmeto et opobalsameto distinguitur. OPOBALSAMUM, i, n. *ὀποβάλαιον*, succus e balsamo manans, qui praefertur omnibus odoribus: ab *ὀπός*, succus, et *βάλαιον*, balsamum. *Stat. Silb.* 3, 2, 141. Candida felices student opobalsama virgae. V. BALSAMUM. Adde *Mart.* 11, 8. et *Juven.* 2, 41. P. Hoc in sarcophagis condiebant aliquando cadavera. *Inscr. ap. Grut.* 692, 10. Mater ad luctum et gemitum relicta eum lacrimis et opobalsamo udum hoc sepulcro condidit. OPOCARPATHON, i, n. *ὀποκάρπαιον*, est succus carpathi, quem inter venena enumerat *Plin.* 28, 10, 45. et 32, 9, 31. V. CARPASUM. OPOPANAX, acis, m. *ὀποπάναξ*, succus panacis, seu panaceae herbae. *Plin.* 20, 24, 100. Serpylliduum denariorum pondus, opopanax, et mei tantundem singulorum, etc. *Marcell. Empir. in carn.* v. 58. Andrachnen, acoronque, opopanax, pompholygemque. Hic licenter antepaenultima in *opopanax* producitur. [OPORA, ae, f. *ὀπώρα*, autumnus. Est cogn. R. *Inscr. ap. Grut.* 993, 11. *Rutilia Lupi Lib. Opora.* V. HOPORA. F.] OPORICE, es, f. *ὀπορικῆ*, nomen medicamentum ex fructibus arborum, nempe cotoneis, punicis, sorbis in musto decoctis: ab *ὀπώρα*, autumnus, et fructus autumnales. Fit ad dysentericos, et stomachi vitia, ea ratione, quam tradit *Plin.* 24, 14, 79. OPOROTHECA, ae, et Oporothece, es, f. *ὀποροθήκη*, locus, ubi fructus autumnales conduntur: ab *ὀπώρα*, autumnus, et *θήκη*, repositorium. *Varr. R. R.* 1, 59. In oporotheca mala manere putant satis commode; et *ib.* Oporothecas facere; et *ib.* Poma inferre in oporothecen instruendam convivii causa. OPORTET, ebat, uit, impers. 2. *δεῖ, χρῆ*, convenit, ratio postulat, attinet: ab *opus*. *Caes. B. G.* 7, 33. Cum doceretur, alio tempore, atque oportuerit, fratrem a fratre renuntiatum. *Nep. Thras.* 2. Nihil in bello oportet contemni. *Cic. Or.* 1, 6. Ex rerum cognitione efflorescat, et redundet oportet oratio. *Hor. Ep.* 1, 2, 49. valeat possessor oportet, Si comportatis bene rebus cogitat uti. *Cic. Amic.* 17. Nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet benevolentiam civium. *Id. Verr.* 2, 3, 75. Pecunia, quam his oportuit civitatibus pro frumento dari; et *ib.* 2, 4, 17. Apollinis signum ablatum certe esse non oportuit. *Ter. Andr.* 1, 5, 3. Uxorem decenter dare sese mihi hodie: nonne oportuit praescisse me ante? *Id. Heaut.* 2, 3, 6. Non oportuit relictas, h. e. relictas esse ancillas. *Id. Adelp.* 2, 2, 6. Adolescenti morem gestum oportuit. *Id. Heaut.* 1, 2, 26. Ut ut erat, mansum tamen oportuit. [*De hac constructione disputat *Ramsh.* in *Gr. Lat.* §. 171. 1. p. 665. Nempe participium praeteriti significare aliquid factum, quod effectu perduret.] P. Minus est quam *neceesse est*. *Cic. Verr.* 2, 4, 39. Tanquam ita fieri non solum oporteret, sed etiam necesse esset; et *ib.* 2, 5, 14. extr. Ut haec ipsa aedilitas non, quia necesse fuerit, alicui candidato data, sed quia sic oportuerit, recte collocata esse videatur. [**Herzog.* ad *Caes. B. G.* 1, 4. discrimen inter oportet, necesse est, debet ita constituit: *neceesse, Todt und Zwang; debere, lebendig und frei; oportet, frei und gezwungen zugleich.*] P. Differt etiam a *decere*, et *licere*. *Cic. Or.* 22. Oportere, perfectionem declarat officii, quo et semper utendum est, et omnibus: decere, quasi aptum esse, consentaneumque tempori et personae. *Id. Balb.* 3. extr. Ait accusator, fecisse Pompejum, quod ei facere non liceret: quod gravius est, quam si id factum ab eo diceret, quod non oportuisset. Est enim aliquid, quod non oporteat, etiam si licet: quidquid vero non licet, certe non oportet. *Id. Par.* 3. f. Quidquid non oportet, scelus esse; quidquid non licet, nefas putare debemus. P. Item ab *opus est*: nam oportet officium significat, rationem, justam causam: *opus est* utilitatem, usum, et commodum. *Id. Att.* 4, 6. Ego vero, qui, si loquor de republ. quod oportet, insanus; si quod opus est, servus existimor; si taceo, oppressus et captus; quod dolore esse debeo? et *ib.* 13, 25. Hoc fieri et oportet, et opus est. P. Neque tamen haec differentia perpetua est. *Cic. Phil.* 7, 1. f. Irritari Antonium non oportuit. P. Interdum refertur ad conjecturam. *Pl. Poen.* 5, 2, 70. Servum hercle te esse oportet et nequam, et malum. P. Item ad probabilem, aut necessariam rerum consecutionem. *Pl. Cist.* 4, 2, 50. Nostram haec rem fabulatur: hanc scire oportet,

ilia tua ubi sit. *Lucr.* 1, 1072. Omnis enim locus ac spatium, quod inane vocamus, Per medium, per non medium concedat, oportet, etc. *Flor.* 3, 20. f. Et quod sub gladiatore duce oportuit, sine missione pugnatum est. P Cum dativo. *Pl. Mil.* 2, 6, 80. Homini servo domitos habere oportet oculos, et manus. Ita *Voss. de Gramm.* 7, 36., sed frustra: nam plerique alii hominem servum. P In plur. num. *Ter. Heaut.* 3, 2, 25. Haec facta ab illo oportebat, h. e. oportebat, illum haec facere. *Id. Andr.* 3, 2, 1. Quae assolent, quaeque oportent signa esse ad salutem, omnia huic esse video. Utroque loco plerique al. leg. oportet. *Caec. ap. Prisc.* 8, 827. Ut ea, quae oportuerint, facta non sint. P *Oporteto pro oporteat* quidam leg. in veteri lege Numae Pompilii ap. *Festum in Occisum.*

OPPALLEO. V. OPALLEO.

OPPANDO, is, a. 3. idem quod pando, vel contra pando. *Grat. Cyn.* 55. Illa vel ad flatus helices oppande serena, Vel caligineo laxanda reponito fumo.

OPPANGO, is, pegi, pactum, a. 3. affigo, conjungo. *Pl. Curc.* 1, 1, 60. Ubi saviu oppogit, fugit. *Fest. in Repagula:* Repagula, quae ex contrario oppanguntur.

OPPANSUS, a, um, part. ab oppando, contra expansus. *Prud. Psych.* 410. de ligno Crucis Christi: Cornibus oppansis, et summa fronte coruscum. *Tert. Apol.* 48. med. Quae illi dispositioni aeternitatis aulaei vice oppansa est. P *Oppansum* substantivi more. *Id. Anim.* 53, f. Certe de oppanso sui corporis erumpit in apertum ad meram, et puram, et suam lucem. Al. leg. *oppasso.*

OPPASSUS, a, um, part. ab oppando, oppansus. *Tert. Apol.* 16. Solis sacerdotibus adire licitum, et conspectus ceterorum velo oppasso interdicitur. Al. leg. *oppanso.* V. v. praec.

OPPECTO, is, a. 3. ab ob, et pecto. *Pl. Pers.* 1, 3, 30. Ut muraena, et conger ne calefierent; nam nimio melius oppectuntur frigida, h. e. digitis, quasi pectine, circum carpuntur, et comeduntur.

OPPEDO, is, edi, n. 3. *καταπέδο*, contra pedo, crepitem ventris in aliquem emitto. *Hor. Sat.* 1, 9, 70. curtis Judaeis oppedere.

OPPERIOR, iris, oppertus, et oppertus sum, dep. 4. *περιπέτω*, expecto. *Cic. Att.* 3, 10. Aut ibidem opperiar, aut me ad te conferam. *Pl. Most.* 3, 2, 101. Seni non otium erat, id sum opperitus. *Ter. Phorm.* 3, 2, 29. Unam praeterea horam ne oppertus sies. *Virg. A.* 10, 771. Hostem magnanimum opperrens. *Sil.* 5, 85. tempusque ad proelia dextrum Opperiere. *Nep. Dion.* 5. In Italia classem opperiebatur. *Ter. Andr.* 3, 2, 42. Abi intro: ibi me opperire. *Tac. A.* 4, 66. Senatus opperendum imperatorem censuit. P *Voss. in Etym.* in voce *Aperio* ducit ab ob, et pario, et proprie significare ait, parturienti adsidere, partumque, obstetricis modo, expectare: hinc primum *opperior* absolute sine accusativo usurpatum fuit, deinde hunc etiam admisit. [**Doederl.* 3, 54. deducit ab ob et parare, ita ut opperiri h. e. opparari, proprie significet: sich auf Etwas bereit und gefasst halten. Quid differant praestolari, opperiri et manere dictum est in h. v.]

OPPESSULATUS, a, um, part. ab inusit. *oppessulo:* pessulo clausus, *μυροζλευμένος*. *Appul. Met.* 1. Januam firmiter oppessulatam pulsare; et *ib.* 9. Foris diligentissime oppessulata. *Ammian.* 31, 13. med. Oppessulatas januas percurrere. Legitur etiam in *Suppositis Amphitr.* *Plaut. scena* quae incipit *Dii vestram fidem* 22.

OPPETITUS, a, um, part. ab oppeto: aditus. *Cic. Tusc.* 1, 48. Clarae mortes pro patria oppetitae.

OPPETO, is, tivi, tii, titum, a. 3. adeo, obo, subeo: ex ob, et peto, quasi contra peto. [**Frequent. est v. obire.* V. *Doederl.* 3, 180. Cf. etiam PETO.] *Vet. Poeta ap. Cic. Tusc.* 2, 16. auxilium et vestras manus peto, Priusquam oppeto malam pestem mandatam hostili manu. *Pl. As.* 1, 1, 7. Atque illa (uxore) viva vivus ut pestem oppetas. *Cic. Phil.* 12, 12. f. Mors necessitatem habeat fati: aut si ante oppetenda est, oppetatur cum gloria. *Sen. Troad.* 369. Turre de summa cadat, et letum oppetat. *Catull.* 64, 102. Aut mortem oppeteret Theseus, aut praemia laudis. *Phaedr.* 3, 16. Oppetere poenas superbiae. [**Differunt mortem obire, oppetere, et appetere:* id quod ultimo loco positum, pertinet ad eum, qui occasionem moriendi cupide etiam quaerit: *oppetere*, est ejus, qui oblatam fortiter excipere non recusat: nos: *dem Tode begehren:* obire significat in universum vita decedere, nulla ratione habita mentis, qualem, qui decedat, exserat. Cf. *Doederl.* 1. l. p. 181.] P *Oppetere* absolute, est oppetere mortem. [**Est haec poetica et apud seniores tantum usitata dicendi ratio.*] *Virg. A.* 1, 99. Quis ante ora patrum Trojae sub moenibus altis Contigit oppetere. *Tac. A.* 2, 24. Quem vix cohobere amici, quin eodem mari oppeteret. *Plin.* 10, 3, 4. de aquilis: Oppetunt non senio, sed fame. *Macr. Sat.* 3, 7. Sacratum Halesum facit, quia erat oppetiturus. *Prud. perì steq.* 10, 65. gloriosa morte oppetere.

P [**Permutantur oppetere et appetere.* V. *Wund. varr. lectt. ed. Erfurt.* p. 31. ubi in *Cic. Cat.* 4, 4. pro vulg. *oppetiverunt* exhibetur *appetiverunt.*]

OPPEXUS, us, m. verbale ab oppecto. *Appul. Met.* 11. Flexu digitorum ornatum, atque oppexum crinium regalium fingerent.

OPPICO, as, a. 1. *πίσσο*, idem quod pico, id est pice illino. *Cato R. R.* 120. In amphoram mustum indito, et corticem oppicato, h. e. corticem suberis amphorae orificio immissum pice oblitino.

OPPIDANEUS, a, um, adj. oppidanus. *Imp. Constantius, et Constans Cod. Theod.* 12, 1, 38. 40. 43. 45. 46. et 47.

OPPIDANUS, a, um, adj. *πολιτικός*, ad oppidum aliquod pertinens extra urbem Romam: eo modo quo *urbanus* dicitur ad ipsam urbem Romam pertinens. *Cic. Or.* 2, 59. Senex quidam oppidanus, h. e. Tarracinensis. *Id. Brut.* 69. Oppidano quodam et incondito genere dicendi. *Id. Planc.* 12. med. Vetere quodam in scenico jure, maximeque oppidano. *Tac. A.* 14, 17. Oppidana lascivia invicem incessentes. P *Oppidani, orum*, cives alicujus oppidi extra urbem Romam, *οἱ πολιῖται*. *Caes. B. G.* 2, 33. Milites ex oppido exire jussit, ne quam noctu oppidani injuriam acciperent. *Sall. Jug.* 60. Oppidanos hortatur, moenia defendant. *Adde Nep., Flor., Tac., Gell.* etc.

OPPIDATIM, adv. *κατὰ πόλεις*, per oppida. *Suet. Aug.* 59. Ludos quinquennales paene oppidatim constituerunt. *Id. Galb.* 18. Cum oppidatim victimae caederentur.

OPPIDO, adv. *κοινῶν*, valde, multum. *Paul.* ex *Festo de etymo* sic scripsit: Oppido, valde, multum. Ortum est et hoc verbum ex sermone inter se fabulantium, quantum quisque frugum faceret, utque multitudo significaretur, saepe respondebatur, Quantum vel oppido satis esset. Hinc in consuetudinem venit, ut diceretur, oppido, id est valde, multum. Itaque si in aliis rebus eo utuntur, ut puta, si qui dicant, Oppido didici, spectavi, ambulavi, errant, quia nulli eorum subjici potest, Quod vel oppido satis est. Haec ille. Quidquid tamen contra dicat, passim usurpatur. *Ter. Heaut.* 4, 4, 12. Dic, me hic oppido esse invitam. *Id. Ph.* 2, 2, 3. Oppido iratus. *Id. Ad.* 3, 2, 24. Oppido opportune. *Cic. Or.* 2, 64. Oppido ridiculus. *Pl. Amph.* 1, 1, 143. Oppido interii. *Id. Most.* 1, 2, 55. Illico oppido. *Cic. Fam.* 14, 4. med. Servirent praeterquam oppido pauci. *Id. Fin.* 3, 10. Eorum definitiones paulum oppido inter se differunt. P In hoc lusit *Appul.* in *Apol.* Lignum a me toto oppido, et quidem oppido quaesitum. P *Oppido quam magis auget.* *Vitr.* 8, 3. med. Fonticulus oppido quam parvulus. *Adde Gell.* 17, 12. P Est etiam vero, maxime, in responsionibus. *Pl. Bacch.* 4, 4, 29. *Muc.* Patri aurum omne cum ramento reddidi. *Chry.* reddidisti? *Muc.* reddidi. *Chry.* omne ne? *Muc.* oppido. P Item omnino, certe, admodum, prorsus. *Pl. Mil.* 3, 1, 40. Nam benignitas quidem hujus oppido ut adolescentuli est. P *Quint.* 8, 3. interpretatur *satis*. Ejus verba sunt. *Satis* est vetus: quaeso, quid necesse est dicere, *oppido?* quo sunt usi paululum tempore nostro superiores: vereor ut jam nos ferat quisquam. Certe *antigerio*, cujus eadem significatio est, nemo, nisi ambitiosus, utetur. Haec *Quint.* unde discimus, hujus vocis usum, in significatione v. *satis*, *Quintiliani* tempore paene desiisse.

OPPIDULUM, i, n. *πολλήνη, χωρῖον*, parvum oppidum. *Hor. Sat.* 1, 5, 87. Mansuri oppidulo, quod versu dicere non est. *Adde Cic. Att.* 10, 7.

OPPIDUM, i, n. *πόλις*, locus moenibus conclusus, in quem homines multi habitandi causa conveniunt. *Varr. L. L.* 4, 32. Oppidum ab ope dictum, quod munitur opis causa, ubi sint: et quod opus est ad vitam gerendam, ubi habitent tuto: vel oppida, quod opere munitur moenia, quo munitus essent. *Cicero* quoque ap. *Fest.* dictum putat ab eo, quod opem det eo confugientibus: vel quod, ut ipse addit, ibi homines opes suas conferant. Ex his apparet, quid sint secuti, qui unico p *oppidum* scribunt: quibus etiam favet antiquus mos, nullas geminandi consonas. Ea tamen scriptio, quae p geminat, tutior est, et multo usitatior. [**V. Schneid. Gr. Lat.* 1. p. 427. Ceterum unice vera videtur ea ratio, qua *oppidum* dictum perhibetur ab eo, quod opem det. Cf. etiam *Herzog.* ad *Caes. B. G.* 5, 27.] P Est idem ac *urbs*, et de ipsa quoque Roma, qua cingitur moenibus, usurpatum legitur. *Varr. L. L.* 5, 3. Liberalia dicta, quod per totum oppidum eo die sedent sacerdotes Liberi, etc. *Liv.* 42, 36. Per idem tempus legati ab rege Perseo venerunt: eos in oppidum intromitti non placuit, etc. In aedem Bello-nae in senatum introducti, etc. *Mart.* 10, 30. Vos, cum severi fugit oppidum Martis, etc., h. e. Romam. *Nep. Mill.* 4. et *Them.* 2. extr. oppidum absolute vocat ipsas Athenas, caput reipublicae, et *Pl.* 1. ipsas Thebas, Thebanorum primariam urbem. Haec autem Graecorum imitatione dicuntur, quibus *ἄστυ* eodem modo usurpatur. P Saepe a Latinis de aliis urbibus praeter Romam dicitur.

Cic. ad Pomp. post ep. II. l. 8. ad Att. Etsi praesidia in oppidis nulla sunt. *Id. Verr.* 2, 4, 33. Segesta est oppidum pervetus in Sicilia. *Virg. G.* 2, 176. Ascræumque cano Romana per oppida carmen. [**Suet. Oth.* 1. Urbi oppidove ullo: ubi non urbi cuivis, sed urbi Romae oppidum, contra quam etiam oppida provinciarum urbes.] P Interdum peculiari nomini adjicitur. *Nep. Cim.* 3. extr. In oppido Citio est mortuus; et *ib.* 2. Oppidum Amphipolim constituit. [**V. Brem. ad Nep. Alc.* 3, 2. qui in oppido erant Athenis: ubi frustra *Bosius Athenis* delendum censuit.] Sic dicimus *urbem Romanam, flumen Rhenum*, etc. P *Oppidum pro oppidorum* est *Sulpic.* ad *Cic. Fam.* 4, 5. Cum uno loco tot oppidum cadavera projecta jaceant. P *Oppidum* Britanni vocant, cum silvas impeditas vallo atque fossa munierunt, quo, incursionis hostium vitandae causa, convenire consueverunt. *Caes. B. G.* 5, 21. P *Oppidum* etiam dictum fuit locus in circo, unde quadrigae emittebantur, qui et *carceres*: quia prope muros olim fuit. *Naev. ap. Varr. L. L.* 4, 32. med. et *Festus*.

OPPIGNERATOR, oris, m. qui pignus pro re, vel pecunia data accipit. *August. ep.* 215. Cum frater noster Fascius debito decem et septem solidorum ab oppigneratoribus urgeretur, ut redderet.

OPPIGNERO, as, avi, atum, a. 1. *ἐπιπράξω*, aliquid pignori do. *Cic. Sext.* 51. Libelli pro vino etiam saepe oppignerabantur. *Mart.* 2, 57. Oppigneravit Claudii modo ad mensam Vix octo nummis annulum, unde coenaret. P Translate. *Sen. Ben.* 3, 5. Nemo non deditum se et devotum professus est: et si quod est humiliter verbum, quo se oppigneraret, invenit. *Ter. Heaut.* 4, 5, 46. Num illa oppignerare filiam meam, me invito, potuit?

OPPIIATIO, onis, f. obstructio, *ἐμφορῆσις*, ut *Oppilatium* narium, ap. *Scrib. Comp.* 47.

OPPIIATUS, a, um, part. ab oppilo: clausus, obstructus. *Cic. Phil.* 2, 9. Scalas tabernae oppilatias.

OPPILO, as, a. 1. *ἐμφορῶ*, occludo: a *πίλω*, constipo: vel quasi pila objecta claudio. *Lucr.* 6, 725. Fluctibus adversis oppilare ostia contra. [*Cato R. R.* 100. Metretam novam amurca colloito, oppilato, agitatoque diu. Alii omittunt *oppilato*; at *Schneiderus* primus ex *Pontedera* in textum admisit. *F.*]

OPPIUS, a, um, adj. ad Oppium pertinens, nomen propr. Romani civis. *Oppia* lex de coercendo mulierum luxu, lata fuit secundo bello Punico, ab C. Oppio trib. pleb., de qua multa *Lic.* 34. in. Meminere etiam *Tac. A.* 3, 33. et 34. et *Val. Max.* 9, 1. n. 3. P *Oppius mons* Romae memoratur a *Varr. L. L.* 4, 8., et videtur esse unus ex verticibus montis Exquilini. V. BICEPSOS. Dictus est ab *Oppita* Oppio Tusculano, qui cum praesidio Tusculanorum missus ad Romam tendendam, dum Tullus Hostilius Vejos oppugnaret, conederat in Carinis, et ibi castra habuerat. *Fest. in Septimontium.*

OPPLEO, es, evi, etum, a. 2. *ἀναπλήρω*, circumquaque, sive maxime impleo. *Pl. Rud.* 4, 1, 14. Jam meas opplebit aures sua vaniloquentia. Al. leg. *oppilabit.* *Cic. N. D.* 2, 24. Nam vetus haec opinio Graeciam opplevit. *Varr. R. R.* 3, 4. extr. Alienus odor nares opplet; et *ib.* 1, 8. Nisi totas vineas oppleris muscipulis, pro *oppleveris*, syncope. *Liv.* 10, 46. Nives jam omnia opplevert. *Pl. Ps.* 2, 1, 14. Me, et omnes meos praeda onerabo, atque opplebo. *Id. Truc.* 2, 6, 41. Aedes opplere spoliis.

OPPLETUS, a, um, part. ab *oppleo*. *Cic. in Sen.* 4. Quorum mentes angustae, humiles, pravae, oppletae tenebris ac sordibus. *Plin.* 9, 6, 5. Oppletum unda navigium. *Pl. Truc.* 2, 6, 42. Oppleta tritici granaria. *Plin. Pan.* 22. Videres referta tecta et laborantia, oppletas undique vias.

OPPLORO, as, n. 1. *καταδίρομαι*, contra ploro, plorando obtundo. *Auct. ad Her.* 4, 52. Ac vos auribus meis opplorare non desinitis?

OPPONO et Obpono, is, sui, (et ap. *Plaut.* etiam *sivi*) situm, a. 3. *ἀνθίστημι*, ex adverso statuo, contra pono, objicio. *Cic. N. D.* 2, 52. Gallinae pullos cum excluderint, ita tuentur, ut pennis foveant, ne frigore laedantur, et, si est calor a sole, se opponant. *Caes. B. C.* 3, 30. Ut venientibus in itinere se opponeret; [**Cf. Vell.* 2, 30, 6.] et 45. Huic suos Caesar equites opposuit; et 39. Turrim ad ipsum introitum portus opposuit. *Cic. Caecin.* 8. Ad omnes introitus armatos homines opponit. *Nep. Eum.* 3. Perdiccas unum Eumenem opposuerat Europaeis adversariis. *Ov. Fast.* 4, 177. Trojae spectare ruinas non tulit: ante oculos opposuitque manus. *Sic ib.* 3, 45. Vestae simulacra feruntur Virgineas oculis opposuisse manus; et *Met.* 2, 276. Opposuitque manum fronti. *Cic. Pis.* 33. Cujus ego imperio non Alpium vallum contra adscensum transgressionemque Gallorum, non Rheni fossam Germanorum immanissimis gentibus objicio et oppono. *Petr. Sat.* 96. Alter nos opponebam foramini oculos, h. e. ponebam contra foramen, applicabam foramini. *Hor. Sat.* 1, 9, 76. licet antestari? ego vero Oppono auricu-

lam, h. e. praebeo admovento caput. Tac. A. 2, 77. Oppositorum arma. [*Sil. 16, 396. Opponere curvos gradus: ubi sequitur Drakenb. explicacionem Salmasii, docentis, proprium esse de auriga in Circo praecedente, qui, ne a sequenti praeveneretur, curram suum in obliquum opponat, ut sequens vel retardetur, vel frangatur: ita ib. 16, 408. obliquum conversis habentibus opposuit curram. Huc pertinent etiam ista, in quibus opponere de iis dicitur, quae medendi causa apponuntur, imponuntur. Forc. haec laudaverat:] Nigid. ap. Gell. 7, 9. Serpens si memordit, gallina deligitur, et opponitur. Cato R. R. 157. Luxatum si quod est, brassicam tritam opponito: cito sanum faciet; et ib. f. Deinde petigini parce brassicam opponito: sanam faciet. Al. utroque loco leg. apponito. [*Porro recte hic collocari posse videntur, in quibus de ponendo, deponendo pignore oppono usurpatur: ubi Noster haec exempla laudaverat:] Pl. Curc. 2, 3, 77. Pono pallium: ille suum anulum opposuit. Est qui leg. opposivit: quae positio invenitur etiam in appono, compono, depono, etc. Id. Ps. 1, 1, 85. et Ter. Phorm. 4, 3, 56. Ager oppositus est pignori ob decem minas. Huc pertinet illud Catulli 26, 1. Furi, villula nostra non ad Austri Flatus opposita est, nec ad Favon! Verum ad millia quindecim et ducentos. O ventum horribilem, atque pestilentem! Ludit in ambiguo cum prima significatione. [*Hinc translate multifariam adhibetur: ita ponitur interdum cum notione exponendi: ut nostr. aussetzen, blosstellen: exempla Noster haec adscripsit:] Cic. Balb. 10. extr. Opponere se periculum pro republica. Liv. 21, 8. med. Saguntinis pro nudata moenibus patria corpora opponentibus. [*Adde Curt. 4, 14, 11. Conjuges quoque et liberi sequuntur hanc aciem: parata hostibus praeda, nisi pro carissimis pignoribus corpora opponimus.] Plin. 17, 28, 47. Nudatas radices hiberno frigori opponunt. P Est etiam objicere, h. e. proponere, ponere ante oculos, vel animum. Cic. Quint. 14. Pericula intenduntur, formidines opponantur, ut victus et perterritus ipse cedat. P Item interponere. Cic. Acad. 4, 20. Auctoritas tanta plane me movebat, nisi tu opposuisses non minorem tuam. Id. Verr. 2, 3, 57. Cum decumani aratoribus ad pactiones faciendas non suam vim, sed tuum scelus ac nomen opponerent. P Item in excusationem afferre, praetexere. Cic. Q. Fr. 2, 10. Opposuiti semel Ciceronis nostri valetudinem: conticui. Id. Off. 3, 10. de Romulo: Et tamen muri causam opposuit, speciem honestatis neque probabilem, neque satis idoneam. P De oppositione in disputando. Cic. Acad. 4, 42. f. Introducebat Carneades, non quo probaret, sed ut opponeret Stoicis, summum bonum esse frui iis rebus, etc. Id. Phil. 2, 4. Sed quid opponas tandem, si negem, me nunquam istas litteras ad te misisse? Liv. 44, 39. med. His difficultatibus illud opponitur: Quid si, etc.? P Refertur etiam ad comparationem. Caes. B. C. 3, 73. Ne his rebus terreterentur, multisque secundis proeliis unum adversum, et id mediocre, opponerent. Phaedr. epil. 2. Quod si labori faverit Latium meo, Plures habebit, quos opponat Graeciae. P Opponere alicui iusjurandum, h. e. imponere, adigere. Paul. Dig. 37, 14, 6. extr. Remittitur iusjurandum, quod liberto in hoc oppositum est. P Opponi est etiam adversari, contrarium esse. Cic. Or. 2, 83. His quatuor causis totidem medicinae opponuntur. Id. Fin. 3, 12. Omni virtuti vitium contrarium nomine opponitur. P [*Confund. oppono et adpono. V. Cort. ad Lucan. 3, 561.]

OPPORTUNE, adv. εὐκαιρῶς, commode, loco, et tempore. Cic. N. D. 1, 7. Atqui mihi quoque videor venisse opportune. Liv. 32, 18. Anticyra ad id opportunissime sita visa est. Ter. Ad. 1, 2, 1. et 2, 4, 2. Ehem, opportune: te ipsum quaerito. Id. Andr. 2, 2, 8. Ambo opportune: vos volo. Cic. Fam. 1, 9. med. Accidere opportunus nihil potuit. Caes. B. C. 3, 101. Nuntiis opportunissime allatis.

OPPORTUNITAS, atis, f. εὐκαιρία, commoditas, apta ratio loci, temporis, [*rei.] Cic. Fin. 3, 14. Et quemadmodum opportunitas (sic enim appellamus εὐκαιρίαν) non fit major productione temporis. [*Id. Inv. 1, 27. occasio est pars temporis, habens in se alicujus rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem. Id. Off. 1, 40. scientia opportunitatis idoneorum ad agendum temporum: ubi v. Beier. Saepissime etiam absolute dicitur opportunitas pro apto, idoneo rei alicui perficiendae tempore. Pl. Epid. 2, 2, 19. Optima opportunitate ambo autem venistis. Suet. Tib. 17. Cui gloriae amplior adhuc ex opportunitate cumulus accessit.] Caes. B. C. 3, 19. Opportunitas loci. [*Cic. Inv. 1, 26. Locus consideratur, in quo res gesta sit, ex opportunitate, quam videtur habuisse ad negotium administrandum. Suet. Caes. 22. ex omni provinciarum copia Gallias potissimum elegit, cujus emolumento et opportunitate idonea sit materia triumphorum. Liv. 45, 30. pars prima (Macedoniae) habet — opportunitatem Amphipolis; et paulo post: maritimas opportunitates ei praebent por-

tus. — Cic. Leg. 1, 9. Omitto opportunitates habilitatesque reliqui corporis. Id. Off. 3, 9. (Gyges) hac opportunitate annuli usus reginae stuprum intulit. Id. N. D. 1, 33. Considerantes, quae sit utilitas, quaeque opportunitas membrorum; et Inv. 1, 2. quae materies, et quanta ad maximas res opportunitas in animis inesset hominum.] Sall. Jug. 6. aetatis. [*Plin. 1, 24. Tranquilli stomachum multa sollicitant, vicinitas urbis, opportunitas viae, i. e. facilitas. P Dicitur etiam pro ipsis commodis s. utilitatibus, emolumentis. Cic. Am. 6. Tales igitur inter viros amicitia tantas opportunitates habet. Id. Manil. 17. Quum ad ceteras summas utilitates haec quoque opportunitas adjungatur. Id. N. D. 2, 22. mundi natura — consuetrix, et provida utilitatum opportunitatumque omnium. Vell. 2, 111, 4. quantis prudentia ducis opportunitatibus, furentis eorum vires universas evasimus partibus? Caes. B. G. 3, 17. nisi aequo loco, aut opportunitate aliqua data, legato dimicandum non existimabat: ubi v. Herzog., qui comp. Gr. ἀφορμή. P Est etiam eventus commodus et opportunus. Cic. Phil. 3, 10. Praeclara fuit senatus illo ipso die vespertina provinciarum religiosa sortitio, divina vero opportunitas, (es war ein günstiger, von Gottes Vorsehung verfügter Zufall) ut quae cuique apta esset, ea cuique conveniret. Schütz. cl. Cic. P Usurpatur opportunitas etiam cum genitivo objecti pro occasione alicujus rei instituendae, perficiendae. Cic. Div. 1, 42. ac mihi quidem videntur e locis quoque ipsis, qui a quibusque incolebantur, divinationum opportunitates esse ductae. Item absolute Liv. 34, 62. per opportunitates — usurpasse jus, i. e. per occasiones, prout occasio tulisset.] P Opportunitas veluti Dea habetur ap. Pl. Ps. 2, 3, 3. Nam ipsa mihi Opportunitas non potuit opportunius advenire, quam haecce allata est mi opportune epistola.

OPPORTUNUS, a, um, adj. εὐκαιρῶς, ἔγκαιρος, idoneus, commodus, pro desiderio, et in tempore obtingens: ex ob, et portus, quasi ob, seu ante portum situs, ut proprie de loco dicitur, inquit Voss. in Etym., in quo navigantes portum in propinquo habent. Cic. Off. 1, 40. Tempus actionis opportunum, Graece εὐκαιρία, Latine appellatur occasio. [*De discrimine inter opportunitas et occasio dictum in h. v.] Id. Rosc. Am. 23. f. Locus opportunus captus est ad eam rem. Tac. A. 4, 24. Locorum opportuna permunit. Cic. Fam. 7, 7. Imperatorem liberalissimum, aetatem opportunissimam, commendationem certe singularem habes; et ib. 10, 16. Nihil ne tempore quidem ipso opportunus accidere vidi, quam tuas litteras. [*Vell. 2, 115, 6. opportuna victoriae occasio. Sall. Cat. 49, 3. Res autem opportuna videbatur, i. e. ita comparata, ut facile credi posset.] P Aliquando ponitur pro utili. Cic. Amic. 6. med. Ceterae res, quae expetuntur, opportuna sunt singulae rebus singulis: amicitia res plurimas continet, quoquo te verteris, praesto est. P Item pro apto, idoneo. Ter. Eun. 5, 9, 47. Ad omnia haec magis opportunus, nec magis ex usu tuo, nemo est. Lucr. 6, 317. Opportuna fuit si forte et idonea flammis. P Item pro obnoxio, exposito. Liv. 6, 24. Romanus cedentem hostem effuse sequendo, in locum iniquum pertractus, opportunus huic eruptioni fuit. (Adde 1, 54. f.) Cels. 2, 10. med. et Plin. 9, 31, 51. Opportunus injuriae. Liv. 7, 23. Percussos pavore rata, simul opportuniore, quod intenti tum maxime operi essent. Plin. 18, 7, 12. n. 2. et Cels. 1, 5. f. Opportuniora morbis corpora. Plin. 36, 22, 52. Structura rimis opportuna. Liv. 25, 30. Opportuna loca dividenda praefectis esse. [*Ita vel maxime frequentatur haec vox ap. Liv. Plura v. in Gloss. Liv. s. v.] P Scribitur et oportunus.

OPPOSITIO, onis, f. ἀντίθεσις, actus opponendi, oppositus. Cic. Inv. 1, 28. Disparatum est id, quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur, hoc modo: sapere, et non sapere. Gell. 6, 1. Quid fortitudo intelligi posset, nisi ex ignavia oppositione?

OPPOSITUS, a, um, part. ab oppono: contra positus, objectus. Cic. Font. 1. f. Propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum et objectum. Id. Off. 2, 4. Moles oppositae fluctibus. Id. Div. 2, 6. f. Luna opposita soli. Tabero ap. Gell. 6, 4. de Regulo: Adversus ictus solis oppositum continebant, atque intendere in coelum oculos cogebant, Ov. Met. 14, 147. Oppositamque petens contra Zancleia saxa Rhegion ingreditur; et Her. 17, 7. Nec tibi diversa quamvis e gente venires, Oppositas habuit regia nostra fores, i. e. clausas. P Cum infinito. Lucan. 1, 463. Et vos crinigeros bellis arceret Caycos Oppositi. P Depositus in pignus. Sen. Ben. 7, 14. Rebus meis in securitatem creditoris oppositis. Juven. 11, 17. Ergo haud difficile est perituram accersere summam Lancibus oppositis. V. OPPONO. P Oppositum, i, absolute. Gell. 16, 8. med. Omnia quae disjunguntur, pugnantia esse inter sese oportet, eorumque opposita (ἀντιθέσια Graeci dicunt) ea quoque ipsa inter sese adversa esse; et mox: Sicuti hoc est, in quo quae opposita, non sunt contraria: aut curris, aut am-

bulas, aut stas: nam ipsa quidem inter sese adversa sunt, sed opposita eorum non pugnant: non ambulare enim, et non stare, et non currere contraria inter sese non sunt. Opposita hoc loco sunt, quae in scholis dicunt contradictoria. P Oppositus per syncopen. Lucr. 4, 151. At cum splendida quae constant, opposta fuerunt.

OPPOSITUS, us, m. oppositio, interpositio. Cic. Marc. 10. extr. Non modo excubias et custodias, sed etiam laterum nostrorum oppositus et corporum pollicemur. Sil. 10, 212. dum consternata moratur Agmina, et oppositu membrorum sistere certat. Plin. 2, 71, 73. Oppositu globi noctem afferente. Gell. 4, 5. Inferior locus, quem sol oppositu aedium nunquam illustraret. Id. 14, 5. f. Cum ille paulisper oppositu horum vocabulorum commotus reticisset.

OPPRESSIO, onis, f. actus opprimendi. Translate. Ter. Ad. 2, 2, 29. Hoccine incipere Aeschinum, per oppressionem ut hanc mihi eripere postulet? Supra dixerat v. 20. O scelera! illud vide, ut in ipso articulo oppressit! Cic. Dom. 3. Obsessio temporum, occupatio fori, oppressio curiae, h. e. subita invasio. Id. Off. 3, 21. Probat legum et libertatis interitum: earumque oppressionem tetram et detestabilem, gloriosam putat.

OPPRESSIUNCULA, ae, f. parva oppressio. Pl. Ps. 1, 1, 65. Teneris labellis molles morsiunculae, papillarum horridularum oppressiunculae.

OPPRESSOR, oris, m. qui opprimit. Brut. ad Cic. ad Brut. 1, 16. med. Ut vindices et oppressores dominationis salvi sint.

OPPRESSUS, a, um, part. ab opprimo: καταπιεζόμενος, pressus, obrutus. Cic. Div. 2, 23. Quomodo potuit terra oppressus vivere? Virg. A. 1, 133. Fluctibus oppressos Troas, coelique ruina. Gell. 10, 6. Majore copia populi oppressa. Sen. Herc. Fur. 52. Vincit et oppressus catenis. Caes. B. C. 2, 38. Hos oppressos somno et dispersos adorti. Ov. A. Am. 3, 721. Vidit ut oppressam, vestigia corporis, herbam. Sic Mart. 14, 159. Oppressa pluma, scil. culcitae, seu lecti. P Subito invasus. Caes. B. G. 7, 46. Tanta fuit in capientis castris celeritas, ut rex subito in tabernaculo oppressus vix se eriperet. Suet. Aug. 16. Oppressus ex improviso a praefectis Pompeji, uno demum navigio aegerrime effugit. Hirt. B. Alex. 75. Caesar neque opinans imparatusque oppressus; et ib. 45. Parabant se Vatiani repente oppressi. Id. B. G. 8, 14. Oppressi luce copias instruunt. P Item afflictus, fractus, gravatus. Cic. in Sen. 7. extr. Senatus oppressus et afflictus. Id. Verr. 2, 4, 50. Operti oppressisque contumeliis; et ib. 2, 1, 7. f. Criminibus et testibus obrutus atque oppressus. Id. Cluent. 10. Innocens oppressus et circumventus iudicio. Hirt. B. G. 8, 5. Oppressi Carnutes hiemis difficultate, terrore periculi. Liv. 21, 33. Oppressus metu. Caes. B. G. 4, 15. Timore, lassitudine, et vi fluminis oppressi perierunt. Nep. Thras. 1. Patriam a tyrannide oppressam e servitute in libertatem vindicare; et ib. et Cic. Dom. 51. Servitute oppressas Athenas tenere. Cic. Fam. 9, 14. Oppressus totius corporis doloribus. Gell. 17, 10. morbo. Cic. Cat. 2, 4. et Sall. Cat. 41. aere alieno. Cic. Cat. 2, 2. invidia. P Contectus, absconditus. Cic. Acad. 4, 11. f. Ut confidant, notum his esse debet insigne veri: quo obscuro et oppresso, quod tandem verum sibi videbuntur attingere? P Victus, devictus, domitus. Cic. Dom. 10. med. Oppressa captaque respublica. Id. Mur. 14. Quam laudem ille, Africa oppressa, cognomine ipso praeseferebat; et 15. Mithridatem Muraena repressum magna ex parte, non oppressum reliquit. Suet. Tib. 65. Oppressa conjuratio. Cic. Amic. 21. Danda opera est, ne qua amicorum dissidia fiant: sin tale aliquid venerit, ut extinctae potius amicitiae, quam oppressae esse videantur. P Litterae oppressae in loquendo, cum earum sonus obscure profertur. Cic. Off. 1, 37. Sonus erat dulcis: litterae neque expressae, neque oppressae, ne aut obscurum esset, aut putidum.

OPPRESSUS, us, m. pressio, oppressio. In ablat. sing. Lucr. 1, 850. Nam quid in oppressu valido durabit eorum? Sidon. ep. 9, 11. f. Si saxei montis oppressu fontium conditorum vena celetur.

OPPRIMO, is, essi, essum, a. 3. καταπιέζω, [*proprie est super, ad, contra aliquid premere: quod cum variis in rebus, variam ob causam variorum fieri eventum possit, factum est, ut multa loquendi genera e nativa hac vocis significatione ortum ducerent. Ac primum quidem ii loci recte ponuntur, in quibus opprimere ad notionem comprimendi, reprimendi, claudendi proxime videtur accedere: Lucan. 3, 678. et viscera laeva, Oppressere manu, i. e. viscera, telo extracto per vulnus emanantia, in locum suum repressere. Ita Cort., q. v. ad h. l. Ov. Met. 3, 295. voluit Deus ora loquentis Opprimere: exierat vox jam properata sub auras. V. Buenem. ad Lact. Inst. 5, 1. (Ita etiam translate ap. Comicos dicitur os opprime, ut nostr. halts Maul, pro tace, linguam contine. Cf. Ter. Ph. 5, 7, 93. et Pl. Asin. 3, 2, 40.) Val. Mar. 2, 6. n. 8. Filiarum manus ad supremum opprimendorum oculorum of-

ficium advocavit. *Suet. Cal.* 12. fauces manu sua oppressit. *Enn. ap. Cic. Or.* 2, 54. extr. flammam a sapiente facilius ore in ardente opprimi, quam bona dicta teneat. — Sequantur ea, in quibus deprimendi, sternendi, obruendi significatio valet, adjecta plerumque interitus, mortis nota *Cat. R. R.* 46. Taleam demitto, opprimoque pede. (Huc pertinet etiam locus *Cic. Cluent.* 10. Quod Rostra jamdiu vacua, locumque illum a tribunicia voce desertum oppresserat, h. e. calcaverat, occupaverat, pede presserat, nostr. *betreten.*) *Val. Fl.* 3, 24. Oppressit jaculo redeuntem ad frena leonem: *streckte, würgte ihn nieder.* *Plin.* 33, 4, 21. Sidunt rimae subito, et opprimunt operatos, i. e. obruunt. *Liv.* 29, 31. Orientem ignem opprimere. *Tac. A.* 6, 50. extr. Opprimere senem injectu multae vestis. *Cic. Rosc. Am.* 4. f. opprimi onere. *Id. Div.* 2, 8. ruina conclavis. — Hinc in universum est perdere, affligere. *Phaedr.* 5, 3. Calvi momordit musca nudatum caput, quam opprimere captans, i. e. interficere. *Suet. Claud.* 37. pari modo oppressum ferunt App. Silanum; et *Tit.* 6. suspectissimum quemque oppressit. — Hinc translate, dicitur pro subigere, vincere, domare, subvertere, ita ut surgere amplius et restituere se quis amplius nequeat: maxime quidem de vi hostili. *Cic. Fam.* 10, 20. qui oppresserit Antonium, is bellum confecerit. *Nep. Them.* 8. Quod societatem cum rege Persarum ad Graeciam opprimendam fecisset. *Cic. Font.* 12. Nationem Allobrogum armis conficere atque opprimere. *Nep. Dat.* 9. Postquam bello eum opprimi non posse animadvertit, insidiis interficere studuit. *Id. ib.* 5. Quo facto cuncti ad eum opprimendum consenserunt. *Liv.* 30, 9. Oppressurus navalia castra. — A bello transfertur ad alia quaecunque, ut ad dolorem, invidiam, odium etc. *Nep. Dion.* 6. f. Invidiam non lenire obsequio, sed acerbitate opprimere studuit; et *Alcib.* 3. Ne qua repentina vis in civitate existeret, quae libertatem opprimeret populi. *Cic. Quint.* 2. Iniquo iudicio opprimere aliquem; et *Rosc. Am.* 13. Hominum perniciosam atque intolerandam potentiam extinguere, atque opprimere; et *Fam.* 4, 6. Opprimor interdum, et vix resisto dolori, quod ea me solatia deficiunt, quae, etc. et *Div. Verr.* 14. Nunquam me ille opprimeret consilio, nunquam me ullo artificio pervertet. Simili ratione usurpatum opprimere est ap. *Liv.* 2, 52. eum oppresserunt, i. e. falsa accusatione effecerunt, ut damnaretur; et 1, 51. oblato falso crimine insontem oppressit; et 26, 15. se eam quaestionem oppressurum, extincturumque: utrumque eleganter ab incendio ductum. *Quint.* 7, 2. med. Opprimere aliquem invidia. *Just.* 12, 1. Quem motum contractis militibus in ipso ortu oppressit. V. alia in OPPRESSUS. Alia exempla haec sunt: *Cic. Fin.* 2, 10. Quae jam oratio non a philosopho, sed a censore opprimenda est. *Liv.* 2, 4. Sine tumultu rem omnem oppressere. *Id.* 31, 11. ad opprimendum Gallicum tumultum; et 26, 6. fraudem opprimere, i. e. irritam reddere; et 1, 51. ut eundem terrorem, quo civium animos domi oppresserat, Latinis injiceret. — In universum cogendi, vincendi, pervincendi significatum habet in illo *Pl. Mil.* 4, 5, 10. Nam, si possem illo modo impetrare, ut abiret nec te abduceret, operam dedi: Verum oppressit. — Tum opprimere dicitur pro subito et praeter opinionem supervenire. *Ter. Andr.* 1, 2, 10. Id voluit, nos interea oscitantes opprimi. *Pl. Cas.* 5, 2, 15. Forem abdo, ne senex me opprimat. *Cic. Rab. Post.* 10. Qui cum a Mithridate Mytilenis oppressus esset, crudelitatem regis in togatos vestitus mutatione vitavit. *Liv.* 26, 12. Rhegium eo cursu contendit, ut prope repentino adventu incautos oppresserit. *Cic. Sen.* 14. Quoties illum lux noctu aliquid describere ingressum, quoties nox oppressit, cum mane coepisset: cf. *Liv.* 9, 30. *Cic. Att.* 15, 1. Cum hominem temperantem tantus improvisus morbus oppresserit. *Id. Verr.* 2, 3, 91. Antonium mors oppressit. *Pl. As.* 2, 2, 15. Si mecum occasionem opprimere hanc, quae obvenerit, studet, i. e. arripere, ut effugere nequeat. Usurpatur etiam de animo, cum aliquem dicendo, interrogando, etc. ita subito obstrictum quasi vinculis tenemus, ut, quid respondeat, non habeat. *Cic. Verr.* 2, 4, 67. Ne subito a me opprimantur, scilicet interrogando. *Ter. Andr.* 1, 3. f. Conveniam Pamphilum, ne de hac re pater imprudenter opprimat. — Hinc solennis dicendi formula est, qua opprimere de repentino impetu in hostes facto adhibetur, plerumque cum interitus, internecionis nota. *Caes. B. G.* 4, 4. Inscios inopinantesque Menapios oppresserunt. *Liv.* 41, 3. si in praeda occupati barbari subito opprimantur. *Suet. Tib.* 2. Hasdrubalem, priusquam Hannibali fratri conjungeretur, oppressit. *Vell.* 2, 50, 1. opprimere fugientes; et 118, 2. neminem celerius opprimi, quam qui nihil timeret. — Huc pertinent etiam ista: *Liv.* 30, 6. Quos non oppresserat ignis, ferro absumpti; et 25, 39. nisi quos caedes oppressit; et 9, 37. ad arma trepidantes caedes oppressit. — Denique opprimere, quoniam eorum, quae injecta cujuscunque generis mole deprimantur, liberum adspectum non habemus, ponitur pro tegere, condere, occultare.

Cic. Rosc. Am. 41. extr. Quod quo studiosius ab ipsis opprimitur et absconditur, eo magis eminet et apparet. *Liv.* 23, 22. f. Ita ejus rei oppressa mentio est; et 38, 50. Oppressit mentionem memoriamque contentionis hujus majus certamen ortum. *Just.* 12, 13. extr. Re vera insidiae fuerunt, quarum infamiam successorum potentia oppressit. *Sall. Jug.* 75. Opprimere iram. *Sen. Consol. ad Helo.* 16. desiderium. *Sen. alter Tro.* 517. questus, h. e. continere.]

OPPROBRAMENTUM, i, n. idem ac opprobrium. *Pl. Merc.* 2, 3, 87. Quam opprobriamentum, aut flagitium muliebri inferri domo.

OPPROBRATIO, onis, f. *ὀνειδισμός*, actus opprobriandi. *Gell.* 12, 12. Tum Cicero inopinata opprobriatione permotus; et 2, 7. Sine opprobriatione acerba reprehensionis.

OPPROBRATUS, a, um, part. ab opprobrio: objectus. *Gell.* 3, 5. in lemma: Mollities cuidam opprobriata acerbe simul, et festiviter.

OPPROBRIOSUS, a, um, adj. opprobrii plenus. *Imp. Just. Cod.* 1, 3, 41. Absurdum clericis est, immo etiam opprobriosum.

OPPROBRIUM, ii, n. *ὀνειδος*, probrum, infamia, dedecus. *Nep. Con.* 3. f. Vereor, ne civitati meae sit opprobrium, si, etc. *Hor. Ep.* 1, 9, 10. majoris fugiens opprobria culpa. *Plin.* 18, 26, 66. n. 2. Dedecus habetur, opprobriumque meritum, falcem ab illa voluere in vite deprehendi. *Qu. Trist.* 2, 445. Nec fuit opprobrium celebrasse Lycorida Gallo. — De homine, qui opprobrio est. *Catull.* 28, 14. At vobis mala multa Dii Deaque Dent, opprobria Romuli Remique. *Tac. A.* 3, 66. Opprobrium majorum Mamerus. — Convicium, exprobratio. *Quint. decl.* 15, 2. Maledictis opprobriisque vulgi pulsari; et *decl.* 19, 6. Facile prorumpere in opprobria. *Suet. Aug.* 53. Domini appellationem, ut maledictum et opprobrium, semper exhorruit; et *ib.* 7. Pro opprobrio objicere alicui nomen summum. *Hor. Ep.* 1, 16, 38. Morderi opprobriis falsis; et *ib.* 2, 1, 146. Versibus alterius opprobria rustica fudit. *Qu. Met.* 1, 758. pudet haec opprobria nobis Et dici potuisse, et non potuisse referri.

OPPROBRO, as, a. 1. *ὀνειδίζω*, opprobrio do, objicio: ex ob, et probrum. *Pl. Most.* 1, 3, 143. Egone id exprobrum, qui mihi metum cupio id opprobriari? *Id. Truc.* 2, 2, 25. Rus tu mihi opprobrias? *Gell.* 17, 1. f. Ut opprobriaret adversariis. — Scribitur et opprobrio.

OPPUGNATIO, onis, f. *πολιορκησις*, actus oppugnandi. *Cic. Or.* 1, 48. De signorum collationibus, de oppidorum oppugnationibus. *Liv.* 4, 29. Non segnior oppugnatio est, quam pugna fuerat. *Caes. B. G.* 5, 36. Oppugnationem sustinere. *Cic. Coel.* 9. inferre; et *ib.* propulsare. *Tac. A.* 13, 41. incipere; et *ib.* 15, 16. relinquere. *Sall. Jug.* 27. f. Ab oppugnatione desistere. — De accusatione, et insecutione forensi. *Cic. Vat.* 2. et *Q. Fr.* 2, 8.

OPPUGNATOR, oris, m. *πολιορκητής*, qui oppugnat. *Tac. H.* 3, 71. Ignem tectis oppugnatores iniecerunt. *Cic. Phil.* 12, 3. Hostis et oppugnator patriae Antonius. *Id. Planc.* 31. Meae salutis non modo non oppugnator, sed etiam defensor fuit.

OPPUGNATORIUS, a, um, adj. ad oppugnationem pertinens. *Vitr.* 10, 22. Hostes comparant res oppugnatorias. Adde *ib.* 19.

OPPUGNATUS, a, um, part. ab oppugno: oppugnatione petitus. *Cic. Manil.* 8. Urbs obsessa et oppugnata vehementissime. *Caes. B. G.* 7, 41. Summis copiis oppugnata castra. *Gell.* 6, 3. Serpens ballistis et catapultis diu oppugnatus. *Cic. Har. resp.* 4. Carthaginem a multis imperatoribus obsessam, oppugnata, labefactam, paene captam aliquando, solus evertit. — [*Translate.] *Sall. Cat.* 49. Piso oppugnatus in iudicio repetundarum. *Prop.* 2, 12, 45. Roma propriis circum oppugnata triumphis.

OPPUGNO, as, avi, atum, a. 1. *πολιορκέω*, *πολιορκέω*, contra pugno, armis aggredior, oppugnationem infero: cui contrarium est propugno. *Gell.* 9, 1. Oppidum a Metello oppugnari: contra ab oppidanis desuper e muris propugnari. *Cic. Fam.* 2, 10. Ibi quintum et vigesimum jam diem aggeribus, vineis, turribus oppugnabam oppidum munitissimum Pindenissum, tantis operibus, tantoque negotio, ut, etc. *Caes. B. G.* 6, 41. Germani castra oppugnaturi; et *ib.* 5, 21. Oppugnare locum; et *ib.* 2, 6. magno impetu oppidum; et *ib.* 1, 44. Omnes Galliae civitates ad se oppugnandum venisse, ac contra se castra habuisse. *Just.* 9, 5. Sive adjuvandum ea manu rex oppugnante aliquo foret. *Liv.* 2, 11. Consiliis ab oppugnanda urbe ad obsequendum versis. *Prop.* 3, 9, 13. Ausa ferox ab equo contra oppugnare sagittis Maeotis Danaum Penthesilea rates. — Saepae transfertur ad civilem et forensis insecutionem, accusationes, inimicitias. *Cic. Fam.* 5, 2. med. Quare ego non oppugnavi fratrem tuum, sed fratri tuo repugnavi. *Id. Quint.* 12. Credanum hoc, Sex. Naevium, cujus caput oppugnet, ejus auribus pepercisse. *Metell.* ad *Cic. Fam.* 5, 1. Metellum fratrem ob dictum capite et fortunis a te oppugnatum iri. *Id. ib.* 1,

1. Regis legatus aperte pecunia nos oppugnat. *Id. Or.* 2, 38. f. Carneades nullam unquam in illis suis disputationibus rem defendit, quam non probavit; nullam oppugnavit, quam non everterit. *Id. Or.* 66. Clandestinis consiliis oppugnare aliquem. *Id. Caecin.* 24. verbis aequitatem. *Pl. Most.* 3, 1, 154. Oppugnare consilia alicujus; et *Bacch.* 5, 2, 52. delictum aliquod. — P. Oppugnare, pugno tundere. *Id. Cas.* 2, 6, 59. Malo, Chaline, tibi cavendum censeo. *Chal. temperi*, postquam oppugnatum est os. — P. Idem ac repugno, resisto. *Coripp. Joanneid.* 4, 468. sonipes celer aequore toto Oppugnat frenis. — Scribitur et oppugno.

OPPUTO, as, a. 1. idem quod puto, h. e. arborum ramos caedo. *Plin.* 17, 21, 35. n. 2. Opputatur autem quidquid proxime tulit fructum.

OPPUVIO. — V. OPUVIAT.

OPPUVIUM. — V. OPUVIAT.

OPRIMENTUM. — V. OPERIMENTUM.

OPS, Opis, f. filia Coeli et Vestae, soror et conjux Saturni, quae et Terra, et Rhea, et Cybele, et Magna Mater, et Mater Deorum, et Berecynthia, et Bona Dea vocatur: ita dicta, quia opulenta et dives: terra enim divitias omne genus parit: ab obsoleto adjectivo ops, dives, cujus contrarium inops in usu mansit; vel ab opus, vel ab ope, vel ab opere. *Qu. Trist.* 2, 24. Carmina turrigerae dicere jussit Opi. *Id. Met.* 9, 496. Dii nempe suas habuere sorores. Sic Saturnus Opim junctam sibi sanguine duxit. *Id. Fast.* 6, 285. Ex Ope Junonem memorant, Cereremque creatas Semine Saturni: tertia Vesta fuit. *Varr. L. L.* 4, 10. Principes in Latio Dii Saturnus, et Ops; et *ib.* Terra, Ops, quod hic omne opus, et hac opus ad vivendum: et ideo dicitur Ops mater, quod terra nutriet; haec enim terris gentes omnes peperit, et resumit denuo. *Macr. Sat.* 1, 10. Saturnum a satu dictum, cujus causa de coelo est; et terram, Opem, cujus ope humanae vitae alimenta quaeruntur: vel ab opere, per quod fructus frugesque nascuntur. Huic Deae sedentes vota concipiunt, terramque de industria tangunt, etc. — Alii dicunt esse filiam Oceani et Salaciae, neptem Coeli et Terrae. *Cic. Univ.* 11. Sic igitur horum Deorum ortus habetur, ut Oceanum Salaciamque Coeli Satu, Terraeque conceptu generatos editosque memoremus: ex his Phorcyn, Saturnum, et Opem, deinceps Jovem, atque Junonem, reliquos. — P. Aedes Opis et Saturni erat Romae in foro Romano, cujus meminit *Victor. de Reg. Urb. R.* Ibi servabatur pecunia privatorum. *Cic. Phil.* 1, 7. Pecunia utinam ad Opem maneret: creuenta illa quidem; sed his temporibus, quoniam his, quorum est, non redditur, necessaria. *Id. ib.* 2, 37. Ubi est septies millies, quod in tabulis, quae sunt ad Opis, patebat? — [*Hinc ops in universum pro vi, facultate, potentia, virtute. Obsolevit usus recti casus et dativi, solumque opis, opem, ope remansit.] *Sall. Cat.* 1. Omnes homines, qui sese student praestare ceteris animalibus, omni ope niti decet, ne vitam silentio transeant. *Cic. Att.* 14, 14. f. Omni ope atque opera enitar, ut senatus consultum fiat. *Id. Mil.* 11. Ut omnem semper vim, quacunque ope possent, a vita sua propulsarent. *Virg. A.* 1, 604. grates persolvere dignas Non opis est nostrae, Dido. — P. Saepae est vis et potentia, qua alteri auxiliatur, *βοήθεια*. [*Hic mentio fieri poterat loci *Prisc.* 7, 752. ubi Accius de Hercule: Quorum genitor fertur esse ops gentibus, i. e. quorum genitor auxilium fuit gentibus.] *Cic. Att.* 9, 16. Caesar jam opes meas, non, ut superioribus litteris, opem exspectat. *Id. Off.* 1, 15. f. Ut quisque maxime opis indigeat, ita ei potissimum opitulari. *Id. Att.* 16, 13. f. Haec nec institui, nec effici potest sine tua ope. *Id. Fam.* 4, 1. Aliquid opis occidenti reipubl. tulisse. *Plin. ep.* 4, 15. f. Omni ope, labore, gratia juvare quempiam in petendis honoribus. *Virg. G.* 2, 428. Vi propria nituntur, opis non indiga nostrae. *Cic. Tusc.* 5, 2. Ad te confugimus, a te ope petimus. *Id. Font.* 11. Confugere ad opem alicujus. *Id. fragm. ap. Prisc.* 7, 733. Ab Jove opem auxiliumque petamus. *Id. Fin.* 2, 35. Opem indigentibus salutemque ferre. *Flor.* 1, 21. implorare adversus aliquem; et 3, 2. et auxilium flagitare. *Plin. Pan.* 30. f. alicujus invocare. *Suet. Vesp.* 7. valedudinis orare. *Stat. Th.* 10, 51. exposcere. *Or. Her.* 21, 174. salutiferam dare cuiquam. *Id. Met.* 8, 601. afferre. *Id. R. Am.* 116. admovere. *Id. Amor.* 2, 9, 8. Ope medica juvare aliquem. *Id. Trist.* 1, 3, 9. Non mihi servorum, comitis non cura legendi, non aptae profugo vestis, opisve fuit. — P. In malam partem. *Liv.* 44, 7. f. Adeo sine ulla ope hostis, quae aggravaret, cum ipsa difficultate pugnandum erat. — [*Maxime autem plur. opes dicitur de cujuscunque generis auxiliis, copiis, rei vel personae propriis.] *Pl. Stich.* 5, 4, 13. Nos tamen efficimus pro opibus nostris moenia. *Qu. Trist.* 1, 10, 44. merita cadet agna Minervae: Non facit ad nostras hostia major opes. *Virg. G.* 2, 507. Condit opes alius, defossoque incubat auro. *Hor. Od.* 3, 16, 28. magnas inter opes inops. *Qu. Met.* 13, 434. sceleris nisi praemia magnas Adjacisset opes, animi irritamen avari. *Id. Trist.* 3, 10, 59. Ruris opes parvae, pecus, et stridentia plaustra.

Plin. 9, 35, 58. Nec dona prodigi principis fuerant, sed avitae opes, provinciarum scilicet spoliis captae; et ib. 59. Relictus ab eo in amplis opibus heres. Id. 35, 9, 36. n. 2. Opes tantas acquisivit, ut in ostentatione carum, etc. *Hor. Sat.* 2, 2, 112. puer hunc ego parvus Ofellum Integris opibus novi non latius usum, Quam nunc accisis. Adde *Just.* 9, 2. et *Petr. Sat.* 104. etc. P Saepius significant potentiam, quae maxime quidem divitiis, tum vero auctoritate, gratia, amicorum et cognatorum copia, eloquentia, gloria militari, aliisque bonis, aut pravis artibus comparatur. Itaque latius patent opes, quam divitiae, quia illis hae includuntur, non contra. Unde *Cic.* fere opes, et divitias distinguit, ut *Att.* 8, 11. in. Moderatori republicae beata civium vita proposita est; ut opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit. *Id. Quint.* 1. in. P. Quintius, cui tenues opes, nullae facultates, exiguae amicorum copiae sunt, cum adversario gratiosissimo contendit. *Id. Fin.* 5, 27. Certe in bonis numerabis divitias, honores, opes. *Id. Agr.* 2, 30. Ad paucos opibus et copiis affluentem totum agrum Campanum perferri videbitis. *Id. Amic.* 6. med. Ceterae res opportunae sunt singulae rebus fere singulis, divitiae ut utare, opes ut colare, honores ut laudare, etc. *Id. Phil.* 1, 12. Opes violentas, et populo R. minime ferendam potentiam concupiscere. *Id. Tusc.* 3, 11. f. His perturbationibus, quas stultitia immittit, omnibus viribus atque opibus repugnandum est; et *Off.* 1, 3. Consultant, ad vitae commoditatem jucunditatemque, ad facultates rerum atque copias, ad opes, ad potentiam conducant id, necne, etc. *Caes. B. G.* 1, 20. Quibus opibus ac nervis ad perniciem suam uteretur. *Hor. Od.* 3, 3, 26. nec Priami domus Perjura pugnaces Achivos Hectoreis opibus refringit, h. e. viribus et virtute. P Dicitur saepe de potentia reipubl., et viribus imperii, quae constant multitudine et opulentia civium, vegetigalium et aerarii copia, studio et peritia rei militaris, numero urbium munitarum, etc. praecipue vero de viribus militaribus. *Virg. A.* 2, 4. Trojanas ut opes, et lamentabile regnum Eruerint Danai. *Nep. Ep.* 6. extr. Lacedaemoniorum opes concussit. *Id. Alc.* 5. Atheniensium opes senescere, contra Lacedaemoniorum crescere; et ib. 10. Regis opes minuere. *Id. Mil.* 5. extr. Nulla unquam tam exigua manus tantas opes postravit. *Id. Con.* 4. Ducem fortem et prudentem regis opibus praefuturum, ac secum dimicaturum videbant. *Virg. A.* 8, 171. Auxilio laetos dimittam, opibusque juvabo. Ubi *Serv.*: Idem militibus: opes antiqui vocabant milites. P De viribus corporis. *Enn. ap. Macr. Sat.* 6, 1. Romani scalis summa nituntur opum vi. *Virg. A.* 12, 552. Pro se quisque viri magna nituntur opum vi. P In sing. num. *Vet. Poeta ap. Cic. Tusc.* 3, 19. Adstante ope barbarica, h. e. integris Trojae rebus, et Priami imperio manente. Adde *Virg. A.* 8, 685. P Pro ope, seu auxilio, aut facultate juvandi. *Hor. Ep.* 1, 10, 36. minor in certamine longo Imploravit opes hominis, frenumque recepit; et ib. 2, 2, 136. Hic ubi cognatorum opibus curisque refectus, etc. P Translate. *Or. A. Am.* 2, 343. de amne: Nascitur exiguis, sed opes acquirit eundo; et 652. Firmaque adoptivas arbor habebit opes, h. e. fructus ex insitione. *Sever. A.* 293. Spiritus collectus pellic opes aquae, h. e. vim, et copiam aquae. *Val. Fl.* 6, 449. Ergo opibus magicis, et virginitate tremendam Juno duci sociam conjungere quaerit Achivo, h. e. facultate, et scientia rerum magicarum.

[OPSIUS, ii, m. ὄψιος, serus. Est cogn. R. *Inscr. ap. Maff. Mus.* 133, 11. Optatus Opsii cubicularius. F.]

OPSONIUM, etc. V. OBSONIUM.

OPTABILIS, e, adj. αἰρετός, ἐπιχειρός, qui optari debet, optandus, expetendus, optatus. *Cic. Or.* 1, 51. Quae vulgo expetenda atque optabilia videntur. *Or. Met.* 9, 758. venit ecce optabile tempus, Luxque jugalis adest. *Cic. Off.* 1, 14. f. Quae ut concurrant omnia, optabile est: sin minus, etc. *Id. Pis.* 14. f. Utrum bono viro optabilis putas, sic exire, ut, etc. an, ut, etc.?

OPTABILITER, adv. ἐπιχειρῶς, cum desiderio. *Cic. Tusc.* 1, 40. Quam optabiliter iter illud jucundum esse debet? Optimae quaeque editt. ex MSS. v. optabiliter omittunt. *Val. Max.* 5, 1. f. Ut optabilis in patria, ita speciosus pro patria est.

[OPTATHLLA, ae, f. dimin. optatae. Est cogn. R. *Inscr. ap. Grut.* 393, 8. Calpurnia L. F. Optathilla. F.]

[OPTATINUS, a, um, adj. ad Optatum pertinet. Est cogn. R. *Inscr. ap. Grut.* 534, 4. Q. Caecilius Q. F. An. Optatinus. Alia ap. *Mur.* 1282, 6. Cornelia Optatina. F.]

OPTATIO, onis, f. optio, eligendi facultas. *Cic. Off.* 3, 25. Theseo cum tres optationes Neptunus dedisset, optavit interitum Hippolyti. Est qui legit optiones. Adde *Sym. ep.* 1, 1. f. cum ead. var. lect. et *Paul. ex Fest.* in *Optio*, et *Donat.* ad *Ter. Eun.* 5, 9, 27. Est praeterea rhetorum figura, in sententiis, ὀψία. *Cic. Or.* 3, 53. Purgatio, conciliatio, laesio, optatio, atque execratio. *Quint.* 9,

2. in. Qui affectus erunt concitati, detracta voce libera, effrenatiore iracundia, objurgatione, optatione, execratione? P Exemplum sit illud *Cic. Fl.* 2. f. Atque utinam inimici nostri mecum potius contendant; et ib. 31. Vellem tantum habere otii, ut, etc.

OPTATIVUS, a, um, adj. qui optationem continet, ut *Modus optativus* in verbis, quo optandi actus significatur, ap. *Diomed.* 1, 330., *Prisc.* 8, 807 et 821. et *Capell.* 3, 83. Optativa adverbia, *Prisc.* 15, 1021. Optativae conjunctiones, *Charis.* 2, 200. ὀψιαίως.

OPTATO, adv. ἐπιχειρῶς, optabiliter, ex voto. *Pl. Amph.* 2, 2, 26. Certe me illi expectatum optato venturum scio. *Cic. Att.* 13, 28. f. Nisi quid te aliud impedit, mihi optato veneris. Adde *Ter. Andr.* 3, 3, 1. et *Virg. A.* 10, 405.

OPTATUS, a, um, part. ab opto: ἐπιχειρῶς, cupitus, expetitus, optabilis, gratus, jucundus. *Cic. Fam.* 16, 21. Gratos tibi, optatosque esse, qui de me rumores afferunt, non dubito. *Cic. Div. Verr.* 3. Quid est, quod aut populo R. gratus esse debeat, aut sociis optatus esse possit? *Id. Rosc. Am.* 15. Patresfamilias optatissimum sibi putant esse, filios suos rei familiari maxime servire. *Id. Fam.* 1, 5. Nihil mihi fuit optatus, quam, ut, etc. *Sall. or. ad Caes. de republ. ord.* 2. Quin optatus habent ex tua calamitate periculum libertatis facere, quam, etc. *Cic. Q. Fr.* 2, 8. extr. Vale, mi optime et optatissime frater. *Pl. Aul.* 3, 1, 1. Optati cives, populares, incolae, date viam, qua fugere liceat. P *Optatum*, i, votum, desiderium. *Cic. Agr.* 1, 1. Haec utrum cogitata sapientum, an optata furiosorum videntur? *Id. Pis.* 20. Illud etiam accidit praeter optatum meum, sed valde ex voluntate. *Id. Fam.* 2, 1. In omnibus tuis rebus meis optatis fortuna respondit. *Id. Off.* 3, 25. Impetrare optatum. *Ter. Ad.* 5, 9, 21. Dii tibi semper omnia optata offerant. *Pl. Capt.* 2, 2, 105. afferant. *Cic. Fam.* 2, 13. Cur mihi non in optatis est complecti hominem florentem aetate, opibus, etc.? *Or. Met.* 11, 104. Annuit optatis. P *Optatus*, electus. *Festus*: Optatam hostiam, alii optamam appellat eam, quam aedilis tribus constitutus hostiis optat, quam immolari velit.

OPTICE, es, f. ὀπτική, ars, et facultas, qua visus ratio dirigitur: vox Graeca, ab ὀπταμαι, video. *Vir.* 1, 1. Ut sit peritus graphidos, eruditus geometria, et optices non ignarus. *V. Gell.* 16, 18, ubi Graece scribitur.

OPTIMATES, um, et ium, comm. gen. plur. qui optimis suam causam probatam volunt. Duo enim fuere in republ. hominum genera, qui excellere cuperent: alii ea, quae agebant, ac dicebant, populo jucunda esse volebant, eoque dicti populares: alii ita sua instituebant, ut optimo cuique suam causam probarent, atque inde appellati optimates. Hanc utriusque nominis causam affert *Tullius ipse Sext.* 45. P Sunt etiam optimates optimi quique in republica: sunt, inquit *Cic. ib.*, principes consilii publici, et qui eorum sectam sequuntur: sunt maximorum ordinum homines, quibus patet curia: sunt municipales rusticique Romani: sunt negotia gerentes: sunt etiam libertini optimates: numerus late et varie diffusus: sed genus universum brevi circumscribi et definiiri potest: Omnes optimates sunt, qui neque nocentes sunt, nec natura improbi, nec furiosi, nec malis domesticis impediti. Haec *Cic.*, unde patet, duplex hominum genus hac voce significari, et optimum quemque, cujuscumque sit conditionis; et qui voluntati, commodis, opinioni optimi cujusque in gubernanda republ. servit. Verum haec oratorie dicit *Cic.*, et ut causae suae inserviat, et optimum nationem ab invidia liberet, qua apud populum laborabat. Ceterum hoc nomine fere significantur nobiliores, opulentiores, potentiores, quorum in manibus plerumque est reipublicae administratio, proceres, primores, patres, senatus: uno verbo ea pars civium, quae numero minor est, dignitate et potentia major, et a plebe distinguitur, οἱ δυνατοὶ, ἀριστοὶ, ὄλγοι. *Nep. Alc.* 5. Erat enim populi potentiae non amicus, et optimum fautor. *Tac. A.* 4, 32. Plebis, et optimum certamina. *Plin.* 25, 5, 21. Cui plebs stans plausit, optimates bellum Marsicum imputavere. Adde *Cic. Off.* 2, 23., *Suet. Caes.* 19., *Aug.* 10. et *Tib.* 2. P Adjective. *Cic. Fam.* 7, 6. ex *Ennio*. Matronae opulentae optimates. P In singulari num. *Coel.* ad *Cic. post ep.* 9. l. 10. ad *Att.* Vide, ne dum putet te parum optimum esse, parum diligenter, quod optimum sit, eligas. P Adjective, et singulari num. *Cic. ap. Non.* 4, 292. Statu esse optimo constitutam rempublicam, quae ex tribus generibus illis, regali, et optimati, et populari confusa modice.

OPTIME et antiqu. Optime, adv. ἀρίστα. omnino bene, praeclare, eximie, perfecte. *Cic. Fam.* 4, 13. f. Sed haec tu melius, vel optime omnium. *Pl. Bacch.* 3, 4, 3. Illum exoptavit potius? habet: optime est. *Ter. Andr.* 3, 4, 14. Optime factum. *Id. Phorm.* 1, 3, 1. Qui mihi consultum optime vult esse. *Cic. Or.* 1, 26. Optime dicere.

Nep. Con. 4. suos nosse. *Caes. B. G.* 1, 45. Optime meritos socios non deserere. *Sall. Cat.* 62. Miles optime armatus. *Id. Jug.* 100. Sisenna optime et diligentissime omnium persecutus. *Plin.* 24, 6, 22. Pineae resina capitis vulneribus optime medetur. P Aliquando significat prorsus, opportune, in tempore. *Ter. Andr.* 2, 1, 35. Davum optime video; et 4, 2, 3. Optime te mihi offers. Adde *Eun.* 5, 2, 66. et *Pl. Merc.* 2, 2, 57. et *Men.* 4, 1, 9.

OPTIMITAS, atis, f. vox est minime Latina. *Capell.* 4, 109. Cognoscendum est, dici quasdam substantias ex qualitibus, quarum nomina non inveniuntur. Nam ut bonum dicimus a bonitate, non ita optimum ab optimitate. V. OPIMITAS.

OPTIMUS et antiqu. Optumus, a, um, adj. ἀρίστος, omnino bonus, praestantissimus, perfectus, lectissimus, eximius, praeclarus. Superlativem significat positivum bonus, et videtur esse syncope ab optatissimus: ab opto eligo, quasi electissimus. *Cic. opt. gen. Or.* 2. extr. Quod omnes laudes habet, id est optimum. *Ulp. Dig.* 45, 1, 75. Si quis ita stipulatus sit, vini boni amphoras centum, incertum videtur stipulari, quia bono melius inveniri potest, quod ipsum quoque bonum est: at cum optimum quis stipulatur, id stipulari intelligitur, cujus bonitas principalem gradum bonitatis habet: quae res efficit, ut ea appellatio certi significativa sit. *Caes. B. G.* 1, 31. Ager Sequanus, qui est optimus totius Galliae. *Cic. Phil.* 7, 2. Fortissimus consul atque optimus. *Id. Leg.* 3, 11. Optime et dulcissime frater. *Id. Or.* 1, 33. Stilus optimus et praestantissimus dicendi effector ac magister. *Pl. Cas.* 2, 6, 23. et *Rud.* 4, 3, 90. et *Stich.* 5, 4, 46. Optimum, atque aequissimum istud esse, jure judico. *Id. Trin.* 2, 4, 84. Semper hoc facito cogites, id optimum esse, tute uti sis optimus: si id nequeas, saltem ut optimis proximis. *Sall. Jug.* 97. extr. Optimus quisque cadere, aut sauciari, h. e. fortissimus. [*Ap. *Cic. Off.* 1, 28, 99. optimus quisque comprehendit omnes bene de re publica sentientes ac bene meritos: quos alias populares, bonos et principes, optimates appellat.] *Id. Cat.* 33. et *Jug.* 115. Optimum factum credens, exercitum augere. *Al. leg. factu.* *Pl. Ps.* 1, 2, 52. Nunc adeo hoc factum est optimum, ut nomine quemque appellem suo. *Id. Aul.* 3, 6, 30. Caedundum illum ego conduxi. *Eu.* tum tu idem optimum est loces efferendum; et *As.* 5, 2, 58. In oculos invadi nunc est optimum. *Id. Capt. prol.* 10. Jam hoc tenetis? optimum est. *Caes. B. G.* 3, 50. Optima valetudine uti; et 59. alicujus et fortissima opera uti; et ib. 1, 12. Omnium esse Iguviorum optimam erga se voluntatem. *Cic. Or.* 8. Oratio longe optima. *Catull.* 33, 1. O furum optime balneariorum, h. e. artis furandi peritissime. P *Optimus maximus*, Jovis appellatio. *Cic. N. D.* 2, 25. Juppiter a majoribus nostris dictus est optimus maximus: et quidem ante optimum, id est beneficentissimus, quam maximus, quia majus est, certeque gratus prodesse omnibus, quam opes magnas habere. P Item aliorum quoque nimum. *Inscr. ap. Mur.* 32, 6. Matri Deum optimae maximae sacra; et 40, 4. D. O. M. Jano. P Item imperatorum R., quorum primus ita est appellatus Caligula, testibus *Suet. Cal.* 22. et *Quint.* 1, 7, deinde Trajanus, Hadrianus, alique permulti, ut *Marin. Frat. Arv.* p. 359. probat. *Papin. Dig.* 27, 1, 30. Optimi maximeque principes nostri constituerunt, etc. h. e. Caracalla, et Geta. *Id. ib.* 31, 80, 1. Optimus maximusque princeps noster Severus Augustus. P Item aliarum rerum. *Proculus Dig.* 50, 16, 126. Si, cum fundum tibi darem, legem ita dixi, uti optimus maximusque esset, et adjecti, jus fundi deterius factum non esse pro dominum, praestabitur liber, h. e. ab omni servitute immunis. *Sic Cic. Agr.* 3, 2. f. Optimo jure ea sunt profecto praedia, quae optima conditione sunt: libera meliore conditione sunt, quam serva. P *Optima lex* est, quae plenissimum alicui jus, et sine exceptione tribuit. Itaque optima lege creati dictus est dictator, donec sine provocatione creatus fuit. Postquam vero provocatio ab eo ad populum data est, desitum est dici optima lege, utpote ejus jure imminuto. *Festus*. Etiam in formula capiendae Vestalis, ap. *Gell.* 1, 12. habetur: Uti quod optima lege fiat, ita te, amata, capio.

OPTIO, onis, f. ἀγοράς, electio, et eligendi facultas, arbitriumque. *Pl. Cas.* 2, 4, 13. Optio haec tua est, utram harum vis conditionem, accipe. *Cic. Fat.* 2. Utro frui malis, optio sit tua. *Id. Caecin.* 23. et *fragm.* ap. *Quint.* 5, 10. med. Optio vobis datur, utram velitis, etc. *Id. Div. Verr.* 14. Potestatem optionemque facere alicui, ut eligat, etc. *Id. Vat.* 17. An erit haec optio et potestas tua, ut, etc.? *Id. Brut.* 50. f. Dare alicui optionem eligendi patroni. *Id. Fin.* 5, 29. Si optio esset. *Pl. Mil.* 3, 1, 75. Si optio eveniat tibi. *Sall. Jug.* 81. f. Graeci optionem Carthaginiensium faciunt, h. e. dant Carthaginiensibus optionem, ut, etc. *Pl. Cas.* 2, 2, 15. Vir me habet pessimum despiciatam modis, nec mihi jus meum obtinendi optio est. P *Optio* masc. gen. in veteri R. militia dicebatur, qui a tribunis, centurionibus

aliisque dignioribus in gradu militari constitutis adoptati vicaria eisdem operam praestabant; sed paulatim eo res pervenit, ut ordinarium esset munus, ita ut optio certae rei, aut operi constitutus suo proprio jure atque nomine praesesset. Hinc Festus: Optio qui nunc dicitur, antea appellabatur accensus. Is adjutor dabatur centurioni a tribuno militum: qui ex quo tempore, quem velint, centurionibus permissum est optare, et nomen ex facto sortitus est. Varr. L. L. 4, 16. f. Quos hi (decuriones) primo administratos sibi ipsi adoptabant, optiones vocari coepti: quos nunc propter ambitionem tribuni faciunt. Veg. Mil. 2, 7. Optiones ab optando appellati, quod antecedentibus aegritudine praepeditis, hi tanquam adoptati eorum, atque vicarii solent universa curare. Inscr. mendosa ap. Don. cl. 6. n. 70., emendata ap. Malvas. Marm. Fels. p. 317. Sex. Claudius Sex. F. Palatina Auspicalis, optio tribuni legionis I. voluntariorum, etc. Alia ap. Grut. 551, 3. C. Lucillius C. F. Vel. Vindex, principalis beneficiarius tribuni, deinde optio in centuria, h. e. optio centurionis. Alia mendosa ap. eund. 431, 9., emendata ap. De Vita Antiq. Benev. cl. 7. n. 10. C. Luccius C. F. Stel. Sabinus, adjutor tribuni Orfiti secutor, optio valetudinarii, optio arcarii, optio signiferi, optio ab actis, etc. V. ib. Dissert. 9. p. 243. et sqq. et Non. 1, 344. P Dicitur etiam de cujusque rei adjutore. Pl. As. 1, 1, 88. Tibi optionem sumito Leonidam: fabricare quidvis, quidvis comminiscere. Aurel. Arcad. Dig. 50, 6, 6. Optio fabricae. Adde Callistrat. ib. 48, 20, 6., ubi spiculatorum optiones, etc. Plura de Optionibus congressit Reines. Inscr. cl. 1. n. 3. p. 11. P Sub his qui curabant, adjutorum subadjuvae, suboptiones dicti. Inscr. ap. Grut. 529, 8. M. Aurelius Macedo veteranus natione Delmata ex suboptione, etc. [*Multa in his auxit atque emandavit F. P Confund. optio et opinio. V. Spalding. ad Quint. 7, 1, 21.]

OPTIONATUS, us, m. gradus, et munus optionis. Cato ap. Fest. Majores seorsum, atque diversum pretium paravere bonis atque strenuis, de-curionatus, optionatus, hastas donaticas, aliosque honores. [*V. Beier. ad Cic. Fragm. p. 218. a.]

OPTIVUS, a, um, adj. adoptivus, adscitus, adjunctus. Hor. Ep. 2, 2, 99. Discedo Alcaeus puncto illius: ille meo quis? Quis nisi Callimachus? si plus adposcere visus, Fit Mimnermus, et optivo cognomine crescit. P [Optivus tutor ap. Cajum. Institut. (ed. Goesch.) l. §. 154. Vocantur autem hi, qui nominatim testamentum tutores dantur, dativi; qui ex optione sumuntur, optivi. F.]

OPTO, as, avi, atum, a. I. αἰδέσθαι, eligo, malo. Volunt esse ab ὄπω, seu ὄπιον, video, considero, quia qui electurus est, prius videt et considerat, quid sit melius. Hinc coopto, adopto. Cic. Off. 1, 20. Nihil homines, nisi quod honestum sit, aut admirari, aut optare, aut expetere oportet. Colum. 10, 277. Tellurisque comas sacris optate canistris, h. e. legite, colligite. Al. leg. aptate. Ter. Andr. 4, 5, 2. Quae sese inhoneste optavit parere hic divitias, potius quam in patria honeste pauper vivere. Virg. A. 1, 429. Pars optare locum tecto, et concludere sulco; et ib. 3, 109. Optavitque locum regno; et ib. 6, 501. Quis tam crudeles optavit sumere poenas? Cui de te tantum licuit? Pl. Rud. 3, 6, 14. Opta oculus, rapti te obtorto collo mavis, an trahi. Utrum vis, opta, dum licet. Lucil. ap. Non. 4, 334. Non video hic, quid magnopere optem. [*Huc pertinet etiam locus Virg., quem Noster infra laudaverat, A. 8, 512. Nulli fas Italo tantam subjungere gentem: Externos optate duces, i. e. sumite, adsciscite.] P Item peto, quaero, volo: nam qui petit, jam elegit quod peteret. Virg. A. 1, 80. tuus, o regina, quid optes, Explorare labor. Ter. Eun. 5, 9, 27. Hoc si effeceris, quodvis donum, et praemium a me optato, id optatum feres. Ubi Donat. Totum militariter: nam et optatio dicitur et optari a militibus, et alibi: vir fortis optet quod volet praemium. Cic. Off. 3, 25. Sol Phaethonti filio facturum se esse dixit, quidquid optasset: optavit, ut in currum patris tolleretur. Virg. A. 10, 279. Optare aliquid votis. Cic. Cat. 2, 7. Nunquam a Diis immortalibus optabo, ut, etc. P Item cupio, expeto, exopto. Hoc sensu quidam ducunt a ποθῶ (quod idem significat) per metathesin. Cic. Phil. 14, 1. et Amic. 16. Cum semel ad eum, quem cupimus, optamusque, vestitum redierimus. Id. Pis. 14. Optandam duco mihi fuisse illam, expetendamque fortunam. Id. ib. 20. Haec ego semper de vobis expetivi, haec optavi, haec precatus sum. Ter. Ad. 5, 4, 20. Illum, ut vivat, optant, meam autem mortem expectant. Id. Hec. 4, 4, 29. Hunc videre saepe optabamus diem. Sall. or. Philippi contra Lep. med. Qui videmini intenta mala, quasi fulmen, optare, se quisque ne attingat. Ov. Trist. 2, 57. Optavi, peteres coelestia sidera tarde. P Optare alicui quippiam, precari, vel imprecari, tum in bonam partem, tum in malam. Cic. Brut. 97. Tibi favemus, te tua frui virtute cupimus, tibi optamus eam rempublicam, in qua, etc. Id. Pis. 20. Mihi

non venerat in mentem, furorem et insaniam optare vobis, in quam incidistis. P Optare hoc quidem est, non docere, et optare hoc quidem est, non disputare, dicitur a Cic. Acad. 4, 38. f. et Tusc. 2, 13. et Fat. 20. de iis, qui ita disputant, ac docent, ut potius ostendant, quid ipsi maxime velint, quam quid maxime verum sit: quod est eorum, qui non pro veritate, sed pro affectu pugnant. Plato l. 6. de republ. Οὗτω γὰρ ἂν ἦμεν δικαίως παραγέλομεθα, ὡς ἄλλοις ἐνχαῖς ὁμοίᾳ λόγοντες. P Optasus pro optaveris habes ap. Pl. Mil. 3, 1, 75.

[OPTOSTROTUM, i, n. pavimentum lateribus coctilibus stratum: ab ὄπιος, coctus, hinc Graecis ὄπιη πλίνθος, coctus later, et στρωτόν, stratum; ut lithostrotum est e lapidibus stratum. Not. Tir. p. 164. Chamaestrotum, lithostrotum, optostrotum. Perperam hic scribitur obtistrotum. F.]

OPULENS, entis, et Opulentus, a, um, adj. πλοῖος, opibus abundans, locuples, dives, copiosus. Paul. ex Festo in Opis. Opulenti terrestribus rebus copiosi. Nep. Chabr. 3. Neque animo aequo pauperes alienam opulentiam intuentur fortunam. Auson. Idyll. 2, 7. Non opulens, nec egens. Sall. Jug. 72. Civitas magna et opulens poenae cuncta, aut praedae fuit. Appul. Met. 8. Castellum frequens, et opulens; et ib. 10. Matrona pollens, et opulens. Cic. N. D. 3, 33. Opulentissima et beatissima civitas. Caes. B. G. 3, 80. Potiri oppido pleno atque opulento. Liv. 21, 43. Opulenta ac ditia stipendia facere. Pl. Bacch. 1, 1, 64. Tu facito, obsonatum sit nobis opulentum obsonium. Id. Epid. 2, 2, 115. Adolescens auro opulentus. Sall. Jug. 19. Quae pars Numidiae Mauritiam attingit, agro virisque opulentior. Virg. A. 1, 450. Hic templum Junoni ingens Sidonia Dido Condebat, donis opulentum, et numine divae. Suet. Aug. 30. Aedes sacras opulentissimis donis adornavit. P Cum genitivo. Hor. Od. 1, 17, 14. hic tibi Copia Manabit ad plenum benigno Ruris honorum opulenta cornu. Tac. H. 2, 6. f. Provinciae nec virorum inopes, et pecuniae opulenta. Liv. 35, 1. f. Eo victorem opulentum praedae exercitum P. Cornelius reduxit. Al. leg. praeda. P Item potens. Liv. 32, 32. Opulentior factio, exclusis Aetolis, tenuit urbem. Sall. Cat. 57. Cognoveram, parvis copiis bella gesta cum opulentis regibus. P Item nobilis. Enn. ap. Gell. 11, 4. Nam cum opulenti loquuntur pariter, atque ignobiles, Eadem dicta, eademque oratio aequa non aequae valet. P Translate. Gell. 7, 3. f. Opulenta oratio; et 14, 6. f. Opulentissimus liber.

OPULENTE et Opulenter, adv. εὐπόπως, cum opulenti, sumptuose, splendide, large, copiose. Sall. Jug. 89. Neque illos arcte colam, me opulenter. Appul. Apol. Grandis domus opulente ornata. Liv. 1, 55. med. Ludos opulentius, instructiusque, quam priores reges, fecit. Just. 3, 3. Nec epulari opulenti, ne imitatio in luxuriam verteretur.

OPULENTIA, ae, f. et

OPULENTITAS, atis, f. εὐπογία, opum copia, divitiae. Pl. Mil. 4, 4, 35. Quasi ejus opulentitatem revereris. Caecil. ap. Non. 2, 598. Opulentitate nostra sibi injuriam factam. Sall. Cat. 56. Habemus publice egestatem, privatim opulentiam. Just. 2, 14. Castra referta regalis opulentiae capta. Plin. 2, 93, 95. Metallorum opulentia tam varia, tam dives, tam fecunda, tot saeculis suboriens. P Opulentia non divitiis modo, sed potentiam simul, quas opes dicimus, significat. Sall. Cat. 6. Postquam res eorum civibus, moribus, agris aucta, satis prospera, satisque pollens videbatur, invidia ex opulentia orta est. Nep. Cim. 2. f. Thasios opulentia fretos suo adventu fregit. Tac. A. 4, 55. f. Auctam Lydorum opulentiam, missis in Graeciam populis. P In plurali num. Pl. Bacch. 3, 4, 22. Antequam illa meis opulentis ramenta fiat gravior, etc. Gell. 20, 5. med. Doctrina anteire malim, quam copiis atque opulentis: δυνάμει. P Translate. Claud. Cons. Mall. Theod. 21. Mox undare foro victrix opulentia linguae, Tutarique reos.

OPULENTO, as, a. I. πλουτέω, opulentum, copiosum facio. Hor. Ep. 1, 16, 1. Ne perconteris, fundus meus, optime Quinti, Arvo pascat herum, an baccis opulenter olivae. Colum. 8, 1. Villaticae pastiones mensam pretiosis dapibus opulentant. OPULENTUS. V. OPULENS.

OPULESCO, is, n. 3. ditesco. Furius ap. Gell. 18, 11. Quo magis in patriis possint opulescere campis. Caesellius Vindex grammaticus hoc verbum reprehendebat, ut minus Latinum: Gellius defendit, et probat.

OPULUS, i, f. acer minus, arbor maritandis idonea vitibus. [*Maserle, Masholder, Acer campestre, L.] Varr. R. R. 1, 8. Arbusta, ubi truces possint fieri vitium, ut Mediolanenses faciunt in arboribus, quas vocant opulos. Colum. 5, 6. et Arbor. 16. Vitem maxime opulus alit, deinde ulmus, deinde fraxinus. Id. 5, 6. Opulus, quia raram, neque idoneam frondem pecori praebet, a plerisque repudiata est; et ib. 7. Est et alterum genus arbusti Gallici, quod vocatur rumpotinum. Id. desiderat arborem humilem, nec frondosam:

cui rei maxime videtur idonea opulus: ea est arbor corno similis.

OPUNCULO, onis, m. avis genus, quod opilionis cantus imitatur. Paul. ex Festo ex lectione Dacerii.

OPUNTIUS, a, um, adj. Ὀπουντίος, ad Opuntem pertinens. Est enim Opus, untis, Ὀπουντίος, oppidum Locrorum Epicnemidiorum in Boeotia, propud mare, ad Euripum. Unde Opuntius sinus, Plin. 4, 7, 12. et Opuntia herba, circa Opuntem nascens, Id. 21, 17, 64. Philodamus Opuntius, Cic. Verr. 2, 2, 44. P Opuntii, orum, ejus oppidi cives, Liv. 28, 6. extr.

OPUS, eris, n. ἔργον, id quod fit operando. Differt ab opera, quae est actio, qua fit opus. [*Cf. Doederl. 1, 112. sq.] Utrumque Ter. complectitur Heaut. 1, 1, 21. Quod in opere faciundo operae consumis tuae, h. e. in agro colendo. Cic. Verr. 2, 4, 24. Instituit officinam Syracusis: eo conducit magnam hominum multitudinem: menses octo continuos opus his non deficit, cum vas nullum fieret, nisi aureum. Id. Or. 2, 17. Oratio in causarum contentione magnum est quoddam opus, atque haud sciam, an de humanis operibus longe maximum. Virg. Ecl. 3, 37. pocula ponam Fagina, coelatum divini opus Alcimedontis. Id. A. 6, 128. Sed revocare gradum, superasque evadere ad auras, Hoc opus, hic labor est, h. e. opus arduum, δύσκολον. Cic. Att. 9, 11. Utinam aliquod in hac miseria reipublicae πολιτικόν opus efficere, et navare mihi liceat! Id. Acad. 1, 1. Habeo opus magnum in manibus. Id. Marcell. 4. Nihil est opere, aut manu factum, quod aliquando non conficiat, et consumat vetustas: opere factum est, quod arte fit; manu, quod virtute bellica: vel opere, quod ingenio maxime; manu, quod artificio: vel aut ponitur pro et. P De quocumque aedificio. Cic. Verr. 1, 4. et Dom. 20. Aedium sacrarum, publicorumque operum depopulatio; et Suet. Tib. 30. Ad patres conscriptos referre de vectigalibus ac monopolis, de extruendis reficiendisve operibus. P De militaribus munitionibus. Nep. Mil. 7. Urbem operibus clausit, h. e. vallo, fossa, agere, vineis, turribus, etc. Cic. Phil. 13, 9. Mutinam operibus munitionibusque sepsit. Liv. 35, 22. extr. Fusis Vectonibus, operibus Toletum cepit. Id. 37, 5. med. Non corona, sed operibus oppugnare urbem est adortus. Vell. 2, 4. Circumdatam operibus Numantiam, excisamque aequavit solo. Caes. B. G. 5, 21. Locus egregie natura, atque opere munitus. P De mellificio, et melle. Phaedr. 3, 13. Alveos accipite, et ceris opus infundite. Varr. R. R. 3, 16. Foris pascuntur, intus opus faciunt, quod dulcissimum quod est, Diis et hominibus est acceptum. P De opere rustico, seu agricultura. Ter. Eun. 2, 1, 14. Opus faciam, ut defatigat usque. Adde Cic. Sen. 7., Ter. Ph. 2, 1, 20., Ad. 4, 1, 2. et Heaut. 1, 1, 21. et Ov. Met. 11, 34. P Etiam de actu Venereo. Auct. Priap. 4. rogatque tentes, Si pictas opus edat ad figuras. Mart. 7, 18. Accessi quoties ad opus, mixtisque movemur Inguinibus. Pl. As. 5, 2, 23. Ille foris opere faciundo lassus noctu adventit. P Nunquam ponitur pro artificio. Cic. Verr. 2, 4, 56. Bullas aureas omnes ex his valvis non dubitavit auferre: quarum iste non opere delectabatur, sed pondere; et ib. 14. Hydria Boeti manu facta praeclearo opere, et grandi pondere; et ib. 21. Haec autem omnia antiquo opere, et summo artificio facta. Valer. Imp. in ep. ap. Trebell. Claud. 14. Argenti in opere annua pondo quinquaginta, h. e. argenti facti. P Sumitur interdum pro opera. Cic. Dic. 2, 27. Ita leves atque inconsiderati sumus, ut si mures corroserint aliquid, quorum est opus hoc unum, monstrum putemus. Virg. A. 8, 515. sub te tolerare magistro Militiam, et grave Martis opus, tua cernere facta Assuescat. Ov. Met. 12, 112. opusque meae bis sensit Telephus hastae, h. e. vulnus, et auxilium. [*V. Doederl. 1, 113. sq. qui opus de eo tantum labore dici posse videri docet, quem animal, servus, miles ex aliorum arbitrio et consilio perficeret: opera semper liberae voluntatis et certi esse propositi.] P Ablativus opere est magnopere. Pl. Truc. 2, 7, 27. Jussit opere orare, ut haec grata haberet tibi. V. MAGNOPERE. P [*Confund. opus et onus. V. Ruhnck. ad Vell. 2, 95, 1.]

OPUS, indecl. [*significat id, quod fieri debet, conducit, res est, prorsus ut Gr. ἔργον τοῦτ]. Differt a necesse est, i. e. evitari non potest: item ab egeo et indigeo, quibus significantur ea, quorum usu carere nullo modo possumus. Sen. ep. 95. med. meas non quod opus est, sed quod necesse est. Pertinent huc etiam ista: Cic. Div. 2, 4. Sorites, quem si necesse sit, Latino verbo liceat acervalem appellare: sed nihil opus est. Id. Fam. 1, 9. f. Legem curiatam consuli ferri opus esse, necesse non esse: in quibus Noster utrumque vocabulum idem esse dixerat. In multis tamen hanc distinctionem fere confundi ostendit Perizon. ad Sanct. p. 796. n. 7. Sen. ep. 9. Chrysippus ait, sapientem nulla re indigere, et tamen multis illi rebus opus esse: contra stulto nulla re opus est, nulla

enim re scit uti, sed omnibus eget. Quid oportet distet et quae sunt reliqua synonyma, v. in h. v. P Simpliter, ita tamen ut facili negotio ex verborum contextu intelligas, quo pertineat, ponitur in his: Cic. Fam. 5, 11. Eamque, si opus esse videbitur, conveniam. Suet. Aug. 37. et alterum recognoscendi turmas Equitum, quotiescunque opus esset. P Constructur cum ablativo objecti et dativo subjecti. Cic. Leg. 3, 2. Magistratibus opus est. Liv. 24, 8. Tum viro et gubernatore opus est. Nep. Milt. 4. quam celeri opus esset auxilio. Cic. Fam. 9, 25. Auctoritate tua nobis opus est, et consilio et etiam gratia. Id. Att. 12, 27. med. gratia opus est nobis tua, tuaque auctoritate. Liv. 6, 6. nec dictatore unquam opus fore reipublicae. P Cum nominativo objecti: ubi opus est non adjective ut Forc. docuerat, sed appositionis lege cum vi quadam positum est. Cat. R. R. 14. Materiam, et quae opus sunt, dominus praebebit. Varr. R. R. 1, 18. Minus multi opus sunt boves. Nep. Them. 1. celeriterque, quae opus erant, reperiebant. Cic. Fam. 2, 6. med. Dux nobis, et auctor opus est. Id. Inv. 2, 19. Hujus nobis exempla permulta opus sunt. Pl. Capt. 1, 2, 61. Maritimi omnes milites opus sunt tibi. Varr. R. R. 3, 14. Cochleis parvus cibus opus est. Lucr. 5, 230. Nec crepitacula eis opus sunt. V. Eichstadt. ind. Lucr. et Gloss. Liv. s. v. Adde fr. Cic. de Republ. et Varr. ap. Non. 9, 5. Plura habet etiam Ramsh. Gr. Lat. §. 142. p. 430. P Ita maxime constructur, propter orationis perspicuitatem, in adjectivis et pronominiibus neutrius generis. Cic. Par. 6, 1. Quantum cuique opus est. Brut. 28. Lentulus ad rem publicam duntaxat quod opus esset, satis habuisse eloquentiae dicitur. Fam. 16, 5. Xenomenes omnia pollicitus est, quae tibi essent opus. Claud. Quadrig. ap. Gell. 17, 2. Nihil sibi divitias opus esse. Ter. Haut. 5, 1, 20. Sponsae vestem, aurum atque ancillas opus esse. Cic. Or. 1, 59. Quis neget, opus esse oratori nonnunquam Roscii gestum et venustatem; et Ferr. 1, 48. Verres multa sibi opus esse aiebat, multa canibus suis, quos circa se haberet. cf. Non. 9, 5, 12. Plura et hujus generis exempla habet Ramsh. l. l. Cf. Rudim. 2, p. 66. sqq. P Interdum etiam cum genitivo objecti. Liv. 22, 51. ad consilium pensandum temporis opus esse; et 23, 31. quanti argenti opus fuit. Prop. 2, 8, 16. (3, 1, 11.) Pierides magni nunc erit oris opus. V. Ruddim. 2, p. 66. Simili ratione etiam Graeci loquuntur, ut Aristoph. Plut. 1159. Οὐ γὰρ δόλον ἔργον, ἀλλ' ἀπλῶν χρόνων. P Cum accus., quae rara est constructio. Laudaverat Noster Pl. Truc. 5, 10. Pueri opus est cibum. Id. ib. 1, 1, 71. Quid isti suppositum puerum opus pessimae. Cat. R. R. 15. Opus est calcis modium unum, arenae modios duos. V. Ruddim. 2, p. 68. P Sequitur inf. Cic. Att. 7, 8. Quid opus est de Dionysio tam valde affirmare? Fam. 16, 14. Nunc opus est te animo valere, ut corpore possis: Ov. Am. 1, 11, 23. Quid digitos opus est graphio lassare tenendo. Plin. 28, 13, 56. Quaecunque moliri opus est. — Interdum omittitur infin. Cic. Sen. 1. extr. Quid opus est plura? scil. proferre. P Cum conjunctivo et ut particula. Pl. Truc. 5, 11. Opus nutrici autem, utrem ut habeat veteris vini largiter, ut dies noctesque potet; et 2, 6, 19. Nunc tibi opus est, aegram ut te assumules. Id. ib. 2, 3, 7. mihi prae lassitudine opus est ut lavem. P Cum ablativo participii praeteriti neutr. gen. Liv. 8, 13. Maturato opus est. Sall. Cat. 1. Prius, quam incipias, consulto, et ubi consulueris, mature facti opus est. Tac. H. 1, 62. Nihil in discordiis civilibus festinatione tutius: ubi facti magis, quam consulto opus est. Cic. Mil. 19. Erat nihil, cur properato opus esset. P Etiam adjuncto substantivo. Cic. Att. 10, 4. Opus fuit Hirtio convento: cf. Liv. 39, 11, 5. Adde Eund. 34, 61. Hanibal Aristonem quandam Carthaginem cum mandatis mittit; edit nomina eorum, quibus conventis opus esset. Pl. Ps. 2, 4, 42. Quinque inventis opus est argenti minis mutuis, quas hodie reddam. P Etiam cum ablativo supini. Cic. Inv. 1, 20. Narratio brevis erit, si non longius, quam quod scitu opus est, in narrando procedetur. Ter. Haut. 5, 1, 68. ita dictu opus est; et Ad. 4, 7, 22. Si illud quod maxime opus est jactu, non cadit. Sym. ep. 3, 50. Si quid praeterea scitu opus est. P Sunt etiam loci, in quibus opus est, absque omni necessitatis notione, positum videtur pro expedit, conducit, etc. Cic. Am. 24. f. Atque haud scio, anne opus sit quidem, nihil unquam omnino deesse amicis. Adde Off. 3, 22. Quale fuisset Reguli factum, si aut de captivis, quod sibi opus esse videretur, non, quod rei publicae, censuisset; et ib. 11. Se habere consilium rei publicae salutare; sed, id sciri, non opus esse. V. ad utrumque locum Beier: coll. Heindf. ad Hor. Sat. 1, 9, 27. P Opus habeo, opus est mihi Colum. 9, 1. med. Ferae pecudes in vivariis ut graminibus, ita frugibus roburne opus habent.]

OPUSCULUM, i, n. ποιημάτων, parvum opus. Cic. Acad. 4, 38. Ut etiam inter Deos Myrmecides aliquis minorum opusculorum fabricator fuisse

videatur; et prooem. Par. f. Accipies igitur hoc parvum opusculum lucubratum his contractioribus noctibus. Hor. Ep. 1, 19, 35. mea cur ingratus opuscula lector Laudet, ametque domi.

OR

ORĀ, ae, f. ὄρα, extrema cujusque rei pars. Volunt esse ab ὄρος, terminus, quamvis obstet quantitas, et aspiratio in priori vocali. [*Recte Doederl. 3, 211. improbata hac notatione a Gr. ὄρος, vel ut alii volunt, ὄρα facta, v. ora derivat ab os, demonstrans utriusque vocabuli cognationem, atque unam eandemque originem.] Cic. Fin. 2, 31. Regiones, quarum nulla esset ora, nulla extremitas. Id. N. D. 2, 40. Aether, extrema ora et determinatio mundi. Lucr. 4, 13. prius oras pocula circum Contingunt mellis dulci flavoque liquore. Virg. G. 4, 39. de apib.: tenuia cera Spiramenta linunt, fucoque et floribus oras Explant. Plin. 37, 10, 66. Ora gemmae. Cels. 5, 26. n. 23. Oras vulneris sutura jungit. Fest. Ora vestimentorum. Virg. A. 10, 243. clypei oras ambiit auro; et ib. 9, 528. Et mecum ingentes oras evolvite belli. Ubi Serv.: non tantum initia, sed etiam extrema bellorum: nam orae sunt extremitates. Est autem Ennianum: Qui potis ingentis ora evolere belli. P Saepe dicitur de fine terrarum, qua mare alluit. Differt tamen a litore, quia ora latius patet: quia est alicubi ora, ubi tamen litus non est. Cic. Fam. 12, 5. A prima ora Graeciae, usque ad Aegyptum. Id. N. D. 2, 39. Multitudo et varietas insularum, amoenitates orarum et litorum. Nep. Alc. 5. f. Multas praeterea Graecas urbes, quae in ora sitae sunt Asiae. Plin. 3, 4, 5. Intus regio Allobrogum: at in ora Massilia Graecorum, etc. Caes. B. G. 3, 8. Hujus civitatis est longe amplissima auctoritas omnis orae maritimae regionum earum. Virg. G. 2, 44. primi lege litoris oram. Sic Liv. 21, 51. Decem navibus oram Italiae legens. P Hinc oram solvere est a litore funem solvere, et navim in altum mittere. Liv. 22, 19. f. Vix dum omnes conscenderant, cum alii resolutis oris in ancoras evehantur. Id. 28, 36. f. In ipsis quoque trepidatum est navibus, dum, ne hostes cum suis simul irrumperent, trahunt scalas, orasque et ancoras, ne in moliendo mora esset, praecidunt, h. e. incidunt funes nauticos, et ancoralia. Quint. 4, 2. med. Navim prospexi, conscendi, sublatae sunt ancorae, solvimus oram, proventi sumus. Oram multi his locis (quibus adde Quint. ep. ad Tryph.) funem nauticum intelligunt, quo ad oram litoris navis religatur. Sunt etiam qui putant, oram minime mutare significationem, sed esse veluti formulam nautarum, qui dicerent oram solvere, pro solvere funem, quae orae navem adnectit, vel pro oram linguere, ab ora abscedere. P Per synecdochen sumitur pro quavis regione, etiam si mari non alluatur. Cic. N. D. 2, 66. Omnibus hominibus, qui ubique sunt, quacumque in ora ac parte terrarum. Hor. Od. 1, 26, 3. quis sub Arcto Rex gelidae metuatur orae. Ov. Met. 9, 254. defunctum terra coelestibus oris Accipiam. Virg. A. 3, 97. hic domus Aeneae cunctis dominabitur oris. Id. ib. 10, 706. ignarum Laurens habet ora Mimanta. P Est etiam plaga, cardo, pars coeli. Plin. 17, 2, 2. Connexa arborum ratio est, quas in oras debent spectare. Virgilius ad occasus seri damnavit, etc. P Pro zona terrae. Cic. Tusc. 1, 28. Globum terrae fixum in medio mundi, duabus oris distantibus habitabilem: quarum altera, quam nos incolimus, sub axe posita, altera Australis ignota nobis, quam vocant Graeci ἀντιπόδα: ceteras partes incultas, quod aut frigore rigeant, aut urantur calore. P Orae Acherontis sunt Inferi. Lucr. 6, 763. hinc animas Acherontis in oras Ducere forte Deos Manes inferne reamur. P Oras luminis vocat Id. 1, 22. et 170. et 179. et 2, 577. et al., regionem hanc terrarum, ubi luce fruimur et vita. Sic Virg. A. 7, 660. Furtivum partu sub luminis edidit oras. Al. leg. auras, ut G. 2, 47. Sponte sua quae se tollunt in luminis auras. Alicubi ap. Lucr. quoque auras quidam legendum putarunt: et est etiam qui credat oras eum pro auras dixisse, ut plostrum dicitur pro plaustrum, coda pro cauda, etc. Sed non est necesse ad haec recurrere. P Oram, inquit Fest., pro initio rei posuit Caecilius (est enim initium altera rei extremitas) cum ait: Oram reperire nullam, quam expediā, quo. Al. leg. qua me expediā. P Denique Ora, vel Hora, Ὄρα, Dea est pulchritudinis, et juventutis: et Graeca ipsa vox id sonat. V. HERSILIA. Ov. Met. 14, 850. et priscum pariter cum corpore nomen Mutat, Oramque vocat: quae nunc Dea juncta Quirino est. V. HORA. [*Confund. ora et hora. V. Cort. ad Lucan. 6, 416. — Oris, arvis et agris. Id. ib. 1, 224.]

ORABILIS, e, adj. qui orari, vel rogari potest. Not. Tir. p. 106. Orabilis, exorabilis, inexorabilis. F.]

ORACULUM, i, n. χρησμός, μαντεῖον, Deorum responsum. Cic. Top. 20. Oracula ex eo ipso ap-

pellata sunt, quod inest in his Deorum oratio. Sen. Controv. praef. 1. med. Quid est enim oraculum? nempe voluntas divina hominis ore enunciata. Cic. Div. 1, 18. Cujus generis oracula etiam habenda sunt, non ea, quae aequatis sortibus ducuntur, sed illa, quae instinctu divino afflatuque funduntur; et 43. Lacedaemonii de rebus majoribus semper aut Delphis oraculum, aut ab Hamone, aut a Dodona petebant. Id. Tusc. 1, 48. f. Quod oraculum erat datum, si rex interfectus esset, victrices Athenas fore; et mox: Menoecus, oraculo edito, largitus est patriae suum sanguinem. Id. Off. 2, 22. Apollo Pythius oraculum edidit, Spartam nulla re alia, nisi avaritia, perturam. Al. leg. oraculo. [*V. Beier. ad h. l. qui oraculum edidit servat, quibus verbis nihil aliud significari docet, nisi periphrasin verbi in sequentibus positi praedixisse.] Id. Rosc. Am. 24. Cum praesertim Deorum immortalium jussis atque oraculis id fecisse dicantur. Id. Sen. 21. Socrates, qui est omnium sapientissimus oraculo Apollinis judicatus. Virg. A. 2, 114. Suspensum Eurypylum scitatum oracula Phoebi Mittimus. Id. G. 4, 449. Venimus hinc lapsis quaesitum oracula rebus. Id. A. 3, 456. Oracula poscere. Ov. Met. 3, 8. consulere. P De ipso loco, in quo responsa dantur. Cic. Div. 1, 19. Nunquam illud oraculum Delphis tam celebre et tam clarum fuisset, neque tantis donis refertum omnium populorum atque regum, etc. Plin. 12, 23, 49. Hammonis oraculum, juxta quod gignitur arbor. Adde Liv. 23, 11. P Est et oraculum, cum in somnis parens, vel alia sancta gravisque persona, seu sacerdos, vel etiam Deus, aperte eventurum quid, aut non eventurum, faciendum, vitandumve denunciat. Ita Maer. Somn. Scip. 1, 3. Itaque accipitur pro vaticinio universim, sive a Deo, sive ab homine fiat. Cic. Div. 1, 50. extr. Credo etiam anhelitus quosdam fuisse terrarum, quibus inflatae mentes oracula fundent; et ib. 32. Exposui somnii et furoris oracula. P Item pro dicto, et sententia celebri, ac notatu digna. Id. N. D. 1, 24. Haec ego nunc physico-rum oracula fundo: vera, an falsa, nescio. Plin. 18, 6, 8. n. 1. Inde illa reliqua oracula: nequam agricolam esse, etc. P Oraculum syncope, ut periculum. Ov. Met. 1, 321. Fatidicamque Themis, quae tunc oracla tenebat.

ORAMENTUM, i, n. oratio, preces. Pl. Truc. 2, 2, 62. Illum spero mutari blandimentis, ornamentis ceteris meretriciis. Ita leg. Meursius, et Goldast., alii ornamentis.

ORANI, orum, populi Asiae, ultra Maeotin lacum. Plin. 6, 7. B. A.

ORARIUM, ii, n. parvum linteum ori tergendum. Casaub. ad Vopisc. Aurel. 48. extr. docet, fuisse linteum oblongum et latum: cujusmodi vocant Ecclesiastici scriptores, quod sinistro brachio sacerdotis imponitur. Vopisc. l. c. Ipsum primum donasse oraria populo R., quibus uteretur populus ad favorem, h. e. in plausibus circi et theatri: cum antea togas jactare mos esset. Lips. elect. l. 2. c. 10. putat, fuisse velum, quo facies et os velaretur, fieretque vox acclamantium resonantior: quod Casaub. merito improbat. August. C. D. 22, 8. n. 7. Tunc sicut potuit, oculum lapsam atque pendentem, loco suo revocatum, ligavit orario. Prud. aeg. orop. 1, 86. Hic sui dat pignus oris, ut ferunt, orarium. Etiam Lucilium hac voce usum quidam putarunt illo versu, ap. Non. 14, 16. Ricini aurati, riciae, atque oraria, mitrae. Sed Casaub. duo tantum priora verba Lucilii esse censet, cetera Nonii illa explicantis. Usurpat etiam Hieron. ep. 52. n. 9., et cum sudario conjungit. P De aliis orarii usibus sequiori aevo multa ibi Casaub., item Ducang. in Gloss.

ORARIUS, a, um, adj. ab ora, ut Oraria navis, parvae molis, et ad legendas tantum oras litorum apta. Plin. ep. 10, 26. Nunc destino partim orariis navibus, partim vehiculis provinciam petere.

ORATĀ, ae, f. genus piscis appellatur a colore auri, quod rustici orum dicebant, ut auriculas, oriculas. Itaque Sergium quandam praedivitem, quod duobus annulis aureis, et grandibus uteretur, Oratam dicunt esse appellatum. Festus. At Varr. R. 3, 3. f. et Colum. 8, 16. med. Sergium illum inde dictum voluit, quod ejus piscis studiosissimus fuerit. V. AURATA.

ORATELLI, orum, populi Alpini, de quibus Plin. 3, 20. B. A.

ORATIM, adv. per oras, ut oppidatim, vicatim. Solin. 3. Ut oratim omnes insulas legamus. Al. leg. ut moratim omnium insularum oras legamus.

ORATIO, onis, f. λόγος, locutio, sermo, compositum ex pluribus dictionibus seu vocibus, quo homines animi sui sensa exprimunt: ab oro. Cic. Off. 1, 4. Natura vi rationis hominem conciliat homini et ad orationis, et ad vitae societatem. (Adde Fam. 6, 14.) Ter. Andr. 1, 5, 16. Oratio haec me miseram exanimavit metu. Cato ap. Plin. praef. H. N. f. Scio, quae scripta sunt, si proferantur, multos fore qui vitiligent. Eorum ego orationes sino praeterfluere. Caes. B. G. 2, 39. Videtis, ne mili-

tes, captivorum orationem cum perfugis convenire? *Cic. N. D.* 1, 44. Epicurus re tollit, oratione relinquit Deos. *Gell.* 11, 1. In historiis, quas Timaeus oratione Graeca de rebus populi R. composuit. Adde 18, 10. *f. Caes. B. G.* 1, 2. Ingressus in eam orationem, non oportere, etc. *P* Speciatim dicitur de locutione oratoria. *Cic. Or.* 19. Quamvis omnis locutio oratio est, tamen unius oratoris locutio hoc proprio signata nomine est. *Id. Or.* 3, 43. *extr.* Collocatio verborum junctam orationem efficit, cohaerentem, laevem, aequabiliter fluentem; et *ib.* 25. Oratio gravis, erudita, liberalis, admirabilis, polita, conspersa quasi verborum sententiarumque floribus; et *ib.* 1, 54. diserta et oratoria; et *ib.* 3, 25. concinna, distincta, ornata, festiva; et *ib.* exilis, inculta, vulgaris, obsoleta; et *ib.* 2, 53. varia, copiosa; et *Brut.* 79. splendida et grandis; et *ib.* 24. incitata, gravis, vehemens; et *ib.* 55. incitata et volubilis, nec ea redundans tamen, nec circumfluens; et *ib.* 95. cum incitata et vibrans, tum accurata et polita. *Id. Or.* 2, 43. Non semper fortis oratio quaeritur, sed saepe placida, submissa, lenis. *Quint.* 4, 1. *med.* simplex atque illaborata. *Id.* 10, 1. sancta, gravis et castigata; et 8, 3. sublimis, florida, jucunda; et *ib.* hebes, sordida, jejuna, tristis, ingrata, vilis. *Cic. Or.* 20. contorta et acris; et *ib.* tracta et fluens. *Petr. Sat.* 2. Grandis, et, ut ita dicam, pudica oratio non est maculosa, nec turgida, sed naturali pulcritudine exurgit. *Cic. Or.* 3, 48. et *Brut.* 8. Oratio polita, accurata, et facta quodammodo; et *ib.* 79. facta et perurbana; et *Or.* 5. aspera, tristis, horrida, neque perfecta, neque conclusa; et *ib.* laevis, instructa, terminata. *Auct. ad Her.* 4, 10. *med.* Oratio, quae turget, et inflata est; et 11. Aridum et exsangue genus orationis, quod non alienum est, exile nominari. *Cic. Or.* 1, 14. *extr.* Orationem facere et polire. *Id. Inv.* 2, 15. distinguere et illustrare. *Id. Or.* 3, 43. translatis verbis, tanquam stellis quibusdam, notare et illuminare. *Caes. B. G.* 2, 18. habere adversus rempublicam. *Cic. Tusc.* 5, 33. habere multam de re aliqua. *Id. Planc.* 30. habere in senatu; et *ib.* recitare; et *ib.* de scripto dicere. *Quint.* 2, 17. scribere. *Caes. B. G.* 3, 17. instituire. *Cic. Att.* 15, 1. *med.* Oratio scripta elegantissime. *Petr. Sat.* 2. Levibus atque inanibus sonis ludibria quaedam excidando, effecistis, ut corpus orationis enervaretur et caderet. *Nep. Cat.* 3. Orationes conficere. *Cic. Fin.* 2, 1. *f.* Cum fertur, quasi torrens, oratio, quamvis multa cujusquodamodi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nusquam orationem rapidam coarctas. *Id. Sen.* 10. de Nestore: Ex ejus lingua melle dulcior fluebat oratio. *Id. Fin.* 5, 28. Proclivius currit oratio. *P* Interdum publici libelli, et litterae, in quibus aliquid ad rempublicam pertinens perscribitur, orationes vocantur. *Suet. Ner.* 15. De quibusdam rebus orationes ad senatum missas, praeterito quaestoris officio, per Coss. plerumque recitabat. *Id. Tit.* 6. Orationesque in senatu recitaret, etiam quaestoris vice. *Tac. A.* 16, 27. Et oratio principis per quaestorem ejus audita est. Patres arguebat, etc. *Suet. Aug.* 65. De filia absens, ac libello per quaestorem recitato, notum senatui fecit. *P* Pro facultate dicendi, seu eloquentia. *Cic. Brut.* 45. Satis in eo fuit orationis atque ingenii, quo, etc. *Mart.* 5, 28. Pietate fratres Curtios licet vincas, Oratione Regulos, jocos Paulos. *P* De prosa oratione. *Cic. Or.* 21. Saepissime et in poematis, et in oratione peccatur. *P* Ap. Ecclesiasticos scriptores est sermo, et precatio, quae ad Deum habetur: nam orare est etiam precari, petere. *Tert., Hieron., August.* multis in locis. Quod ait *Gell.* 13, 22. Compredationes Deorum immortalium, quae ritu Romano fiunt, expositae sunt in libris sacerdotum populi R., et in plerisque antiquis orationibus: orationes intellige habitas in causis, in quibus oratores interdum solent Deos invocare, et ad eos verba dirigere: quod *Cic.* facit *Verr.* 2, 5, 72., *Mil.* 31., *Dom.* 57. etc. *ORATIUNCULA*, ae, f. *λογάριον*, parva oratio. *Cic. Brut.* 19. *extr.* Inducant oratiunculae, tum historia quaedam Graece scripta dulcissime. *Id. N. D.* 3, 17. Oratiuncula aureola. Adde *Att.* 13, 19. et *ib.* 15, 3. *ORATOR*, oris, m. *ἀγορευτής*, qui dicendi peritus est, et publicas privatasque causas agit: qui potest dicere prudenter, copiose et ornate de omnibus rebus, quaecumque in disceptationem cadunt: ab *oro*, dico. De universa ejus facultate, officio, et laudibus legendi aurei sunt *Ciceronis* libri, et studioso eloquentiae vel memoriter addiscendi. *P* Differt a rhetore, qui oratoriam artem alios docet: orator autem exercet. *Sidon.* tamen oratorem pro rhetore posuit, *ep.* 5, 5. Pueritiam tuam competenter scholis liberalibus memini imbutam, et saepenumero acriter eloquenterque declamasse coram oratore, etc. Contra rhetorem pro oratore posuisse videtur *Cic. Fin.* 2, 6. et *Or.* 2, 3. *V. RHETOR.* *P* Per antonomasiam orator est Cicero. *Lactant.* 1, 9. *P* Etiam legatus orator dicitur: vel quia orare etiam agere significat, ut *Fest.* docet (*V. ORO*), vel ab oratione, ut placet *Varr. L. L.* 6, 13. *med.*, quia verba facit apud eum, ad quem le-

gatur. Unde *Ennius ib.* Oratores doctiloqui. *Id. ib.* Orator sine pace venit, regique refert rem. *Liv.* 1, 15. *med.* Veientes pacem petunt oratores Romam mittunt. *Id.* 30, 16. Oratores ad pacem petendam mittunt triginta seniorum principes. *Id.* 9, 45. *extr.* Ut Frenani mitterent Romam oratores pacis petendae, amicitiaeque; et 43. *f.* Ad senatum pacis oratores missi. *Cic. Brut.* 14. C. Fabricius ad Pyrrhum de captivis recuperandis missus orator. *Id. Leg.* 2, 9. Foederum, pacis, belli, induciarum oratores faciales, etc. *P* Neque solum petendi causa aliquid, sed et repetendi orator dicitur. *Op. Met.* 13, 196. Mittor et Iliacas audax orator ad arces, Accusoque Parin, praedamque, Helenamque reposito. *Al. leg. hortator.* *Varr. ap. Non.* 12, 43. Faciales legatos res repetitum mittebant quatuor, quos oratores vocabant. *P* Orator, simpliciter, precator, rogator: nam orare est precari, petere. *Pl. Poen.* 1, 2, 144. *Mi.* Quid faciam? *Agor.* exora, blandire, expalpa. *Mi.* faciam sedulo. Sed vide sis, ne tu oratorem hunc pugnis pectas postea. *Id. Rud.* 3, 2, 38. cum Epignomus dixisset parasito, petenti admitti ad coenam v. 38., non aequum esse eum inter oratores Ambracienses accipi; respondet parasitus v. 39. Equidem hercle orator sum, sed procedit parum, h. e. peto quidem coenam, sed parum proficior.

ORATORIE, adv. *ὄρατορος δεικν*, more oratorum. *Cic. Or.* 68. Nihil est enim aliud pulere, et oratorie dicere, nisi optimis sententiis, verbisque lectionissimis dicere.

ORATORIUS, a, um, adj. *ὄρατορικὸς*, ad oratorem spectans. *Cic. Or.* 1, 54. Sic illam orationem disertam sibi et oratoriam, fortem et virilem non videri. *Id. Brut.* 75. Ornamenta oratoria. *Id. Acad.* 1, 8. Oratoria vis dicendi. *Quint.* 11, 3. *med.* Oratoria gestus. *Id.* 9, 4. *med.* numerus. *P* Oratoria absolute, h. e. oratoria ars. *Quint.* 2, 14. *P* Oratorium, absolute, locus fundendis ad Deum precibus destinatus. *August. ep.* 109. In oratorio nemo aliquid agat, nisi ad quod factum est: unde et nomen accepit.

ORATRIX, icis, f. mulier quae orat. *Pl. Mil.* 4, 2, 80. Me oratricem haud sprevisi. [*Cic. de Rep.* (ed. A. Maio) 2, 8. Ex Sabinis virgines raptae postea fuerant oratrices pacis et foederis. *Id. ib.* 7. eadem Sabinas orantes dixerat. *F.*] *P* Alio sensu *Quint.* 2, 14. Rhetoricen in Latinum transferentes, tum oratoriam, tum oratricem nominaverunt.

**ORATURAE*, arum, Indiae populi. *Plin.* 6, 20. *B. A.*

ORATUS, a, um, part. ab *oro*: *Hor. Ep.* 1, 13, 18. prece multa oratus. *Id. Sat.* 2, 3, 176. per Divos. *Vell.* 2, 70. a medico. *Pl. Mil. a.* 5. v. 12. Oratus sum ad te venire huc. *Macr. Sat.* 5, 2. Oratus sis, inquit, Eustathi, ut haec quoque communita nobiscum velis. *P* *Orata*, orum, postulata, preces. *Ter. Hec.* 3, 3, 25. Cum orata ejus reminiscor. *Id. ib.* 4, 1, 60. Vereor, ne orata nostra nequeat diutius celare.

ORATUS, us, m. precatio, rogatio. In sexto casu. *Cic. Fl.* 37. An etiam scripsit oratu tuo? *Coripp. Laud. Just.* 2, 4. Ipse etiam procerum magnis oratibus actus.

**ORAXUS* vel *Oraxes*, i, fluvius quidam, de quo sic *Plin.* 18, 11. In eodem (metallo, i. e. in creta) reperitur et sulphur: emicantque fontes Oraxi oculorum claritati et vulnerum medicinae dentiumque firmitati. *Plin.* 18, 11. *B. A.*

ORBATIO, onis, f. *ὀρέησις*, privatio. *Sen. ep.* 87. f. Paupertas non per positionem, sed per detractionem dicitur, vel, ut antiqui dixerunt, per orationem: Graeci dicunt *κατὰ ὀρέησιν*.

ORBATOR, oris, m. qui privat. *Op. Met.* 13, 500. Exitium Trojae, nostrique orbator Achilles, h. e. qui nos filiis privavit.

ORBATUS, a, um, part. ab *orbo*: privatus, *σπειρωθείς*. *Cic. Cluent.* 15. f. Mater orbata filio. *Id. Fam.* 6, 6. Omni spe salutis orbatus; et *ib.* 4, 9. f. Patria multis claris viris orbata. *Id. Tusc.* 1, 6. Pompejus tanta gloria, dignitate tanta orbatus. *Id. Brut.* 2. Forum voce erudita spoliatum atque orbatum. *Sen. Octav.* 109. Orbata fratre. *Suet. Vesp.* 7. Luminibus orbatus.

ORBIFACIO, is, a. 3. orbifacio, seu orphanum facio. *Gloss. Philox.* Orbefacio, *ὀρφανίζω*. *F.*

**ORBELUS* vel *Orbelus*, i, *Ὀρβήλος*, mons Macedoniae. *Plin.* 4, 10. *P* *Mela* 2, 2. *med.* in Thracia ponit. *B. A.*

ORBICULARIS, e, adj. qui in orbem ducitur. Ita appellabant Itali antiqui, teste *Appul. Herb.* 17., herbam, quae Graece eodem sensu *κυκλῆμιος*, et Latine cyclaminos et cyclaminis dicitur. *Marc. Empir.* 4. Aqua, vel succo herbae cyclaminis, quae orbicularis dicitur, caput lavato. *F.*

ORBICULATIM, adv. *κυκλῆδόν*, per orbes et circulos, quasi circulatim. *Plin.* 11, 37, 67. Sed quibus cervix et multus, vertebratisque orbiculatim ossibus flexilis, etc.

ORBICULATUS, a, um, part. ab *orbiculus*: *κυκλικός*, in orbem et circuitum conformatus. *Plin.* 27, 13, 109. Caulium capita orbiculata. *Id.* 24,

15, 85. Orbiculatus foliorum ambitus. *Coel.* ad *Cic. Fam.* 8, 15. Quid est? nunc tibi nostri milites, qui durissimis et frigidissimis locis deterrima hieme bellum ambulando confecerunt, malis orbiculatis pasti videntur? *h. e.* delicate et laute nutriti. Nam mala orbiculata, quae, ut *Plin.* docet 15, 14, 15., dicta sunt a figura orbis in rotunditatem circumacti, inter laudatiora recensentur a *Varr. R. R.* 1, 59., *Colum.* 5, 10. *f.*, *Plin. l. c.* et *Macr. Sat.* 2, 15. Ea sine cura toto anno servari posse, scribit *Pall.* 3, 25. *med.* Inter ea, quae stomacho idonea sunt, *Cels.* enumerat 2, 24. *Plin.* vero *ib.* in Epiro primum provenisse, argumento ait esse Graecos, qui Epirotica vocant. Etiam pira orbiculata memorat *Macr. l. c.*

[*ORBICULOR*, aris, dep. 1. in orbem ago. *Gloss. Philox.* Orbiculatur, *κυκλῆω*. *F.*]

ORBICULUS, i, m. *σφαιρίδιον*, parvus orbis, circulus, rotula. *Cato R. R.* 3. Trochleas Graecanicas binas, quae funibus sparteis ducantur. Orbiculis superioribus octonis, inferioribus senis citius duces. Sic *Vitr.* 10, 5. Hoc genus machinae polystaston appellatur, quod multis orbiculorum circuitionibus et facilitatem summam praestat, et celeritatem. *Colum.* 4, 30. *med.* Orbiculus dipondarius. *Plin.* 25, 13, 94. Radix concisa in orbiculos servatur in vino. *Varr. R. R.* 4, 52. Tragulum ex assibus dentatis cum orbiculis, quod vocant postellum Poenicum.

ORBICUS, a, um, adj. *περίδρομος*, in orbem actus. *Varr. ap. Non.* 2, 614. Sidera coeli, circum terram atque axem quae volvuntur motu orbico. Adde *Arnob.* 2, 83.

ORBIFICO, as, a. 1. orbem facio, privo. *Accius ap. Non.* 2, 852. Pernici orbifitor liberorum leto, et tabificabili.

ORBILĒ, is, n. volunt esse externam rotae partem, quae radiis sustinetur in illo *Varr. R. R.* 3, 5. *f.* Ita ut ad extremum, ubi orbile solet esse acutum, tabula cavata sit, ut tympanum. [*Schneiderus* legend. putat: ubi orbis solet esse ligneus. *F.*]

[*ORBILIUS*, ii, m. fuit hoc nomine grammaticus Beneventanus, Pupilli cognomine, fortasse ex morte parentum, qui, ut narrat *Suet. Gramm.* 9., una atque eadem die inimicorum dolo interempti sunt. Hic Romae tempore Ciceronis grammaticen docuit, et cum esset in discipulis acer, ideo *plagosus* ab *Hor. Ep.* 2, 1, 71. appellatur. Vixit prope ad centesimum aetatis annum, amissa jam pridem memoria, relicto ex se filio Orbilio et ipso grammatico. *V. Suet. l. c.* et *De Vita Antiq. Benev.* p. 205. et sqq. *F.*]

ORBIS, is, m. *κύκλος*, *σφαῖρα*, circulus, sphaera, globus. Volunt esse ab antiquo *urvus*, reflexus, sursum inflexus. *Cic. Univ.* 7. *f.* Hanc omnem conjunctionem in orbem torsit. *Juven.* 6, 495. petique comas, et volvit in orbem. *Op. Met.* 2, 715. Curvare aliquid in orbem; et *ib.* 12, 468. certumque equitavit in orbem. *Id. Amor.* 15, 6. de annulo: Et digitum justo commodus orbe teras; et *ib.* 178. Quique agitur rapidae victus ab orbe rotae. *Prop.* 4, 6, 6. Terque focum circa laneus orbis eat, h. e. lanea vitta. Sic *Virg. Ecl.* 8, 63. molli cinge haec altaria vitta. *P* Proprie differt a globo: *orbis* enim de plano corpore circulari dicitur, *globus* de solido rotundo. *Cic. N. D.* 2, 18. Cum duae formae praestantes sint, ex solidis globus (sic enim *σφαῖρα* interpretari placet) ex planis autem circulus, aut orbis, qui *κύκλος* Graece dicitur. *Id. Somn. Scip.* 4. Novem orbibus, vel potius globis connexa sunt omnia. *P* Hoc tamen discrimen non semper servatur. Dicitur enim orbis de re quacumque rotunda. *Sen. ep.* 86. Nisi parietes magnis et pretiosis orbibus refulerunt, h. e. marmoribus in rotundum sectis. Sic *Juven.* 11, 173. Qui Lacedaemonium pytismate lubricat orbem. *V. PYTISMA.* *P* Itaque usurpatur de mundo. *Op. Fast.* 1, 85. Jupiter arce sua totum cum spectet in orbem. Apud *Sil.* 5, 56. *orbis renatus* est dies oriente sole rediens. *P* De terra. *Op. Fast.* 5, 93. Hic, ubi nunc Roma est orbis caput, arbor et herbae, etc. Hinc *orbis terrarum* est terrae globus: et metonymice ipsi homines. *Cic. Verr.* 2, 4, 48. Ceres dicitur orbem omnium peragrasse terrarum. *Id. Agr.* 2, 13. Permittitur infinita potestas orbis terrarum, gentiumque omnium; et 28. Ager Campanus orbis terrae pulcherrimus. *Id. Fam.* 5, 7. *f.* Scito, ea, quae nos pro salute patriae gessimus, orbis terrae iudicio ac testimonio comprobari. *Tibull.* 3, 3, 30. Nec, quas terrarum sustinet orbis, opes. *Op. A. An.* 1, 174. atque ingens orbis in urbe fuit. *P* [**Orbem terrarum* Romani dicebant suum imperium. *V. Jacob. Perizonium in dissert. de Augustea orbis terrar. descriptione* §. 6. et *Cort. ad Cic. Fam.* 2, 16, 3. et *Teschuck. ad Eutrop.* 6, 17. p. 363. et 6, 25. p. 411. et 7, 15. p. 427.] *P* De parte terrae, seu regione. *Plin.* 12, 12, 26. In nostro orbe proxime laudatur Syriacum, mox Gallicum. *Juven.* 2, 108. Quod nec in Assyrio pharetrata Semiramis orbo fecit. *Op. Fast.* 3, 466. Eoo dives ab orbe redit. *P* De disco. *Op. Ib.* 590. Quo puer Oebalides, ictus ab orbe cadas. Adde *Stat. Th.*

6, 656. P De lancibus librae. *Tibull.* 4, 1, 43. inaequatum si quando onus urget utrinque, Instabilis natat alterno depressior orbe. P De disco, seu corpore solis et lunae. *Virg. G.* 1, 458. At si, cum referetque diem, condetque relatum, Lucidus orbis erit, frustra terreberet nimbis. *Or. Met.* 7, 530. quater junctis implevit cornibus orbem Luna, quater plenum tenuata retexit orbem. *Id. ib.* 179. ut cornua tota coirent, Efficerentque orbem. P De operculo rotundo, ut videtur. *Cato R. R.* 10. med. Abacum unum, orbis aeneos duos. Adde *ib.* 135. P De mensa rotunda. *Mart.* 2, 43. Tu Libycos Indis suspendis dentibus orbis: Fulcitur testa fagina mensa mihi. Adde 9, 60. Orbem mensae dixit *Or. Her.* 17, 87. P De speculo. *Mart.* 9, 18. Addidit et nitidum sacratis erinibus orbem, Quo felix facies iudice tota fuit. P De scuto. *Petr. Sat.* 89. Gladius retractant, commovent orbis manu. *Val. Fl.* 6, 345. ingentem Telamon procul extulit orbem, Exanimem te, Canthe, tegens. *Stat. Th.* 4, 130. latus omne sub armis Ferrea scuta terunt: humeros ac pectora late Flammeus orbis habet. Adde *Achill.* 2, 177., *Virg. A.* 10, 783. et *Sil.* 4, 328. P De mola, quae in trapeto vertitur ad exprimendum oleum. *Cato R. R.* 22. et 135. P De tabula rotunda lignea, quae oleas prelo premendas sustinet. *Id. ib.* 18. P De circulo rotae, quem radii sustinent: et de ipsa rota. *Virg. G.* 3, 361. Undaque jam tergo ferratos sustinet orbis. *Plin.* 8, 16, 19. Rotarum orbis circumacti. P De cavis oculorum foraminibus. *Or. Met.* 14, 200. de Polyphemo: Crudelesque manus, et inanem luminis orbem. *Stat. Th.* 1, 53. de Oedipo caeco: Tum vacuos orbis, crudum ac miserabile vitae Supplicium, ostentat coelo. P De ipsis oculis. *Or. Amor.* 1, 18, 16. gemino lumen ab orbe venit. *Val. Fl.* 4, 235. Sanguineoque rotat furis ardentibus orbis. *Id.* 6, 246. laevum per luminis orbem Transigitur. *Virg. A.* 12, 670. Ardentes oculorum orbis ad moenia torsit. P De spiris anguium. *Id. ib.* 2, 201. immensis orbibus angues Incumbunt pelago. Adde *Stat. Th.* 5, 514. P Orbis ablaqueationis est fossura in orbem facta circa imos arborum truncos. *Colum.* 4, 4. Dum exaltare fortius orbem ablaqueationis fossor studet, obliquam vitem plerumque sauciat. *Id.* dixit 5, 9. f. altis gyris ablaqueare. P In illo *Statii Sil.* 1, 6, 86. Descendit media nitens arena Densas flammeus orbis inter umbras, Vincens Gnoxiacae facem coronae: orbis videtur esse lychnechus ingens, plures habens faces in orbem dispositas. P Saepae orbis dicuntur coelestes circuli, quibus infixa astra assiduo voluntur. *Cic. Somn. Scip.* 3. Splendidissimo candore inter flammam circus elucens, quem vos, ut a Grajis accepistis, orbem lacteum nuncupatis. *Lucan.* 1, 77. fratri contraria Phoebe Ibit, et obliquum bigas agitare per orbem Indignata, diem poseet sibi. *Cic. N. D.* 2, 20. Mercurii stella anno fere vertente signiferum lustrat orbem. *Plin.* 2, 3, 3. Circumactorum simul tinnitus siderum, suosque volventium orbis. P Item ipsi cursus astrorum circumvolventium se. *Cic. Somn. Scip.* 3. Sidera circulos suos orbisque conficiunt celeritate mirabili. P Aliarum item rerum, quae in gyrum aguntur. *Val. Fl.* 6, 239. Orbibus hos rapidis, mollique per aequora Castor Anfractu levioris equi deludit anhelos. *Plin.* 10, 34, 52. Columbarum crebris pedum orbibus adulatio. P De re convoluta. *Or. Met.* 12, 96. telum Torsit in Aeaciden, quod et aes, et proxima rupit Terga novena boum, decimo tamen orbe moratum. P De cursu annuo. *Virg. A.* 1, 273. Triginta magnos volvendis mensibus orbis Imperio explebit; et *ib.* 5, 46. Annuus exactis completur mensibus orbis. P Saepae etiam de ordine aciei in gyrum dispositae. *Caes. B. G.* 5, 33. Ut impedimenta relinquerent, atque in orbem consisterent; et *ib.* 4, 37. Cum illi, orbe facto, se defenderent. *Sil.* 13, 683. Tunc hostis socio desertos milite multum Ditor ipse viris, spisso circumdedit orbe, h. e. densa militum corona. *Sall. Jug.* 102. extr. Romani orbis facere, atque ita ab omnibus partibus simul tecti et instructi hostium vim sustentabant. *Liv.* 4, 28. Orbem volventes suos increpans, h. e. alio fugae causa inclinantes aciem. [*Sunt qui dicant, utrumque, et orbem et quadratum agmen, de ordine aciei quatuor lateribus instructo dici, hoc tantum discrimine interposito, quod hic inter se densus, illud non fuerit. Quam vere haec dicta sint, v. in *quadratus.*] P Translate de iis, quae certo spatio recurring. *Liv.* 3, 16. Ecce, ut idem in singulos annos orbis volveretur, Hernici nuntiant, Volscos et Aequos referre exercitus; et 36. Cum ita priores decemviri servassent, ut unus fasces haberet, et hoc insigne regium in orbem, suam ejusque vicem, per omnes iret. P De periodo in oratione. *Cic. Or.* 3, 51. Cum circuitum, et quasi orbem verborum conficere non possent. *Id. Or.* 71. In Thucydidem orbem modo orationis desidero, ornamenta comparent; et 44. Ut forma ipsa concinnitasque verborum conficiat orbem suum. P Etiam illa sunt metaphorica. *Cic. Att.* 2, 9. Minore sonitu, quam putaram, or-

bis hic in republica est conversus. *Id. Planc.* 38. Stare omnes debemus, tanquam in orbe aliquo reipublicae: qui quoniam versetur, eam deligere partem, ad quam nos illius utilitas salusque converterit. *Quint.* 1, 10. Ut efficiatur orbis ille doctrinae, quam *εγκυκλοπαιδων* vocant. *Juven.* 5, 21. Tota salutatrix iam turba peregerit orbem. P Pro rotunditate. *Plin.* 9, 35, 56. Dos omnis unionum in candore, magnitudine, orbe. P In ablat. habet etiam orbi. *Cic. fragm. ap. Charis.* 1, 112. Orbi terrarum comprehensus. P *Rutil. ib.* Ex orbi terrarum. *Lucr.* 5, 75. terrarum qui in orbi sancta tuetur Fana, lacus, etc. P Orbs in recto dictum est a *Venant. Carm.* 8, 5. f. et *Carm.* 9, 2. f. non imitando. P Orbs est etiam genus piscis, qui durissimus omnium habetur, rotundus, et sine squamis, totusque capite constans. *Plin.* 32, 2, 5. P [*Confund. orbis et urbs. V. *Tzschuck.* ad *Eutrop.* 7, 15. p. 482.]

ORBITA, ae, f. vestigium rotae decurrentis. *Cic. Att.* 2, 21. Vix impressam orbitam videre possemus. *Id. Verr.* 2, 3, 3. Qui ex thesaurum orbitis praedari sit ausus, h. e. exigendo vias, per quas thesauri, h. e. sacra vehicula ducebantur. V. *ib.* 2, 1, 59. et *ib.* 2, 5, 72. med. P Item pro vestigio vinculi, quo vitis alligatur. *Plin.* 17, 23, 35. n. 26. Orbitas vinculi sentiunt vexatione non dubia. P *Sever. Act.* 230. Solis scire modum, et quanto minor orbita lunae, h. e. cursus in orbem circumactus. P Translate. *Varr. ap. Non.* 14, 37. Neque id ab orbita matrum familias instituti, quod, etc. *Juven.* 14, 37. Et monstrata diu veteris trahit orbita culpa, h. e. pravam exemplum. P Orbita, inquit *Auson.* in *Verr.* 2, 1, 59., duas res significat: nam orbita et rota ipsa intelligitur, et vestigium in molli solo.

*ORBITANA, ae, f. opp. Asiae ulterioris, ultra mare Caspium, in Aria regione. *Ammian.* 23. extr. B. A.

*ORBITANIUM, i, n. Italiae opp., in Samnio. *Liv.* 24, 20. B. A.

ORBITAS, atis, f. *ὀρβαστα*, privatio liberorum, aut parentum, idest status patrum post amissos liberos, vel filiorum, cum parentes amiserunt. *Cic. Fin.* 5, 28. Bonum liberi, misera orbitas. *Id. Or.* 1, 53. Ac se pop. R. tutorem instituisse dixisset filiorum orbitati. *Pl. Capt.* 3, 5, 105. Quasi in orbitatem liberos produxerim, h. e. quasi filios procreaverim, ut iisdem orbis essem. P Item viduitas. *Just.* 2, 4. Horum uxores cum viderent exsilio additam orbitatem, etc. P Translate pro quacumque privatione. *Cic. Fam.* 10, 3. med. Maxima orbitate reipubl. virorum talium. *Plin.* 7, 37, 37. Citra deformitatem oris curata orbitas luminis. *Id.* 35, 3, 6. Orbitas tecti. P Orbitates in plur. num. usurpat *Arnob.* 5, 188. et *Solin.* 40. med.

ORBITOSUS, a, um, adj. multis rotarum orbitis impressus. *Virg. Cat.* 8, 17. de Sabino: Et inde tot per orbitosa millia Jugum tulisse, laeva, sive dextera Strigare mulas, sive utrinque cooperat.

ORBITUDO, inis, f. idem ac orbitas, apud veteres. *Accius ap. Non.* 2, 599. Miseret lacrimarum, luctuum, orbitudinis. Adde *Turpil.* et *Pacuv. ib.* **Vet. Gloss.* *ὀρβαστα*, orbitudo, orbitas. B. A.

ORBO, as, avi, atum, a. 1. *ὀρβασίζω*, proprie est filios parentibus, vel parentes filii privare: ab *orbis*. *Cic. Off.* 1, 10. Theseus filio Hippolyto non esset orbatas. *Or. Met.* 2, 391. Orbatura patres aliquando fulmina ponat. P Translate sumitur pro privare generatim. *Cic. Pis.* 24. Cum orbabas Italiam juventute. *Id. Acad.* 4, 23. Non ergo is excaecat nos, aut orbat sensibus. *Plin.* 12, 8, 18. Paene equitatu orbatit Alexandrum.

ORBONA, ae, f. Dea, quae praest parentibus liberis orbatas, teste *Plin.* 2, 7, 5. et *Arnob.* 4, 131. et *Tert. ad Nat.* 2, 14. Hinc *Cic. N. D.* 3, 25. Febris fanum in Palatio, et Orbonae ad aedem Larum, et aram Malae Fortunae Exquilis consecratam videmus.

ORBUS, a, um, adj. qui sine filiis est, *ὀρβος*, vel sine parentibus, *ὀρβανός*. *Cic. Par.* 5, 2. f. Quem nutum locupletis orbi senis non observat? *Quint.* 7, 4. med. Liberalitas in paupere gratior, quam in divite: patre, quam orbo. *Cic. Q. Fr.* 1, 3. f. Filii mei, te incolumi, orbi non erunt. *Ter. Phorm.* 1, 2, 75. Ut orbae, qui sunt genere proximi, iis nubant. *Or. Her.* 6, 156. A totidem natis orba sit, aequo viro. [**Negat Rulank.* ad h. l. latine dici posse *orbis ab aliquo*, semperque esse hanc vocem cum solo ablativo construendam. Hinc amplectendam censet *Heinsii* conjecturam ab ipso desertam: Da, (sc. Jupiter) totidem natis orba sit, atque viro. Praepositionem probant *Rudim.* 2. p. 113. et *Ramsh. Gr. L.* §. 142, 1. n. 1.] *Juven.* 6, 269. orba tigride pejor. P Cum gen. *Or. Met.* 13, 595. Memnonis orba mei venio. P Translate. *Cic. ad Quir.* 5. Posteaquam orba respública consulis fidem, tanquam legitimi tutoris, imploravit. *Id. Leg.* 3, 3. f. Neve plebem orbam tribunis relinquunt. *Id. Fl.* 23. Usque eo orba fuit ab optimatibus illa concio. [**Alii: fuit optimatum.* V. *Rulank.* l. l.] *Or. Trist.* 1, 7, 35. Orba parente suo quicumque volumina tangis. P

Saepe universim sumitur pro carente quacumque re. *Cic. Fam.* 4, 13. med. Orbus iis rebus omnibus, quibus et natura me, et voluntas, et consuetudo assuefecerat. *Hor. Od.* 4, 2, 43. Forum orbum litibus. *Or. Trist.* 3, 2, 11. mare portubus. *Id. Pont.* 3, 2, 52. stat basis orba Dea. *Id. Met.* 1, 72. regio orba animantibus. *Id. Her.* 3, 93. orba fratribus; et *Pont.* 1, 2, 44. solitis nox venit orba malis; et *ib.* 4, 2, 5. Epistola orba numeris; et *ib.* 1, 3, 54. aequora semper Ventorum rabie, solibus orba, tument. *Id. Met.* 13, 195. lineata orba ventis. *Id. Amor.* 2, 2, 42. pectora fide; et *Her.* 21, 142. verba viribus. *Vell.* 1, 5. extr. Orbus omnibus sensibus. *Stat. Th.* 1, 74. visu regisque; et *ib.* 10, 7. Funera orba rogis. P Cum gen. *Pl. Rud.* 2, 3, 19. Orbus auxilii opumque. *Lucr.* 5, 838. Orba pedum. *Or. Met.* 3, 518. et *ib.* 14, 189. Orbus luminis. Sic *Plin.* 7, 43, 45. Orbam luminibus senectam exigere. *Sil.* 13, 725. Hic fraudes pacis. Pyrrhumque a limine portae Dejecit, visus orbus, h. e. Appius Claudius caecus. Sed visus potest esse etiam accusat. pluralis. *Id.* 14, 407. Orba gubernaculi subeuntem munera Taurum. P Orbi palmites dicuntur, qui oculo, seu gemma carent, et nihil pariunt. *Colum.* 4, 27. Nec orbos tantum detrahare palmites, verum etiam frugiferos. P *Orbum cubile*, nuptialis thalamus altero conjuge viduus. *Catull.* 66, 21. Et tu vero orbum luxti deserta cubile. P Etiam absolute orbus idem est ac orbus luminibus, caecus: hinc Itali orbo nunc dicunt. V. EPILEPTICUS.

ORCA, ae, f. *ὄρκα*, *ὄρκα*, belluae marinae genus: ita vero appellatur ab accusativo Graecae vocis allatae *ὄρκα*, et per syncopen *ὄρκα*, hinc *orca* Latine et Italice. *Festus*: Orca genus marinae belluae maximum dicitur: ad cuius similitudinem vasa quoque ficaria orcae dicuntur: sunt enim teretes, atque uniformi specie. *Plin.* 9, 6, 5. In Gaditano oceano balaenas tradunt condi statim temporibus in quodam sinu placido et capaci, mire gaudentes ibi parere. Hoc scire orcas, infestam his belluam, et ejus imago nulla representatione exprimi possit alia, quam carnis immensae dentibus truculentae. Irrumpunt ergo in secreta, ac vitulos earum, aut fetas, vel etiamnum gravidas lancinant morsu, incursumque, ceu liburnicarum rostris, fodiunt, etc. P Vas fictile salsamentis, ficis, vinis quoque condendis usum habens. Hoc sensu quidam volunt esse ab *ὄρκα*, vas fictile, Aeolica lingua. *Hor. Sat.* 2, 4, 65. At pingui miscere mero, muriaque decebit Non alia, quam qua Byzantia putruit orca; [*ubi v. *Heindf.*] et *Pers.* 3, 76. Maenaeque quod prima nondum defecerit orca. *Colum.* 12, 15. In orcas bene picatas ficum condere. *Plin.* 15, 19, 21. Ubi ficorum copia abundat, impletur orcae in Asia, cadi autem in Ruspina Africae urbe. *Varr. R. R.* 1, 13. f. Ubi conditum novum vinum, orcae in Hispania fervore musti ruptae, nec non dolia, in Italia. *Vopisc. Aurel.* 50. Phagon usque eo multum comedit, ut uno die ante mensam ejus aprum integrum, centum panes, vervecem et porcellum comederet, biberet autem infundibulo apposito plus orca. P Habet etiam alios usus. *Plin.* 35, 6, 20. de cerussa: Cerussa in oreis cremata. P Etiam pyrgum talorum *orciam* dici vult *Voss.* in *Elym.* afferens illud *Pers.* 3, 48. quid dexter senio ferret, Scire erat in voto, damnosa canicula quantum Raderet, angustae collo non fallier orcae; et *Pompon.* ap. *Prisc.* 3, 615. Interim dum contempnor orcam, taxillos perdidit. V. *Casaub.* in *Pers.* P De orca gemma V. OLCA. P Est etiam cogn. R., ut Q. Valerius Orca, ap. *Cic. Fam.* 13, 4, 5. et 6.

*ORCADES, um, sc. insulae, *Ὀρκαδες νήσοι*, insulae ad Scotiam in Oceano boreali, hodie *the Orkneys* vel *the Orkney islands*. *Mela* 3, 6. *Plin.* 4, 16. *Solin.* 22. (al. 35.) P Triginta numerat *Mela* l. c. astipulante fere *Ptolemaeo*; quadraginta *Plinius*; tres tantum *Solinus*, si lectio sana. *Solinus* animo intendisse, aut scripsisse etiam tres et triginta, suspicatur *Cellarius*; quem numerum *Orosius* 1, 2. approbavit. B. A.

[ORCHAMUS, i, m. *Ὀρχαμος*, Babyloniae rex, qui Leucothoen filiam suam, ab Apolline vitiatam, humi vivam defodit. *Or. Met.* 4, 212. F.]

ORCHAS, adis, f. V. ORCHIS.

*ORCHENI, orum, *Ὀρχηνοί*, populi Chaldaee. *Plin.* 6, 26. B. A.

[ORCHESTĀ, ae, m. *ὀρχηστής*, saltator, pantomimus. *Cassiod.* *Var.* 4, 51. His sunt additae horcistarum (lege *orchestiarum*) loquacissimae manus, linguosi digiti, silentium clamorosum, expositio tacita, quam Musa Polyhymnia reperisse narratur. F.]

ORCHESTOPOLARIUS, ii, m. *ὀρχησιόπολος*, qui rotando, et circumagendo se saltat: ab *ὀρχηστής*, saltator, et *πολιώ*, verto. *Firm. Math.* 8, 15. Ephalator, orchestopolarius, petauristarius. Alii leg. *orciscopolarius*, et urinatorem intelligunt.

ORCHESTRĀ, ae, f. *ὀρχήστρα*, ab *ὀρχησται*, saltator, apud Graecos locus erat in theatro, ubi chorus saltabat. Apud Latinos, eodem theatri loco sita alium usum habuit, nempe destinata fuit senatori-

bus ad spectandum, scilicet ann. U. C. DLVIII., cum, ut ait *Liv.* 34, 54., ludos primum senatus a populo secretus spectavit. *Vitr.* 5, 6. In orchestra senatorum sunt sedibus loca destinata. *Suet. Caes.* 39. Ludis D. Laberius eques R. mimum suum egit, donatusque quingentis sestertiis et annulo aureo, sessum in quatuordecim e scena per orchestram transiit. *Id. Aug.* 35. Senatoribus excusantibus servavit insigne vestis, et spectandi in orchestra, epulandique publice jus. *Id. Caes.* 76. Honores nimios recepit, perpetuum consulatum, statuum inter reges, suggestum in orchestra. *Id. Claud.* 66. Ludos dedicationis Pompeiani theatri e tribunali posito in orchestra commisit. P Metonymice est ipse senatus. *Juven.* 3, 177. Aequales habitus illic, similemque videbis Orchestram, et populum.

ORCHIA Lex, fuit de coenis, lata a C. Orchio tribuno pleb. de senatus sententia, tertio post anno, quam Cato censor fuerat, quae certum numerum convivarum praescribat, cavebatque, ut parentibus januis coenaretur, nequa legi fraus fieri posset. Haec fuit prima omnium, quae de sumptibus ad populum latae sunt. *Macr. Sat.* 2, 13.

[ORCHION, ii, n. herba eadem ac mercurialis, quae et testiculata: ab ὄρχις, testiculus. *Appul. Herb.* 82. F.]

ORCHIS, is et itis, f. ὄρχις, herbae genus. *Plin.* 26, 10, 62. Inter pauca mirabilis est orchis herba, sive serapias, foliis porri, caule palmeo, flore purpureo, gemina radice testiculis simili (unde et nomen: nam ὄρχις testiculus est). Quidam folio scillae esse dicunt, laeviore ac minore, caule spinoso. P Alia est, quae et *cynosorchis*. V. P Item genus oleae, escae magis, quam oleo aptae. *Colum.* 5, 8. et *Arbor.* 17. et *Pall.* 3, 18. De his *Virg. G.* 2, 86. Orchites, et radii, et amara pausia baccha. Al. rectius leg. *orchades* ab *orchas*, *adis*, eod. sensu. P Item piscis, de quo sic *Plin.* 32, 2. Durissimum esse piscium constat, qui orchis vocetur, rotundus est, et sine squamis, totusque capite constat. *B. A.*

ORCHITIS, ae, f. et

ORCHITIS, is, f. ὄρχιτις, genus oleae, quae et orchis dicitur, a forma nempe, quae testiculos imitatur. *Cato R. R.* 6. Oleam conditivam, radium minorem, orchitem, poseam; et 7. Orchites, ubi nigrae erunt, et siccae, sale confricato, etc. *Varr. R. R.* 1, 60. Oleas esui optime condi scribit Cato, orchites, et pauseas aridas. *Colum.* 12, 47. Albam pauseam, vel orchitam, vel radiolum, etc.: et post: Eadem conditura possit etiam regia componi, vel orchita.

ORCHIUS, V. ORTHIUS.

ORCHOMENIUS, a, um, adj. Ὀρχομένιος, ad Orchomenum pertinens, quod est oppidum, et flumen Boeotiae, cujus meminit *Plin.* 8, 58, 83, et 31, 2, 11. Item oppidum Arcadiae mediterraneae. *Id.* 4, 6, 10. et *Or. Met.* 5, 607. P Item fluvius Thessaliae, Minyeius antea dictus. *Plin.* 4, 8, 15. Hinc Orchomenius calamus ap. *eund.* 16, 36, 66. genus arundinis perpetuo foramine perviae, tibiisque faciendis utilis. Provenit circa lacum Orchomenium Boeotiae. V. *Plin. ib.* Orchomenium limum, genus lini, quod ex ejus arundinis panicula fit. *Id.* 19, 1, 2. n. 3. P *Orchomenii, orum*, ejus oppidi homines in Boeotia. *Just.* 11, 3.

*ORCHOMENUS, i, m. Athamantis filius ex Themistone. *Hyg. fab.* 1 et 239. P Orchomenus, oppidum et flumen Boeotiae, etc. V. in *Orchomenius, a, um. B. A.*

ORCINIUS, a, um, adj. ad Orcum pertinens. *Mart.* 10, 5. Vocet beatos, clamitetque felices, Orciniana qui feruntur in sponda. V. SANDAPILA.

ORCINUS, a, um, adj. ad Orcum pertinens. *Nacv.* ap. *Gell.* 1, 24. Ita, postquam est Orcino traditus thesauro, Obliti sunt Romae loquier Latina lingua, h. e. Acheronti, ubi mortis thesauri obiacent, ut *Enn.* loquitur ap. *Fest.* in *Ob.* Sunt qui leg. *Orci traditus thesauro*: item qui *Orcio*, et *Orcio*, eodem sensu quidem, sed minus recte. P *Orcini liberti*, a domino testamento libertate donati, quam solum viderunt, cum is Orco traditus est, et in Orci familia numeratus, ut *Appul. Met.* 3. loquitur. *Ulp. Dig.* 33, 4, 1., *Julian. ib.* 28, 5, 8., *Jabolen. ib.* 33, 8, 22. etc. Item *Justin. Institut.* 2. tit. 24. P *Orcini senatores*, *Xaḡovixai*, dicti sunt Augusti tempore, qui post Caesaris necem in senatum irrepserant, ejus commentariorum auctoritate jactantes, eum se ab illo gradum obtinuisse. *Suet. Aug.* 35.

*ORCISTUS, i, Galatiae oppidum. *Not. Episc. B. A.*

*ORCOS vel Orcus, i, m. fluvius Thessaliae, in Peneum se exonerans. *Plin.* 4, 8. Adcipit annem Orcon. Sic ed. *Hard.* ubi olim legebatur *Euroton*, in *ivitis Codd. MSS. B. A.*

ORCULA, ae, f. parva orca, parvum vas. *Cato R. R.* 117. Oleas in orculam calcato manibus siccis. *Cajus*, et *Theodos.* inter *Auct. de limit.* p. 253. *Goes.* Lagenas, et orculas in finibus posuimus.

ORCULARIS, e, adj. ad orculam pertinens. *Auct. de limit.* p. 251. *Goes.* Termini lagenares,

vel orculares, a lagena, vel orcula, distant a se in ped. IV., etc. F.]

ORCUS, i, m. Deus inferorum, idem qui Pluto, et Dis Pater. Volunt esse ab ὄρκος, juramentum, quia sit juramenti Deus, et per Plutonem, et Stygiam Inferorum paludem jurare etiam Diis mos fuerit, et magna religio. *Ferrius* autem ap. *Fest.* olim dictum esse ait *Uragum*, vel *Urgum*, postea *Orcum* per syncopen: *Uragum* vero, quod is Deus maxime urgeat. In *Gloss. Philox.* Orcus. *Xaḡov.* [**Schneid. Gr. Lat.* 1. p. 208., ubi v., originem h. v. vidit in Gr. ὄρκος: aut qua speluncam significet: *Höhle, Hölle*: aut qua septum, sepimentum, (*ὄρχη*.)] *Pl. Most.* 2, 2, 68. Nam me Acheruntum recipere Orcus noluit: (hoc loco, ut et *Poen.* 1, 2, 131. videtur Orcum pro Charonte accipere.) *Cic. Verr.* 2, 4, 50. Ut Verres, alter Orcus, venisse Ennam, et non Proserpinam asportasse, sed ipsam abripuisse Cererem videretur. *Petr. Sat.* 34. Sic erimus cuncti, postquam nos auferet Orcus. P Quod pallidum Orcum dixit *Virg. G.* 1, 277., et metonymia est, quia pallidos facit; et ita dictus etiam videtur, quia cum sit jurisjurandi Deus, solent jurantes trepidatione pallescere. *Serv. ex Cels.* P Metonymice est ipsa mors. *Hor. Ep.* 2, 2, 178. si metit Orcus Grandia cum parvis, non exorabilis auro. *Lucr.* 5, 993. tremulas super ulcera tetra tenentes Palmas, horrifera accubant vocibus

Orcum. P Item ipse Inferorum locus: *Adys. Virg. A.* 6, 273. Vestibulum ante ipsum, primisque in faucibus Orci. *Prop.* 3, 17, 27. Mimos sedet arboriter Orci. P Mittere, demittere, maectare aliquem Orco, sunt *Hor. Od.* 3, 4, 75., *Virg. A.* 2, 398., *Liv.* 9, 40. P *Orcum morari* ap. *Hor. Od.* 3, 27, 50. est mortem differre ultra quam par est. P *Cum Orco rationem habere* ap. *Varr. R. R.* 1, 4. est periculo mortis sese exponere, quod faciunt agricolae, qui pestilentem agrum colunt. Verba *Varro* nis sunt: Etenim ubi ratio cum Orco habetur, ibi non modo fructus est incertus, sed etiam colentium vita. *Colum.* in eandem sententiam ita loquitur 1, 3. Nam ubi sit cum Orco ratio ponenda, ibi non modo perceptionem fructuum, sed et vitam colonorum esse dubiam, vel potius mortem quaestu certiorum. Itaque rationem cum Orco ponere, aut habere est subijci Orci dominio, et quasi debitorem se ei facere: qui scilicet crebris mortibus incolas ad calculos quodammodo vocet. P *Veteres Orcus* scripsere, atque ita reperisse se, testantur in MSS. *Virgilii Pierius*, *Terentii Georg. Fabricius*, et probat *Valer. Prob.* p. 1455 et 1465. Contra improbant *Servius*, et *Pontanus*, (V. *Brouchus.* ad *Tibull.* 3, 3. f.) et usus frequentior. P *Orcus, fluvius Thessaliae. V. *Orcos. B. A.*

ORCYNUS, i, m. ὄρκυνος, piscis marinus, pelamidum generis maximus, similis tritoni, vetustate melior. *Plin.* 32, 11, 53., ubi *Hard.* adscribit, a Narbonensibus dici ton, [ab *Athenaeo* ὄρκυνος ἰχθυον, ab *Oppiano* ὄρκυνος ἰχθυον.] [Videtur igitur esse, qui Italice tonno dicitur. F.]

*ORDABAE, arum, populi Indiae, ad Indum flumen. *Plin.* 6, 20. *B. A.*

*ORDESUS vel Ordessus, i, Ὀρδήσσος vel Ὀρδήσσος, portus Sarmatiae Europaeae, in tractu Borysthenio. *Plin.* 4, 12. Sinus Sangarius; Ordesus portus. *B. A.*

ORDIA, V. PRIMORDIA.

ORDINALIS, e, adj. ordinem significans, ut Ordinale nomen, v. gr. *primus, secundus, tertius* apud grammaticos. *Prisc.* 2, 581.

ORDINARIE, adv. ordinate, ordine. *Tert. Resurr. carn.* 2. Haereticis ex conscientia infirmitatis nunquam ordinarie tractant.

ORDINARIUS, a, um, adj. τακτός, ordine dispositus, ordinatus. *Colum.* 3, 13. Conditis compluribus inter ordinaria semina malleolis; et 16. Malleolus ordinariis vitibus interserendus est. [*Huc pertinet etiam locus, quem Noster nescio cur in fine posuerat. V. 2, 8. Ex rubro saxo quadrato, aut ex testa, aut ex silicibus ordinariis struat bipedales parietes, et cum his ansis ferreis et plumbo frontes vinctae sint. Ita enim non acervatim, sed ordine structum opus poterit esse sine vitio sempiternum. Ubi ordinarii silices sunt ita dispositi ordinibus, ut superiores semper inferiorum commissuras obtegant. Ceterum quos locos hic ab initio positos vides, alii in fine collocaverunt.] P Item in quo servatur ordo, et mos, et lex, nihilque discedit a consuetudine, et veteri instituto. *Liv.* 27, 43. Non id tempus esse reipubl. ratus, quo consiliis ordinariis provinciae suae quisque finibus bellum gereret: audendum ac novandum aliquid improvisum, inopinatum, etc. *Suet. Claud.* 15. Alium interpellatum ab adversario de propria lite, negantemque cognitionis rem, sed ordinarii juris esse, agere causam confestim apud se coegit. V. COGNITIO. *Ulp. Dig.* 38, 6, 1. Fuit enim ordinarium, ante de iudiciis testantium, sic dein de successione ab intestato loqui. *Sen. ep.* 53. med. Philosophia non est res subcisiva: ordinaria est, domina est, h. e. non est subinde exercenda, et subcisivis horis, sed semper, et perpetuo ordine actionum vitae; et *ep.* 39. Vide, ne plus profectu-

ra sit oratio ordinaria, quam haec, quae nunc vulgo brevium dicitur: olim, cum Latine loqueremur, summarium vocabatur, h. e. oratio perpetua, longa, et integre fuseque res persequens, qualis philosophis in usu fuit. [*Hunc locum alii cum eo conjunxerunt, quem Noster infra posuit *Col.* 12, 50. f.] P *Ordinarius consul* est, ejusque *consulatus* dicitur, qui initio anni consul factus est: opponitur autem suffecto, qui aliquot post mensibus, vel etiam diebus ordinario successit. V. CONSUL. *Liv.* 41, 18. extr. Quando duo ordinarii consules ejus anni, alter morbo, alter ferro periisset, suffectum consulem negabant comitia habere posse. *Suet. Galb.* 6. Mox consulatum per sex menses ordinarium gessit. *Inscr. ap. Grut.* 607, 1. III. Non. Novemb. Antio Pollione, et Opimiano Cos.; ordinarius Severo, et Sabiniano Cos. h. e. ann. a Chr. n. CLV. *Auson. Grat. act.* 14. Sed consulatus ille cujusmodi? ordinario suffectus, bimestri spatio interpositus, in sexta anni parte consumptus. P *Ordinarii gladiatores*, qui legitimo et consueto modo, loco, tempore, et apparatu inducebantur. *Sen. ep.* 7. Hoc plerique ordinariis paribus, et postulationibus praeferebant. *Suet. Cal.* 26. extr. Gladiatorio munere, remoto ordinario apparatu, rabidis feris vilissimos senio confectos subiciebat. *Id. Aug.* 45. Spectavit pugiles, non legitimos atque ordinarios modo, sed et catervarios oppidanos. P *Servus ordinarius* est, qui certum aliquod ministerium in familia, et interdum etiam vicarios servos, sua pecunia emptos, sibi subditos habebat, iisque vulgari et omnis generis servitio fungentibus praerat: ipsumque ejus officium *ordinarium* dicitur. V. NARCISSIANUS. *Sen. ep.* 110. Unicuique nostrum paedagogum dari Deum, non quidem ordinarium, sed hunc inferioris notae, ex eorum numero, quos *Ovidius* (*Met.* 1, 595.) ait, de plebe Deos. *Id. Ben.* 3, 28. Te isti efferunt ad hortos alicujus, ne ordinarius quidem habentis officium. *Ulp. Dig.* 14, 4, 5. Si vicarius servi mei negotietur, ordinario sciente. *Suet. Galb.* 12. Ordinarius dispensatori brevium rationum offerenti, etc. [*i. e. a domino ipso ad id officium institutus, ordinatus.] P *Ordinarius* hominem *Oppius* ait dici solitum scurram et improbum, qui assidue in litibus moraretur, ob eamque causam in ordine staret adeuntium praetorem. At *Aelius Stilo*, qui minime ordine viveret. *Cato* in ea oratione, quam scribit de suis virtutibus contra *Thermum*: Quid mihi fieret, si non ego stipendia in ordine omnia ordinarius meruissem semper? Sunt quidam etiam, qui manipularum eum, qui infimi ordinis sit, appellatum credant ordinarium. Haec *Festus*. Ex verbis *Catonis* colligitur, *ordinarium* dici militem gregarium. *Vopisc. Bonos.* 14. Militavit primum inter ordinarios, deinde inter equites. *Ordinarii* hic videntur esse pedites legionarii. V. *Salmas.* Praeterea *ordinarii* in legione sunt principes, qui primum in acie locum tenent, primique pugnam ineunt ante hastatos, et triarios, ut *Veg. Mil.* 2, 15. docet. At in *Inscr.* ap. *Grut.* 542, 8. *Ordinarius legionis* videtur esse, qui in legione ordinem ducit. P *Ordinarium oleum* dicitur a *Colum.* 12, 50. f., quod ex oleis maturis legitime et ex more exprimitur: cui opponitur *cibarium*, quod ex oleis fit caducis, vel in lutum defluentibus, atque adeo est multo deterius. V. CIBARIUS. **Vet. Schol.* in *Juven.* 10, 171. Quam condidit urbem Semiramis Nini uxor, et coctili latere munivit, quem hodie dicimus ordinarium lapidem. V. notam *D. A. G. Grameri* ad 1. *B. A.*

ORDINATE et

ORDINATIM, adv. εὐκόσμως, τακτικῶς, ordine, ex ordine, compositae. *Caes. B. C.* 2, 10. Musculus ita fastigiatus, atque ordinatim structus. *Brut. ad Cic. Fam.* 11, 13. Antonius itinera fecit multo majora fugiens, quam ego sequens: ille enim iit passim, ego ordinatim. *Sulpic. ad Cic. ib.* 4, 5. Honores ordinatim petere in republica. *Auct. ad Her.* 4, 56. f. Distincte et ordinate disponere. [*Reprehendit hoc vocabulum *Ruhnck.* ad *Muretum* T. 1. p. 38. Etiam [*Graev. e. Ms.* malebat reponi *distincte et ordine. Orell.* vulg. retinet, monens; hisce elegantias obrudendas non esse.] *Tert. adv. Marc.* 1, 19. Quo plenius, et ordinatius retractentur. *August. Retract.* 1, 24. Ordinatissime subjunxit.

ORDINATIO, onis f. διακόσμησις, actus ordinandi, dispositio, distributio, administratio, ordo. *Plin. ep.* 9, 28. Cum certius de vitae nostrae ordinatione aliquid audieris. *Vell.* 2, 124. Primum principalium ejus operum fuit ordinatio comitorum, quam manu sua scriptam Augustus reliquerat. *Colum.* 4, 29. med. Atque haec vitium per fissuram insitarum est ordinatio. *Suet. Aug.* 31. Annum a D. Julio ordinatum, sed postea negligentia conturbatum, rursus ad pristinam rationem redegit: in ejus ordinatione Sextilem mensem e suo cognomine nuncupavit. P In architectura *ordinatio* quid sit, docet his verbis *Vitr.* 1, 2. Architectura constat ex ordinatione, quae Graece τάξις dicitur, et ex dispositione: hanc autem Graeci διάθεσις vocant, etc. Ordinatio est modica membrorum operis commoditas separatim, universaeque proportionis ad

symmetriam comparatio. Bald. in Lex. Vitr. sic breviter definit: Ordinatio est totius, et partium, per mediocris moduli sumptionem commoda dispositio. P In re publica est compositio, administratio, gubernatio. Suet. Ner. 40. Sponderunt tamen quidam destituto ei ordinationem orientis. [*Legitur nunc dominationem.] Plin. ep. 8, 24. Te meminisse oportet, quale quantumque sit ordinare statum liberarum civitatum: nam quid ordinatione civilis? porro quam turpe, si ordinatio eversione, libertas servitute mutetur? P In ordinationibus provinciarum illud erat praecipuum, idoneos creare magistratus, qui ad eas regendas mitterentur: unde ordinatio pro creatione magistratum. Qua ratione in Ecclesia sumitur pro creatione sacrorum ministrorum. Suet. Dom. 4. Equid sciret, cur sibi visum esset ordinatione proxima Aegypto praecipere Metium Rufum. [*Nostr. bei nächster Besetzung der Stellen, Anstellung; cf. Schwarz. ad Plin. Pan. 72, 1.] V. ORDINO. P Ordinationes etiam dicuntur constitutiones principum ad ordinandam rem publicam pertinentes. Nerva Imp. in quadam epist. ap. Plin. 10. post ep. 66. Cum rerum omnium ordinatio, quae prioribus temporibus inchoatae consummataque sunt, observanda sit, tum epistolis etiam Domitiani standum est.

ORDINATIVUS, a, um, adj. ordinem significans. Tert. ad. Herm. 19. f. Principii vocabulum, quod est ὄρμη, non tantum ordinativum, sed et potestativum capit principatum. Prisc. 15, 1022. Ordinativa adverbialia sunt: deinde, continuo, postea, etc.

ORDINATOR, oris, m. διαθετης, qui ordinat, et disponit. Sen. ep. 109. med. Advocatus, et litis ordinator. [Appul. Dogm. Plat. 1. [*p. 7. Elmenh.] Ceterum ille rerum ordinator (Deus) ita reversiones earum (stellarum), ortus, obitus, recessus, moras, progressusque constituit, ut ne modico quidem errori locus esset. F.]

ORDINATRIX, icis, f. quae ordinat. August. ep. 56. med. Mens ordinatrix, et moderatrix rerum omnium.

ORDINATUS, a, um, part. ab ordino: τακτος, εὐτακτος, ordine positus, dispositus. Nep. Iphicr. 2. Ut cum proelii signum ab imperatore esset datum copiae sine ducis opera sic ordinatae consistere, ut singuli a peritissimo imperatore dispositi viderentur. Cic. N. D. 2, 40. Ignae formae cursus ordinatos definiunt. Colum. 4, 17. Ordinata vineta. Mart. 3, 58. villa Non otiosis ordinata myrtetis, h. e. myrtetis ordine positis ornata. Colum. 12, 3. med. Valetudinaria bene ordinata, et ornata, et salubria. Plin. 7, 60, 60. Horologium diligentius ordinatum. Liv. 2, 21. Tanti errores implicant temporum, aliter apud alios ordinatis magistratibus, h. e. alio annorum ordine collocatis. Sen. V. B. 8. Compositus ordinatusque vir. Id. ep. 74. med. Non dices vitam justiore salvis liberis quam anissis, nec ordinationem, nec prudentiorem, nec honestiorem. Appul. de Deo Socrat. Stellae certo et stato cursu meatus longe ordinatissimi efficiunt.

ORDINO, as, avi, atum, a. 1. ordine pono, dispono, compono, digero. [*Gr. διατάττω, κομῶ, ἀρμόζω, καθορίζω.] Hor. Epod. 17, 9. Ordinare agmina. Just. 11, 9. aciem. Colum. 3, 13. vineam paribus intervallis. Id. 5, 3. med. locum vitibus. Cic. Inv. 1, 14. f. partes orationis. Id. ib. 2, 11. f. item. Paul. Dig. 40, 12, 24. causam. Cajus ib. 25. iudicium. Sen. Thyest. 713. Quem prius mactet sibi, Dubitat; secunda deinde quem caede imolet: Nec interest, sed dubitat, et saevum scelus Juvat ordinare. Liv. 29, 1. Scipio voluntarios milites ordinavit, centuriavitque, h. e. in ordines militares redegit, et distribuit. Sic Flor. 3, 19. f. Familiam ergastulo liberatam sub signis ordinat. Suet. Gr. 21. Cura ordinandarum bibliothecarum. Just. 22, 2. Quasi prius quaedam ordinatus. P Translate. Sen. ep. 10. Nemo est ex imprudentibus, qui sibi relinqui debeat. Tunc mala consilia agitant: tunc cupiditates improbas ordinant, h. e. disponunt tanquam in acie milites, ut ordine quodam unam post aliam expleant. Sic V. B. 6. Ordinare spes suas, et dum corpus in praesenti sagina jacet, cogitationes ad futura praemittere. P Pro scribere ordine. Hor. Od. 2, 1, 10. mox, ubi publicas Res ordinariis, grande munus Cecropio repetes cothurno. Sic apud Graecos οὐριετακτες: unde οὐριετακτα, liber. P Est etiam politicum verbum, et significat regere, administrare, constituere; non mutata gubernandi ratione, sed restituta quae intercederat. Flor. 4, 3. Gratulandum tamen in tanta perturbatione est, quod potissimum ad Augustum summa rerum rediit, qui sapientia sua atque solertia percussum undique et perturbatum ordinavit imperii corpus. Plin. ep. 8, 24. Ordinare statum liberarum civitatum. Suet. Galb. 7. provinciam intestina dissensione, et barbarorum tumultu inquietam. Id. Aug. 17. desideria militum. [*Id. Claud. 45. donec circa successorem omnia ordinarentur: nostr. in Ordnung bringen, et barbara voce, reguliren.] Id. Claud. 25. Equestrem militiam ita ordinavit, ut post cohortem

alam, post alam tribunatum legionis daret. Flor. 2, 16. Metello, ordinanti tum maxime Macedoniam, mandata est ultio. P Ordinare magistratus, constituere, creare homines regendae rei publicae. Suet. Caes. 76. Eadem licentia spreto reipublicae more, magistratus in plures annos ordinavit. Just. 30, 2. Agathocles civitatem regebat; tribunatus, praefecturas, et ducatus mulieres ordinabant. P Ordinare aliquem, in magistratu collocare, creare, destinare reipubl. administrandae. Suet. Vesp. 23. Quendam e caris ministris dispensationem cuidam, quasi fratri, petentem cum distulisset, ipsum candidatum ad se vocavit, exactaque pecunia, quantum is cum suffragatore suo pepigerat, sine mora ordinavit. [*V. post Ernest. ad h. l. Oudendorp. et Wolf.] Just. 17, 1. Filius, quem in successione regni ordinaverat. P In re privata est disponere, constituere. Sen. ep. 9. med. Sui arbitrio, res suas ordinare. Mart. Dig. 5, 2, 2. et 5. Ordinare testamentum. Sen. Ben. 4, 1. Cum in ipso vitae fine constitimus, cum testamentum ordinamus, non beneficia nobis nihil profutura dividimus? ORDIOR, iris, orsus sum, dep. 4. [*frequenter v. orior, proprie est rei principium facere, ut Fest. ait, opp. continuare s. pergere. V. Doederl. 3, 156. sq. Exempla Noster haec laudaverat:] Cic. Att. 4, 1. f. Alterius vitae quoddam initium ordimur. Nep. Them. 1. Ab initio est ordiendum. Cic. Leg. 1, 7. Ab eo nobis causa ordiendum est potissimum. Id. Or. 1, 21. f. Crassus princeps ejus sermonis ordiendi fuit. Id. Fam. 5, 12. Dixeras autem mihi, te reliquas res ordiri. Sic Nep. Alc. 11. Sed satis de hoc: reliquos ordiamur; et Prop. 3, 7, 49. Celsaque Romanis decrepta palatia tauris Ordiam, et caeso moenia firma Remo, h. e. canere aggrediar. Cic. Marcell. 11. Unde est orsa, in eodem terminetur oratio. Id. Verr. 2, 4, 47. De quo si paulo altius ordiri, ac repetere memoriam religionis videbor, ignoscite. Id. Brut. 6. Eloquentia, de qua disputare ordimur. Virg. A. 6, 125. Cum sic orsa loqui vates. P Stat. Th. 1, 80. tu saltem debita vindex Huc ades, et totos in poenam ordire nepotes, h. e. incipe punire filios, et prosequere usque ad nepotes omnes. [*Quid differat ab inchoare et incipere v. ap. Doederl. 3, 157. sq. P Hinc usurpatur de opere textorio significatque, ut Forc. verbis utamur, tramae fila ita deduco, partior et alterno, ut jugo imponi, et tela, immisso inter eadem fila alternantia subtemine detexi possit: Gr. ἰστένω, nostr. anzeddeln. Solet quidem, id quod Noster fecerat, haec veluti prima hujus vocis significatio ab initio poni: scil. a Gr. ὀρδέω; sed immutavimus ordinem, cum Doederl., qui l. i. recte docet, ordiri nativa significatione non magis esse texendi vocabulum, quam nostr. wirken.] Sen. Apocol. At Lachesis plena orditur manu, et Neroni multo sanios de suo donat. Ita ex MSS. legit Lips. ep. quaest. 2, 24. et alii. Plin. 11, 24, 28. Araneus orditur telas. P Ordior pro ordiar, ἀρχίζω. Accius ap. Non. 1, 183. Non parvam rem ordior.

ORDITUS, a, um, part. ab ordior pro orsus, inceptus, passivus usurpatum. Sidon. ep. 2, 9. med. Narratiunculas bifariam orditas laetitia peritiae comitabantur. Venant. carm. 2, 10. f. Versibus orditum carmen amore trahit. Adde Diom. praef. 1. ORDO, inis, m. τάξις, εὐτάκτα, digestio, dispositio unius rei post aliam, suo quamque loco collocando. Cic. Off. 1, 40. Ordinem sic definiunt, compositionem rerum aptis et accommodatis locis. Id. ib. Vis ordinis et collocationis. Id. Div. 1, 55. Fatum appello ordinem seriemque causarum. Colum. 12, 2. Nihil est pulchrius in omni ratione vitae, dispositione atque ordine. Id. ib. Neque imperator sine ordine ac dispositione quidquam valet explicare. Cic. Off. 1, 5. extr. Adhibere modum quandam et ordinem rebus. Id. Har. resp. 9. med. Ordo rerum, ac vicissitudo. Al. leg. necessitudo. Id. Acad. 4, 20. f. Ut praepostere tecum agam, mox referam me ad ordinem. Id. Rosc. Com. 2. Ordinem conservare. Id. Phil. 5, 13. eundem tenere. Id. Brut. 69. sequi; et 62. perturbare. Id. Or. 63. immutare. Id. Acad. 4, 37. et Univ. 3. Res in ordinem adducere. Auct. ad Her. 3, 9. redigere. Quint. 10, 5. Puerorum studiis ordinem dare. Ov. Am. 1, 11, 10. Nec tibi simplicitas ordine major inest. P Cogere, seu redigere in ordinem dicitur privatus, qui magistratu resistit, eumque jure suo uti vetat, vel ejus majestatem laedit: quod a militari disciplina petiunt videtur, cum is, qui tribunus, vel centurio est, in ordinem gregariorum militum cogitur, seu redigitur; quod quidem contumeliosum habebatur. V. ORDINARIUS. Plin. ep. 1, 23. Tribunatum esse potestatem sacrosanctam, et quam in ordinem cogi, ut a nullo, ita ne a se quidem debeat. Liv. 3, 51. extr. Decemviri querentes, se in ordinem cogi, non ante, quam perlatis legibus, deposituros imperium se ajebant. Suet. Claud. 38. Ostiensibus, quia sibi subeunti Tiberim scaphas obviam non miserant, graviter correptis, eaque cum invidia, ut in ordinem se coactum conscriberet, etc. Adde Liv. 6, 38. f., 25, 3. extr. et 43, 16. Sic Suet. Vesp. 15. Helvidio Prisco non ante succensuit, quam altercationibus insolentissimis paene in ordinem red-

actus. Adde Sen. Cons. ad Helv. 13. med. P Translate. Sen. Clem. 1, 26. f. Tyrannus unum occidi jubere, aut alterum, parum imperatorum credit: nisi eodem tempore grex miserorum subjectus stetit, crudelitatem suam in ordinem coactam putat. Plin. ep. 2, 6. Gula reprimenda, et quasi in ordinem redigenda est. Liv. 3, 35. Appium nimum in ordinem se ipsum cogere, et vulgari cum privatis. Quint. 1, 4. Grammatici, auctores alios in ordinem redegerunt, alios omnino exemerunt numero, h. e. alios in turba scriptorum posuerunt, alios ne scriptorum quidem nomine dignos putarunt. Id. 10, 1. med. Apollonius in ordinem a grammaticis datum non venit, quia poetarum iudices, neminem sui temporis in numerum redegerunt. Sic etiam Liv. 30. ap. Prisc. 18, 1173. Tribuni plebis in ordinem redacti, h. e. pro contemptissimis habiti sunt. P Ordine, in ordinem, per ordinem, in ordine, ex ordine, secundum ordinem. Cic. Part. 1. Ordine interrogare. Ter. Ad. 3, 2, 53. Hegioni rem enarrato omnem ordine. Virg. Ecl. 1, 74. pone ordine vites. Cic. Rosc. Com. 2. Tabulae in ordinem confectae. Quint. 4, 2. med. Sortiti nocte singuli per ordinem cum ferro cubiculum intrarunt. Virg. Ecl. 7, 20. Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrsis. Cic. Verr. 2, 4, 64. Ut quisque aetate et honore antecederet, ita sententiam dixit ex ordine. Auct. ad Her. 3, 18. Locis (memoriae) ex ordine collocatis; et 17. Ex ordine hos locos habere. P Ordine interdum est recte, sapienter, prudenter. Cic. Quint. 7. Existima, modo et ratione omnia Romae Naevium fecisse, si hoc recte atque ordine factum videtur. Id. Verr. 2, 3, 84. An id recte, ordine, e republica factum esse defendes? P Ex ordine, sine intermissione. Item continuo. Virg. G. 4, 507. Septem illum totos perhibent ex ordine menses Flevisse. Cic. Agr. 1, 2. Vendit Italiae possessiones ex ordine omnes: sane est in eo diligens: nullam enim praetermittit. P Extra ordinem est neglecta et posthabita ordinis ratione, praeter consuetudinem, aut leges. Cic. Dom. 8. Pompejo plurima, maxima terra marique bella extra ordinem esse commissa. Id. Prov. cons. 8. Provinciam alicui extra ordinem decernere. Paul. Dig. 48, 1, 8. Durante tamen poena legum, dum extra ordinem crimina probantur, h. e. omissis juris solemnitatibus. P Item incidenter. Quint. 10, 3. f. Debet etiam (in ceris) vacare locus, in quo notentur, quae scribentibus solent extra ordinem, id est ex aliis, quam qui sunt in manibus loci, occurrere. P Item eximie, et quasi praeter ceteros. Cic. Fam. 6, 5. Ad eam spem, quam extra ordinem de ipso habemus, accedunt tua praecipua, etc. P Ordo nonnunquam est series rerum fluentium, et invicem succedentium. Cic. Brut. 4. Explicatis ordinibus temporum, uno in conspectu omnia videre. Virg. A. 3, 376. sic fata Deum rex Sortitur, volvitque vices: is vertitur ordo. Id. ib. 7, 44. major rerum mihi nascitur ordo. P Item fatum et series causarum divinitus dispositarum. Pers. 3, 66. Discite, o miseri, et causas cognoscite rerum, Quid sumus, et quidnam victuri gignimur, ordo Quis datus. Manil. 1, 531. Non casus opus est, magni sed numinis ordo. Cic. Div. 1, 55. Fatum appello ordinem seriemque causarum. P Saepae dicitur de dispositione arborum in agris. Cic. Caelin. 8. Ejus fundi extremam partem oleae directo ordine definiunt. Id. Sen. 17. Proceritates arborum, directos in quincuncem ordines. Varr. R. R. 1, 7. Quae arbores in ordinem satae sunt, eas aequabiliter ex omnibus partibus sol ac luna coquant, h. e. in quincuncem satae. Virg. G. 2, 276. Sin tumulis acclive solum, collesque supini, Indulge ordinibus, h. e. vitium ordines fac laxiores. P Item de statu et conditione hominum in civitate: ut Ordo senatorius, equester, plebeus (triplex divisio celebris apud Romanos), aratorum, mercatorum, publicanorum, etc. Cic. Cluent. 37. Fideiulianus ejus erat ordinis? senatorii. Id. Dom. 28. Proximus est huic dignitati equester ordo. Id. Verr. 2, 2, 6. Si cuiquam generi hominum sive Siculorum, sive nostrorum civium; si cuiquam ordini sive aratorum, sive pecuariorum, sive mercatorum probatus sit. Suet. Aug. 41. Liberalitatem omnibus ordinibus per occasiones frequenter exhibuit. Cic. Fam. 13, 9. Cum universo ordini publicanorum semper libentissime tribuerim. Suet. Gr. 18. L. Crassitius, genere Tarentinus, ordinis libertini. Cic. Verr. 2, 1, 48. f. Homo ornatissimus loco, ordine, nomine, virtute, ingenio, copiis. In Inscr. ap. Grut. legitur etiam Ordo sacerdotum, haruspicum, Vivirialium, etc. 320, 12., 304, 7., 302, 2. etc. P Amplissimus ordo est senatorius. Cic. Coel. 2. Quem absentem in amplissimum ordinem cooptarunt. V. AMPLIUS. Sic Splendidissimus ordo in Inscr. ap. Grut. 390, 5. Sic absolute Ordo Beneventanus ap. eund. ib. 1. h. e. senatus, vel decuriones Beneventanorum: et Ordo Mutinensis ap. Tac. H. 2, 52., qui bus addit Inscr. ap. Grut. 425, 1., item 1094, 3., ubi Ordo populusque Salernitanus. In vet. Tab. ap. Grut. 443, 6. Peltuini (in Vestinis in curia Aug. ordinem habentibus T. Aviaeco Restituto et Blaevio Natale Aedd. QQ. etc. h. e. senatum habentibus.

Sic *Ulp. Dig.* 50, 9, 3. Ut ordo non aliter habeatur, quam duabus partibus (*senatorum*) adhibitis. P. Quamquam plebs tertius est ordo populi, saepe tamen ordo solet de duobus prioribus usurpari. *Suet. Aug.* 15. Trecentos ex dediticiis electos utriusque ordinis, ad aram hostiarum more maectatos. *Vell.* 2, 100. Aliique minoris nominis utriusque ordinis viri. P. In militia primo est ipsa aciei dispositio. *Hirt. B. Alex.* 14. Post hunc ordinem reliquas naves subsidio distribuit. *Caes. B. C.* 2, 26. Auxilia regis nullo ordine, et sine timore iter fecerant. *Sall. Jug.* 102. Sine signis, sine ordinibus, equites pedites permixti; et *ib.* 54. Conturbare ordines; et 55. observare; et *ib.* restituere. P. Deinde certa militum manus. *Cic. Phil.* 1, 8. Viri fortissimi atque honestissimi, qui ordines duxerunt. *Caes. B. C.* 1, 13. L. Pupius primipili centurio, qui hunc eundem ordinem in exercitu Pompeji antea duxerat. *Inscr. ap. Grut.* 391, 4. Ordinem accepit in legione quinta. *Vet. Tab. aen. Heracleens. ap. Mazoch.* p. 423, n. 47. Cuive apud exercitum ignominiae causa ordo ademptus est, h. e. centurionatus. P. Non solum imperatoris, sed etiam tribunorum militum erat assignare cuilibet ordinem ducendum, ut colligitur ex *Liv.* 42, 34. *med.* Hic autem ordo fere erat militum manus minor centuria, v. g. manipulus. *Liv. ib.* Tertio anno virtutis causa mihi T. Quintius decimum ordinem hastatum assignavit; et *mor.* Me imperator dignum iudicavit, cui primum hastatum prioris centuriae assignaret. P. Ipsi centuriones, qui ordinibus praesunt, ordines dicuntur. *Caes. B. G.* 6, 6. f. Labienus noctu tribunus militum, primisque ordinibus convocatis, quid sui consilii sit, proponit. *Inscr. ap. Cotugno, Mem. di Venafro* p. 283. L. Ovinus L. F. Ter. Rufus prim. ordo cohortium praet. Divi Augusti, prim. pil. leg. XIII. gem. P. In re navali ordines remorum sunt eorum series, una super aliam, utrinque dispositae: porro duplex est series in biremibus, triplex in triremibus, etc. V. DECEMREMIS. *Virg. A.* 5, 119. triplici pubes quam Dardana versu impellunt, terno consurgunt ordine remi, h. e. triplici remigum remorumque ordine; hic enim *versus*, et ordo unum idemque significant. *Lucan.* 3, 529. Cornua Romanae classis, validasque triremes, Quas quater surgens exstructi remigis ordo commovet, etc. *Plin.* 7, 56, 57. Sex ordinum navem invenit Xenagoras. P. In theatri ordines subselliorum, seu graduum distincti erant, et variis populi ordinibus assignati. Primus subselliorum ordo in municipiis et coloniis senatoribus Romanis vacabat, Romae in orchestra senatores sedebant: sui erant etiam plebi, sui militibus, maritis, praetextatis, feminis, etc. *V. Suet. Aug.* 44. Sed post senatores ex vetere instituto quatuordecim graduum ordines equestri ordini assignati fuere. *Cic. Phil.* 2, 18. Sediti in quatuordecim ordinibus, cum esset lege Roscia deceptoribus certus gradus constitutus. *Suet. Aug.* 14. Cum spectaculo ludorum gregarium militum in quatuordecim ordinibus sedentem excitari per apparitorem jussisset. *Juven.* 14, 323. effice summam Bis septem ordinibus, quam lex dignatur Othonis. Hinc *sedere in quatuordecim* ap. *Suet. Caes.* 39. Sessum in quatuordecim e scena per orchestram transit. Adde *Aug.* 40. P. Ap. grammaticos ordo est naturalis, et non artificiosa verborum compositio, et structura. *Festus in Pedum:* In eo versu, qui est in Iphigenia Ennii: Procede, gradum proferre pedum nitere: cessas? id ipsum baculum significari cum ait Verrius, mirari satis non possum, cum ordo sit talis, et per eum significatio aperta: gradum proferre pedum nitere: cessas? *ORDOVICES, um, populi Britanniae. *Tac. A.* 12, 33. et *Agr.* 18. *B. A.* [*V. *Walch.* ad h. l.] *ORDYMNUS, i, mons in Lesbo insula. *Plin.* 5, 31. *B. A.* OREA, arum, f. plur. *χαῖνός*, frenum, ita dictum, quod ori inseritur, ut ait *Fest.*, vel ab *aura*, ae, q. v. s. l. *Titin.* ap. *Fest.* Etsi tacebit, tamen gaudebit sibi permitti oreas. *Naevius:* Deprandi autem leoni subdas oreas. *Cato ib.* Oreas mihi inde, tibi cape flagellum. *Coelius ib.* Oreas equo detrahere. OREAS, adis, f. *Ῥοειάς*, Nympha degens in montibus: ab *ὄρος*, mons. *Virg. A.* 2, 502. Qualis in Eurotae ripis, aut per juga Cynthi Exeret Diana choros, quam mille secutae Hinc atque hinc glomerantur Oreades. *Calpurn. Ecl.* 4, 136. Per juga siccato velox pede currit Oreas. *Op. Met.* 8, 186. montani numinis unam Talibus agrestem compellat Oreada dictis. *OREGES, mons Asiae, Parthiam, Mediam, etc. percurrans. *Plin.* 5, 27. *B. A.* *OREI, orum, *ὄρειος*, h. e. montani. *Plin.* 6, 9. Arabes Orei. Sic *Arabes Oreos* habet *Id. ib.* 27. ed. *Hard.* ubi ed. *Elzev.* habet *Arocos*. *Id.* 5, 24. Arabiam Oreon (*ὄρειον*, i. e. montanorum) dictam regionem. Sic ed. *Hard.* ubi ed. *Elzev.* habet *Merorum*. *B. A.* [ORENSIS, e, adj. *ὄρειος*, montanus. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Fabretti.* p. 614. n. 124. A. Cervius A. L. Orensensis. *F.*] OREON, V. OREUS.

*OREOS vel Oreon, oppidum. V. OREUM. P. Oreos, a, um, montanus, et Oreon, i, herba, V. in OREUS. *B. A.* OROSELINON, i, n. *ὄρειοσέλινον*, genus apii. V. HELIOSELINON. [ORÉSITROPHOS, i, f. *ὄρεισιτρόφος*, in montibus nutritus: ab *ὄρος*, mons, et *τροφή*, nutritio. Est nomen canis venatici ap. *Op. Met.* 3, 233. *F.*] *ORESTA, ae, f. Thraciae oppidum. *Lamprid. Heliogab.* 7. *B. A.* *ORESTAE, arum, *Ῥοείσαι*, populi Macedoniae. *Liv.* 33, 34. et 42, 38. *Plin.* 4, 10. P. In Epiro, nempe in Molosside, ponunt *Steph. Byz.* et *Strabo*. P. *Orestes*, um, pro Orestae, habet *Curt.* 4, 13. *B. A.* ORESTES, ae, et is, m. *Ῥοείστης*, ov, Agamemnonis et Clytemnestrae filius, sic appellatus ob ferinam atque agrestem, et quasi montanam naturam: ab *ὄρος*, mons. Hunc soror Electra, necem ei parari ab Aegistho, qui patrem Agamemnonem interfecerat, et cum matre in adulterio vivebat, metuens, per paedagogum in Phocidem clam ablegavit: quo loco duodecim annos commoratus, cum paedagogo suo Argos rediit, ubi sub specie hospitii intronissus ad Clytemnestram, eandem in ultionem patris occidit. Deinde Pyrrhum quoque Macharei sacerdotis ope in Apollinis templo interfecit, eo quod Hermonion Menelai filiam, sibi prius desponsatam, rapuisset. Propter quae scelera agitatus est furis, quibus non ante liberari potuit, quam iudicium in Aegropago expertus sit, ubi cum a sex Diis condemnaretur, a sex absolveretur, tandem a Pallade et absolutus, et a furis liberatus est. Amicum habuit Pyladem, perpetuum omnium suarum profectionum comitem, periculorumque socium, cum quo tam sancte amicitiam coluit, ut alter pro altero mori non recusaret, cum in Chersonesum Tauricam profectus, ad aram Dianae mactandus esset. Ibi ab Iphigenia sorore agnitus, cum ea profugit, signumque Deae in italiam asportavit, et iuxta Ariciam constituit. *Cic. Amic.* 7. Cum Pylades Orestem se esse diceret, ut pro illo necaretur. *Stat. Th.* 12, 511. et a misero matrem submovit Oreste. *Or. Her.* 8, 9. clamantem nomen Orestae. *Al. leg. Orestis.* *Id. Amor.* 2, 6, 15. Quod fuit Argolico juvenis Phocoeae Orestae. *Al. leg. Orestis.* *Cic. Tusc.* 4, 29. Cum Orestis fabulam doceret Euripides. *Prisc.* cum aliis ita leg. 6, 705. alii *Orestem*. *Sall. fragm.* ap. *eund.* *ib.* Eam seditionem senatus per nuntios Orestis cognitam approbat. *Mart.* 6, 11. Nec melior panis, turdusve dabatur Orestis. *Gell.* 7, 5. Gestare urnam cum Oresti ossibus, (pro Orestis, ut *Ulyssi, Achilli.*) *Op. Trist.* 1, 5, 22. Fecerunt furiae, tristic Oresta, tuae. *Al. leg. Oreste.* *Cic. Pis.* 20. Tragico illo Oreste dementior. P. *Scenis agitur* dicitur a *Virg. A.* 4, 471, quia multae de eo a Graecis conscriptae tragoediae fuere. *Juven.* 1, 6. Scripsit et in tergo, nec dum finitus Orestes. P. Fuit etiam *Varronis* liber inscriptus *Orestes*, vel *de insania*, teste *Gell.* 13, 4. P. Orestis fabulam, praeter Graecos, narrat *Hyg. fab.* 117. 119. 120. 122. 257. et 261, item *Serv.* ad *A.* 3, 331. et ad *ib.* 4, 471. P. Ejus cineres Aricia, ubi conditi fuerant, Romam postea translati sunt, et ante templum Saturni compositi: habiti una ex iis rebus, in quibus Romanae reipubl. fatum contineretur, ut in ANCILE dictum est. P. [Orestes fuit etiam cogn. R. in gente Aurelia, ut L. Aurelius Orestes Cos. ann. U. C. DCCLII, alique a *Cic. Dom.* 13, *Plan.* 21, 2, *Off.* 17, etc. memorati. *F.* P. *Orestes, um, gens Illyridis Graeciae, postea Macedoniae, Epiro vicina. *Curt.* 4, 13. Cf. *Orestae*. P. Tractus ab hac gente occupatus *Orestis* audit *Liv.* 27, 33. et 31, 40. Adde *Cic. Har. resp.* 16. P. *Orestis portus* in Italia inferiore fuit, in Bruttis. *Plin.* 3, 5. *B. A.* ORESTEUS, a, um, adj. ad Orestem pertinens, *Ῥορειστίος*, ut *Orestea* Diana, cujus simulacrum Orestes juxta Ariciam collocavit, *Op. Met.* 15, 489. *V. v. praec.* [ORESTILLUS, a, um, adj. dimin. Orestis. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Grut.* 623, 8. A. Sempronius Laetus sibi, et Oresti, et Orestillo libertis, etc. Alia ap. *eund.* 689, 13. Julia Orestilla. *F.*] [ORESTINUS, a, um, adj. ad Orestem pertinens. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Grut.* 539, 9. L. Valerius Orestinus. *F.*] [ORESTION, ii, n. herba eadem ac helenium, ac neactaea. *Plin.* 14, 16, 19. n. 5. *F.*] *ORETAE, arum, populi Indiae. *Plin.* 2, 73. In Indiae gente Oretarum mons est Maleus. *B. A.* [ORETANUS, a, um, adj. ad Oretum pertinens, *Ῥορειον* ap. *Ptol.* 2, 6, Hispaniae Baeticae urbem, nunc *Calatrava*. *Inscr.* ap. *Grut.* 163, 4. P. Baebius Venustus Oretanus. P. *Oretani, orum*, sunt incolae illius urbis et regionis, ap. *Plin.* 3, 3, 4. *F.*] [ORETICUS, a, um, adj. *Ῥορειτικός*, ad Oretum pertinens, Euboeae urbem. V. ORITANI. *Plin.* 14, 7, 9. Oreticum vinum. *F.*] *ORETUM, i, n. *Ῥορειόν*, opp. Hispaniae Tarracoenensis, ad Anam, vel fortasse inter Anam Baetique flumina, cognominatum Germanorum. Me-

minit *Ptol.* P. Hujus cives *Oretani*, *Ῥορειανοί*, *Ῥορειανοί*, dicti a *Plin.* 3, 3. Oretani qui et Germani cognominantur; et paulo post: Mentasani, qui et Oretani, h. e. Mentasae oppidi incolae, quod in Oretanorum agro fuit. Oretanorum etiam facta est mentio ap. *Liv.* 21, 11. et 35, 7. *B. A.* *OREUM vel Oreon, et Oreus vel Oreos, i, *Ῥοειός* *Steph. Byz.* et *Paus.* Euboeae oppidum, alias Istiaea vel Histiaea, ut creditur. *Liv.* 28, 5. *extr.* et 8. Adde 31, 40 et 46. *Plin.* 4, 12. P. Incolae Oritani audiunt *Liv.* 28, 8. P. Notandum, in *Liv.* 44, 13. qui *Oreum* *Boeotiae* meminit, *Euboeae* legendum videri pro *Boeotiae*. *B. A.* OREUS et Oreos, a, um, adj. *ὄρειος*, montanus, monticola: ab *ὄρος*, mons. *Festus:* Oreos Liber Pater, et Oreades Nymphae appellantur, quod in montibus frequenter apparent. P. *Oreon*, i, herba in montibus nascens, refertur a *Plin.* 27, 12, 9. inter specis polygoni, arundini tenerae similis, uno caule, densis geniculis et in se fractis, foliis piceae. OREXIS, is, f. appetitus, esuritio, *ὄρεξις*: ab *ὄρεγομαι*, appeto. *Juven.* 11, 217. hinc surgit orexis, Hinc stomacho vires. *Id.* 6, 426. sextarius alter Ducitur ante cibum rabidam facturus orexim. *Lampr. Elag.* 29. *extr.* Amabat sibi pretia majora dici earum rerum, quae mensae parabantur, orexin convivio hanc esse asserens. *ORGANAGAE, arum, populi Indiae. *Plin.* 6, 20. *B. A.* ORGANARIUS, ii, m. *ὄργανητής*, qui organa tractat, vel fabricatur. *Firm. Math.* 3, 14. Mercurius cum Venere facit organarios, et myropolas. Adde *Ammian.* 28, 1. ORGANICUS, a, um, adj. *ὄργανικός*, ad organum pertinens. *Vitr.* 10, 1. Quemadmodum telarum officinis administrationibus connexus staminis ad subtegmen, non modo corpora tegendo tueantur, sed etiam ornatus adiciant honestatem. *Cato ap. Non.* 2, 70. Melos alterum in cantibus est bipartitum, unum quod est in assa voce, alterum, quod vocant organicon, h. e. quod per organa musica fit. *Firm. Math.* 8, 30. *med.* Nauticos quoque, et quibus organicae machinationis officia credantur. *Lucr.* 3, 132. redde harmonia Nomen ab organico saltu delatum Heliconis, h. e. musicis carminum, et sonorum exercitationibus celebrato. P. *Organicus*, qui organa facit, aut tractat. *Lucr.* 5, 335. modo organici melicos peperere sonores; et 2, 412. Et musae mele, per chordas organici quae Mobilibus digitis expergefacta figurant. P. *Organicos*, adv. V. MECHANICUS. [ORGANULUM, i, n. dimin. organi, *ὄργανιον*. Translate de rostris avium. *Fulg. Myth. praef.* 1. *med.* Me avium quaedam vernilitas, quae fragili quadam dulcedine crispantes sibilos corneis edunt organulis, ad hoc opus adlexerat. *F.*] ORGANUM, i, n. *ὄργανον*, instrumentum, machina ad aliquid faciendum. Vox Graeca inde ducta, quia eo utimur *πρὸς τὸ ἔργον*, quasi *ἔργον*, quod nempe tractatur, vel subigitur. *Colum.* 3, 13. *f.* Si compositum organum cum in sulcum demissum est, litem domini et conductoris sine injuria diducit. *Id.* 12, 50. *med.* Est et organum erectae tribulae simile, quod tudicula vocatur. *Plin.* 2, 26, 24. Excogitatis organis, per quae stellarum ac siderum loca atque magnitudines signaret. *Id.* 26, 3, 8. Anginas curare in fauces organo demisso. *Id.* 24, 12, 67. Folliculis in pila tuis, succus exprimitur organis. P. Dicitur de architectonicis et bellicis. Differt tamen a machina, quod haec pluribus operibus, aut vi majore cogitur effectus habere, ut balistae, et torcularium proela: organum autem unius opere, prudenti tactu perficit, quod propositum est, uti scorpionis, seu anisocyclorum versationes. Ita *Vitr.* 10, 1. *Plin.* 19, 4, 20. Hortos e puteo rota, organisque pneumaticis, vel tollentium haustu rigandos. P. Translate. *Quint.* 1, 2. *f.* Maxima pars eloquentiae constat animo. Hunc affici, hunc concipere imagines rerum necesse est. Is porro, quo generosior celsiorque est, hoc majoribus velut organis commovetur. P. Item de instrumentis musicorum. Ea sunt triplicis generis: alia *ἐμπνευστά*, quae spiritu inflantur, ut tibiae, fistulae, tubae: alia *ἑγχόρδα*, quae nervis intenduntur, ut lyra, cithara: alia *κρουστά*, quae manu pulsantur, ut tympana, sistra. *Quint.* 11, 3. Fauces tumentes strangulant vocem, obtusae obscurant, rasae exasperant, convulsae fractis sunt organis similes. *Juven.* 6, 378. Si gaudet cantu, nullius fibula durat Vocem vendentis praetoribus: organa semper in manibus: densi radiant testudine tota Sardonyches, crispo numerantur pectine chordae. P. Saepa de hydraulico accipitur. *Suet. Ner.* 41. Reliquam diei partem per organa hydraulica novi et ignoti generis circumduxit. *Id. ib.* 44. In praeparanda expeditione primam curam habuit diligendi vehicula portandis scenicis organis. *Lampr. Alex. Sev.* 27. Lyra, tibia, organo cecinit, tuba etiam. *Id. Elag.* 32. Tuba cecinit, pandurizavit, organo modulatus est. V. HYDRAULUS. P. *Organum* vero pneumaticum nostris persimile, quibus in templis nunc utimur, describit his verbis *Cass.*

Expos. in Psalm. 150. Organum est quasi turris quaedam diversis fistulis fabricata, quibus flatu folium vox copiosissima destinatur; et, ut eam modulatio decora componat, linguis quibusdam ligneis ab interiori parte construitur, quas disciplinabiliter magistrorum digiti reprimentes grandisonam efficiunt et suavissimam cantilenam. *August. Enarr. in Psalm. 150. n. 7.* Organum generale nomen est omnium vasorum musicorum; quamvis jam obtinuerit consuetudo, ut organa proprie dicantur ea, quae inflantur folliis. *Coripp. Johann. 4, 576.* sic disponuntur et arte Organa, plectra, lyrae, digitis pulsanda magistri. Quam movet ille, sonat contactu fistula vento. Non chordae, non aera gemunt; ni sponte regentis Carmina percussis resonent expressa cicutis. **V. FOLLIGENA**, et *Wernsdorf. ad Poet. Lat. min. T. 2. p. 394. — 413.*, ubi multa habentur docte et subtiliter disputata de organis tum hydraulicis, tum pneumaticis; et *Eckhel. D. N. V. T. 8. p. 303.* **Organum oris** ap. *Prud. per. 10. 2.* est lingua hominis. **P** Proverbius genis est in illo *Quint. 11, 3. med.* Vox velut tractabilis, utique habens omnes in se, qui desiderantur, sonos, intentionesque, et toto, ut ajunt, organo instructa. Ubi *Turneb. Metaphora* ducta est ab organis musicis, quae cum sunt omnibus chordis intensa, aut omnibus fistulis instructa, ut nihil desit, suavem efficiunt concentum. At rectius fortasse ita interpretatur *Gesnerus*. Cui non unus modo, atque alter sonus respondeat, sed quicumque sunt in polychordo, vel hydraulico organo, toni pareant. **P** De organis musicis hydraulicis, eorumque inventore, *Vitr. 9, 9. et 10, 13. et Claud. Cons. Mall. Theod. 316. sqq.* [*Multa addidit F.] ***ORGAS** vel **Orga**, ae, fluvius Phrygiae majoris, prope Apameam, in Maeandrum cadens. *Plin. 5, 29. B. A.*

[ORGE, es, f. *ὄργη*, ira, impetus animi. Est cogn. *R. Inscr. ap. Fabr. p. 50. n. 286.* Julia Aug. *L. Orge. F.* **P** *Est etiam fons Galliae Narbonensis. *Plin. 18, 22. B. A.*

***ORGENOMESCI**, orum, populi Hispaniae Tarraconensis, in Cantabria. *Plin. 4, 20. B. A.*

***ORGESSUM**, i, n. castellum Macedoniae. *Liv. 31, 27. B. A.*

ORGIA, orum, n. plur. *ὄργια*, sacra nocturna Liberi Patris, quae tertio quoque anno celebrantur, unde et trieterica, h. e. triennalia dicta sunt: ἀπό τῆς ὄργης a furore, quem simulabant bacchantes ululatus, discursu per saltus, thyrssorum agitationibus, aliisque signis ebrietatis aut verae, aut fictae, vel ἀπό τῶν ὄρων, quia in montibus fiebant: vel ab ὄργω, arceo, prohibeo, quod profani ab his arcerentur: vel ab ὄργα, praeterit. v. ὄρξω, facio, quod et sacrificare significat. Unde Graecis non sola sacra Bacchi, sed quaelibet alia ὄργια, dicuntur, quemadmodum caeremoniae apud Latinos, ut *Serv. ad A. 4, 302. et ib. 6, 517. docet.* Instituta dicuntur ab Orpheo (teste *cod. ad A. 6, 645.*) qui postea in ipsis Orgiis a Bacchi discerptus fuit, ut *Or. Met. 11. in. narrat. Virg. A. 4, 301.* qualis commotis excita sacris Thyas, ubi audito stimulant trieterica Baccho Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithaeron. *Catull. 64, 259.* Pars obscura cavis celebrant Orgia cistis, Orgia, quae frustra cupiunt audire profani. *Sen. Herc. Oct. 594.* Nos Cadmeis Orgia ferre Tecum solitae condita cistis, h. e. sacram supellectilem, cujus in Orgiis usus erat. Sic in illo *Virg. A. 6, 517.* Illa chorum simulans, evantes Orgia circum Ducebat Phrygias: *Servius* inepte orgia intelligit cantharos maximos, plenos vino, qui in Orgiis adhibebantur. **P** De aliis sacris. *Stat. Silv. 6, 6, 3.* quae vestra, sorores, Orgia, Pieriae, quas incestavimus aras? *Juven. 2, 91.* Talia secreta coluerunt Orgia taeda Cecropiam soliti Baptae lassare Cotytto. **P** Translate. *Prop. 3, 1, 2.* Primus ego ingredior puro de fonte sacerdos Itala per Grajos Orgia ferre choros, h. e. more modoque Graecorum amores canere. *Colum. 10, 217.* Ista canat majore Deo, quem Delphica laurus Impulit, et rerum causas, et sacra monumenta Orgia naturae, secretaque foedera coeli, h. e. arcana, mysteria.

ORGIOPHANTA, ae, m. *ὄργιοφάντης*, antistes, qui ritus orgiorum alios docet: ab ὄργια, et γαίω, ostendo. *Inscr. mendosa ap. Mur. 175, 1.*, emendata ap. *Grut. 66, 9.* Libero Patri sacrum T. T. Flavii Eclectianus, et Olympianus filius ejus sacerdotes Orgiophantae. [*Quaedam adjecit F.]

***ORGOCTNI**, orum, nomen oppidi (fortasse et gentis) in Chersoneso Taurica. *Plin. 4, 12. B. A.*

***ORGOMANES**, is, fluvius Bactrianae. *Ammian. 23, 26. B. A.*

***ORGUS**, i, m. fluvius Italiae superioris, in Padum sese exonerans. *Plin. 3, 16. ed. Hard.* ubi pro *Orgum* antea legebatur *Morgum*. *B. A.*

***ORI**, orum, *ὄροι*, gens Gedrosiae. *Plin. 6, 23. V. ORITAE. B. A.*

ORIA. **V. HORIA.**

***ORIAS**, adis, f. *ὄρειός*, h. e. montana, montivaga, nomen unius e canibus Actaeonis venaticis. *Hyg. fab. 181. B. A.*

ORIBASUS, i, m. *Ὀρίβασος*, nomen canis venaticus.

tici: ab ὄρος, mons, et γαίω, gradior. *Or. Met. 3, 210.* Pamphagus, et Dorceus, et Oribasus, Arcades omnes.

ORIBATA, ae, m. *ὄρειβάτης*, montes ascendens: ab ὄρος, mons, et γαίω, scando. *Firm. Meth. 8, 17.* Erunt funambuli, oribatae, neurobatae, et quae talia pertractant, h. e. per praecipitia, et loca pendencia, et in via ambulantes.

ORICHALCUM. V. AURICHALCUM.

ORICILLA. V. AURICILLA.

[ORICINI, orum, m. plur. incolae urbis Orici in Epiro. *V. ORICIUS. Liv. 26, 25.* Expeditionem subitam in Oricinorum, atque Apolloniatum fines fecit. *F.]*

ORICIUS, a, um, adj. ad Oricum pertinens, *Ὀρικίων*, quae urbs est Epiri a Colchis condita, teste *Plin. 3, 23, 26.*, ad fines Illyrici, in ora maris Adriatici contra Hydruntum extremae Italiae oppidum, nunc *Orso*. Circa eam nascitur terebinthus, arbor nigro ligno, foliis buxi, ut *Serv. docet* ad illud *Virg. A. 10, 135.* quale per artem Inclusum buxo, aut Oricia terebintho Lucret ebur. Adde *Prop. 3, 5, 63.* **P** De ipsa urbe *Id. 1, 8, 19.* Ut te felici praevecta Ceraunia remo Accipiat placidis Oricos aequoribus. *Lucan. 3, 187.* Tunc qui Dardanium tenet Oricon. *Dardanium* vocat, quia Helenus Priami filius cum Andromacha in iis locis regnavit. **P** Legitur etiam *Orithos*, et *Orithius*, quod *Pierio* minus placet.

***ORICOS** vel *Oricus*, i, f. vel *Oricum*, i, n. *Ὀρικὸς Steph. Byz. Ὀρικὸν Ptolem.* Epiri urbs maritima, cum portu. *Mela 2, 3. Caes. B. C. 3, 8, 11. 12. 14. et 78. Liv. 24, 40. Hor. Od. 3, 7, 5.* **P** Olim insula fuit, teste *Plin. 2, 89. B. A.*

ORICULA. V. AURICULA. **P** [Est etiam cogn. *R. Inscr. ap. Cardinali, Iscriz. ined. n. 305. L. Trebonius Oricula. F.]*

ORICULARIUS, a, um, adj. *ὀριχάριος*, ad aures pertinens, auricularius, ut *Oriularius clyster* ap. *Cels. 5, 28. n. 12. et 6, 7. n. 3.*, quo in aures aliquid injicitur. *Oriularium specillum* ap. *eund. 7, 30.* **P** *Oriularii servi* ap. *Petr. fr. Trag. 43. Burm.* videntur fuisse *ὀριχάριος*, auscultatores emissarii, per quos domini cognoscerent occulta, quae velent. Ita *Reines. et Burm. V. OTACUSTA. ORICULO. V. AURICULO.*

[ORIDORIUS, a, um, adj. qui duro ore est, proprie de equis usurpatur. *Gloss. Philox. Oridurius, ὀριδωρόριος. F.]*

ORIENTIS, entis, part. ab *orior*: ἀνατέλλων, surgens, nascens. *Cic. Somn. Scip. 6. f.* Quis in reliquis orientis aut obeuntis solis partibus tuum nomen audiet? *Tibull. 4, 1, 122.* oriente die duce fertilis anni. *Nep. Mill. 1. extr.* Ventus a septentrionibus oriens. *Cic. Div. 2, 42. f.* Utcumque temperatus sit aer, ita pueros orientes animari atque formari. *Id. Or. 64. f.* Paeon est aptissimus orationi vel orienti, vel mediae, putant illi etiam cadenti. *Liv. 7, 12.* Orientem seditionem comprimere. *Id. 2, 9.* Ne orientem morem pellendi reges inultum sineret. *Id. 29, 31.* Orientem ignem opprimere. *Hor. Ep. 2, 1, 130.* Recte facta refert: orientia tempora notis Instruit exemplis. *Id. Od. 3, 27, 22.* Sentire motus orientis austri. *Auct. Pan. ad Maximian. et Constant. in.* Maximiane, velis nolis, semper Auguste, et Constantine oriens imperator, h. e. qui nunc imperator fis. *Liv. 8, 23.* Consul oriens nocte, silentio dicit dictatorem, i. e. surgens e lecto. *Nam Vel. Long. p. 2234.* Oriri, inquit, apud antiquos surgere frequenter significabat, ut apparet in eo quod dicitur: *Oriens consul magistrum populi dicit.* Al. tamen ap. *Liv. leg. oriente nocte.* **P** *Oriens*, absolute, ea pars coeli, unde sol oritur, ἀνατολή. *Cic. N. D. 2, 66.* Qui has nobiscum terras ab oriente ad occidentem colunt. *Hor. Od. 1, 12, 55.* Sive subjectos orientis orae Seras et Indos. *Or. A. Am. 1, 177.* Ecce parat Caesar domito, quod deficit, orbi Addere: nunc, oriens ultime, noster eris. **P** Alius est vernus, seu aequinoctialis, alius hibernus, etc., prout in his, vel illis signis positus sol oritur. *Gell. 2, 22.* Qui ventus ab oriente verno, idest aequinoctiali venit, nominatur *Eurus*. *Colum. 1, 7.* Ut frons villae ad orientem aequinoctialem directa sit; et 6. Coenationes prospectent hibernum orientem. *Plin. 17, 14, 24.* Certum est, ab humeris arborum orientem aestivum spectantibus surculos esse petendos, **P** Item metonymice ipse sol, qui oriens initium diei affert, et per synecdochen ipse dies. *Or. Fast. 1, 653.* Septimus hinc oriens cum se demiserit undis, Fulgebit toto jam Lyra nulla polo. *Virg. A. 5, 739.* Et me saevus equis oriens afflavit anhelis.

ORIENTALIS, e, adj. ἀνατολικός, ad orientem situs. *Just. 14, 3.* Nunc commilitones suos, nunc patronos appellans, periculorum et operum orientalium socios. *Id. 36, 3. extr.* Primi omnium ex orientalibus libertatem receperunt. *Pall. 3, 17.* Surculi ab orientali arboris parte decisi. *Gell. 2, 22.* Orientales venti. **P** [*Orientales* absolute dicuntur ferae, quae in oriente ad spectacula venationum capiebantur, quales fuerunt leones, tigres, pantherae, etc. *Inscr. ap. Mur. 654, 1.* In qua

miratus numerosas orientales meridie in utrisque caveis variis missionibus, etc. *F.]*

ORIFICIUM, ii, n. angustus aditus, vel exitus quasi per os. *Macr. Sat. 7, 4. med.* Ventris sunt duo orificia, quorum superius recipit devorata, inferius vero intestinis inseritur, et inde via egerendis; et *infra*: Retrimenta inferiori orificio labuntur. *Appul. Met. 2.* Lagena orificio cessim dehiscente patescens; et *ib. 9. f.* Orificium cistulae; et *ib. 11.* urnulae.

ORIGA. V. PERORIGA.

ORIGANITES Vinum, origano conditum. *Cato R. R. 127.*, ubi in genitivo pro *origanitae* habet *origaniti*, ut *Pericli, Themistocli*, Latina ratione. **V. ABROTONITES.**

ORIGANUM et *Origanon*, i, n. et *Origanus*, i, m. *ὄριγανον*, seu *ὄριγανον*, et *ὄριγανος*, seu *ὄριγανος*, herba parvo frutice, folio et ramis serpyllo silvestri similis, sapore cunilae. [**Wohlgemuth, Dosten.*] *Plin. 20, 17, 67.* Origanum, quod in sapore cunilam aemulatur. *Seren. Sam. 47, 879.* Cumque hoc absumi debeat origanus herba.

***ORIGEVIONES**, um, populi Hispaniae Tarraconensis. *Mela 3, 1. extr. B. A.*

ORIGINALIS, e, adj. ἀρχικός, qui est ex origine. *Appul. Met. 11. in.* Ceres frugum parens originalis. *Macr. Sat. 11, 2.* Originales rerum species, quae ideae dictae sunt. *Tert. Apol. 21.* Judaeis erat apud Deum gratia, ubi et insignis justitia, et fides originalium auctorum, h. e. qui ab ipsa origine fidem hauserant, aliisque transdiderant. *Id. Anim. 2.* His consiliis tot originalia instrumenta Christi delere Marcion ausus est. *Imp. Constantinus, et Constant. Cod. Theod. 11, 1, 14.* Originales coloni: *originarii*. **P** [*Inscr. ap. Fabr. p. 398. n. 286.* Patronus longe a majoribus originalis. *F.]*

ORIGINALITER, adv. secundum originem, ab origine. *August. Trin. 3, 9. et Retract. 1, 15.*

ORIGINARIUS, a, um, adj. ad originem pertinens, originalis. *Originarius colonus*, qui ab ipsa origine conditioni adstrictus est terrae colendae. *Imp. Valent. et Valens Cod. 11, 48, 7. et Arcad. et Honor. ib. 11.* Est etiam *titulus 38. l. 10.*, qui inscribitur *De municipibus, et originariis*, h. e. de his, qui nati sunt eo loco, de quo sermo est.

ORIGINATIO, onis, f. *Quint. 1, 6. med.* Etymologia, quae verborum originem inquirat, a Cicerone dicta est notatio. Sunt, qui vim potius intuiti, originationem vocent.

ORIGINITUS, adv. ab origine. *Ammian. 31, 2. med.* Persae, qui sunt originitus Scythae, pugnandi sunt peritissimi.

ORIGO, iginis, f, γένεσις, ortus, nativitas, principium, causa: ab *orior*. *Cic. Fin. 2, 10.* A primo animantium ortu petitur origo summi boni. *Id. Univ. 2.* Nullius rei, causa remota, reperiri origo potest. *Juven. 14, 226.* Mentis causa malae tamen est, et origo penes te. *Cic. Fin. 4, 7.* Omnium virtutum et originem et progressionem persequi. *Lucr. 5, 176.* rerum genitalis origo. *Hor. Od. 4, 14, 45.* fontium qui cedat origines, Nilus. *Sall. Jug. 22.* Eaeque urbes brevi multum auctae, pars originibus suis praesidio, aliae decori fuerunt. *Sic Tac. G. 2.* Celebrant carminibus antiquis Tuisconem Deum terra editum, et filium Mannum, originem gentis conditoresque. *Stat. Th. 1, 680.* Cadmus origo patrum, tellus Mavortia Thebe, Et genitrix locata mihi. *Sil. 14, 93.* tam praecipiti materna furoris Pyrrhus, origo dabat stimulus. *Virg. G. 3, 471.* nec singula morbi Corpora corripunt, sed tota aestiva repente, Spemque, gregemque simul, cunctamque ab origine gentem; et *A. 1, 376.* si prima repetens ab origine pergam. *Hor. Od. 3, 17, 5.* Originem ducere ab aliquo. *Quint. 5, 11. med.* Fabulae illae, quae etiam si originem non ab Aesopo acceperunt (nam videtur earum primum auctor Hesiodus), nomine tamen Aesopi maxime celebrantur. *Id. 1, 5. med.* Gurdos, quos pro stolidis accipit vulgus, ex Hispania duxisse originem audivi. *Plin. 6, 20, 23.* Originem deducere ab aliquo. *Id. 15, 14, 15.* ab aliquo habere. *Id. 5, 24, 21. et 6, 28, 32. med.* trahere. *Inscr. ap. Fabr. p. 101, n. 232.* Patronus ab origine, h. e. qui ab avo et majoribus, vel ab atavis alicujus municipii patrocinium habet. **V. ORIGINALIS. F.** **P** *Origines* inscripsit *Cato* historias suas, de quibus *Nep. Cat. 3.* Senex scribere historias instituit, quarum sunt libri septem. Primus continet res gestas regum populi R. Secundus, et tertius, unde quaeque civitas orta sit Italica: ob quam rem omnes Origines videtur appellasse. **P** Refertur ad natalium et generis conditionem. *Or. Her. 19, 147.* Nobilis ille quidem est, et clarus origine. *Suet. Vit. 1.* Vitelliorum originem alii aliam tradunt: partim veterem et nobilem, partim vero novam et obscuram, atque etiam sordidam. *Tac. A. 6, 39.* Poppaeus Sabinus, modicus originis. **P** *Origo*, insignis mima, de qua *Hor. Sat. 1, 2, 55. B. A.*

[**ORINDA**, ae, f. ὀρίνδης, panis genus apud Aethiopes ex orindio semine, quod illis est peculiare, et sesamo non absimile, ut habetur ap. *Hesych. in Ὀρίνδην*, et *Polluc. 6, 11.* Hinc *Apic. 2, 2.* Cum

cocta fuerint, addes piper, apii semen; deinde orindam infusam teres, etc. *F.*]

[ORINE, es, f. ὄρεινή, montana, et

[ORINUS, i, m. ὄρινος, montanus. Est cogn. R. *Inscr. ap. Mur.* 1295, 3. Ancharia L. L. Orine. Alia ap. *Grut.* 763, 9. L. Blandius Orinus. *F.*] P *ORINE, es, sc. toparchia (ὄρεινή, i. e. montosa), in Judaea fuit. *Plin.* 5, 14. Reliqua Judaea dividitur in toparchias decem, quo dicemus ordine, Hiericentem, — Emmaum —, Orinen, in qua fuerit Hierosolyma. *B. A.*

ORIOI. V. HORIOIOLA.

ORION, onis, m. Ὀρίων, et Ὀρίων, filius Jovis, Neptuni, et Mercurii, quasi Urion, ab ὄρον, urina. Nam olim Juppiter, Neptunus, et Mercurius cum terram peragrarent, superveniente nocte ad pauperem quendam diverterunt, qui eos hilari animo suscepit, cumque Deos esse animadvertisset, occiso bove, iisdem sacrificium obtulit. Quo officio motus Juppiter, praecepit, ut aliquid muneris a se peteret, statim voti compos futurus. Ille nihil sese magis cupere respondit, quam filium, conjugem tamen se non habere, neque velle ducere, quod morienti uxori fidem dedisset, se aliam non ducturum. Juppiter igitur, et reliqui Dii corium immolati bovis sumpserunt, in quod cum urinam emisissent, jusserunt, ut terra obrutum completis maternis mensibus solveret. Quod cum fecisset, invenit puerum, quem ab urina *Urionem* nominavit: sed perdidit antiquum littera prima sonum, ut ait *Ov. Fast.* 5, 536. Hic postea adultus evasit venator maximus, adhaesitque Dianae. Sed cum viribus fidens gloriaretur, nullam esse feram, quam non conficeret, Dii insolens verbum ultri effecere, ut terra scorpionem pareret, cujus ietu Orion extinctus est. Diana satellitis sui obitum gravissimum ferens, eum in coelum juxta Tauri sidus constituit. Alii dicunt occisum fuisse a Diana ipsa, cum ei vim inferre aggrediretur. Addunt etiam, fuisse corpore tam procerum, ut nulla maris profunditate vinceretur. Fabulam narrant aut integram, aut ex parte *Ov. Fast.* 5, 495., *Hyg. fab.* 195. et *Astron.* 2, 26. et 34., *Serv. ad A.* 1, 539. et *ib.* 10, 763., *Hor. Od.* 3, 4. f. et *Lucan.* 9, 836., sed aliter atque aliter fere omnes. Neque enim in fabulis constantiam scriptorum invenies. P Situs est in ipso circulo aequinoctiali, prope Taurum, quocum pugnare fingitur, et constat, secundum *Hyg. Astron.* 3, 33., ex decem et septem; secundum alios, ex octo et triginta stellis. Ensem habere videtur stellarum fulgore terribilem. Si fulget, serenitatem; si obscuratur, tempestatem denotat. P Apud poetas habet primam syllabam indifferentem. Nam olim a Graecis per *ov* diphthongum scribebatur, quae Dorice in *o* solet commutari: qua ratione constat posse produci. Poterit tamen etiam corripri, si abjiciamus ex prima syllaba vocalem subjunctivam more Graecorum. Media autem syllaba fere semper producitur. Paenultima obliquorum rursus est indifferens. *Virg. A.* 1, 539. Cum subito assurgens fluctu nimbosus Orion, etc. *Lucan.* 9, 836. Teste tulit coelo: victi decus Orionis. (Versus est spondaicus.) *Ov. Met.* 8, 207. strictumque Orionis ense. P Per ephenthesin poetae dicunt *Oarion*. *V. s. l.*

ORIOR, eris, itur, ortus sum, dep. 3. ὀρίζομαι, ὀρίζομαι, ἀνατέλλω, nascor, surgo, in lucem prode, exeo, existo [*a Gr. ὄρος, ὄρομαι]. In infinitivo praesenti habet *oriri* quartae conjugat., in ceteris temporibus est tertiae. [**V. Ramsh. Gr. Lat.* §. 62. p. 132. b.] *Cic. Fin.* 2, 24. Ipsum a se oritur, et sua sponte nascitur; et *ib.* 5, 24. Ea officia, quae oriuntur a suo cujusque genere virtutum. *Ov. Met.* 10, 166. Tu toties oreris, viridique in caespite flores. *Id. Fast.* 1, 295. Quid vetat et stellas, ut quaeque oriturque, caditque, Dicere? *Hor. Sat.* 1, 5, 39. Postera lux oritur multo gratissima. *Id. Ep.* 2, 1, 17. Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes. *Nep. Timoth.* 3. Accidit, ut magna tempestas oriretur. *Cels.* 6, 13. med. Alia quoque ulcera in gingivis oriuntur. *Cic. Leg.* 2, 2. Factus sum amicior huic omni solo, in quo tu ortus et procreatus es. *Caes. B. G.* 5, 51. Cum ad portas castrorum clamor oriretur; et *ib.* 4, 9. Rhenus oritur ex Lepontiis. *Cic. Cluent.* 69. Cum quaedam in collibus controversia pastorum orta esset. *Ter. Andr.* 3, 2, 9. Vel hoc quis non credat, qui norit te, ab te esse ortum? instructum, commentum, et compositum, inquit *Donatus*: et *Adelph.* 3, 5, 3. Ex illan' familia tam illiberale facinus esse ortum? et 2, 1, 35. Tibi a me nulla orta est injuria. P Pro incipere. *Cic. Amic.* 1. extr. Fannius et Mucius ad socerum veniunt post mortem Africani: ab his sermo oritur: respondet Laelius. *Caes. B. G.* 1, 1. Belgae ab extremis Galliae finibus oriuntur: pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni. [*Ita saepius *Caesar*, et imprimis seriores scriptores hac voce utuntur. *V. Herzog.* ad h. l.] P Pro surgere, *V. in ORIENS*. P In compositis *exoritur*, et *exoritur*, tertia brevi, dixit *Lucr.* 2, 506. et 1, 180. et *oritur*, secunda itidem brevi, in simplici *Paul. Nol. carn.*

15, 59. Civis ut affectu nostris oreretur in oris. P Part. *Oriens*. *V. s. l.*

ORIPELARGUS, i, m. ὀριπελαργός, genus aquilae vulturinae speciei, alis minimis, reliquis magnitudine antecellens, sed imbellis et degener, ut quam verberet corvus: ab ὄρος, mons, et πελαργός, ciconia, quasi ciconia montana. Eadem dicitur etiam perenopterus, περνόπτερος, a pennarum colore nigro: nam περνός nigrum, περὶ alam significat. *Plin.* 10, 3, 3. [*Vultur Perenopterus, *L.*]

*ORIPPO, onis, oppidum Hispaniae Baeticae. *Plin.* 3, 1. *B. A.*

[ORIPUTIDUS, a, um, adj. cui os putet. *Gloss. Philox.* Oripitidus, ὀριπυτιδός. *F.*]

*ORITAE, arum, populi Gedrosiae, quorum meminit *Plin.* 7, 2. P *Horitae* audiunt *Curt.* 9, 10. et *Ori*, ut credibile est. *Plin.* 6, 23. *B. A.*

[ORITANI, orum, m. plur. Ὀριταῖ, incolae Orei, urbis in insula Euboea, cujus mentio apud *Lin.* 28, 5. habetur. *Id. ib.* 8. Si suam, quam Oritanorum, atque Opuntiorum, fortunam malent. *F.*]

ORITHION vel Orithios, i, videtur esse nomen montis, ap. *Sidon. carn.* 11, 2. Al. scrib. *Orithyon*.

ORITHIUS, V. ORICIUS.

ORITHYIA, ae, f. quadrisyllab. Ὀριθυία, filia Erichthi Athenarum regis, quam a Borea raptam, et in ventum conversam poetae fabulantur. *Sil.* 8, 516. Orithyia vago Geticis nutrit in antris. *Ov. Met.* 6, 682. Boreae Tereus Thracisque nocebant, Dilectaque diu caruit Deus Orithyia. *Virg. G.* 4, 463. Atque Getae, atque Hebrus, atque Actias Orithyia. *Id. A.* 12, 82. de equis Turni: Pilumno quos ipsa decus dedit Orithyia. *Virg. G.* 4, 463. Atque Getae, atque Hebrus, atque Actias Orithyia. *Id. A.* 12, 82. de equis Turni: Pilumno quos ipsa decus dedit Orithyia. Omnes hi versus, primo excepto, spondaici sunt. Quod si dactylum et spondeum ex *Orithyia* efficere velis, prior diphthongus altera vocali mutanda est, posterior dissolvenda. P *Eusebius* in *Chron.* ad ann. Mundi 3720. pro vera historia refert, Boream regem Thraciae fuisse, qui cum Orithyiam amaret, et sibi conjugem dari postulare, nec impetrare posset, illam rapuit, et in Thraciam secum detulit, ex qua Zetem, et Calaim filios procreavit. P *Orithyia* tamquam Dea maris, et ventorum arbitra habita fuisse videtur, quippe cui et vota soluta fuerint a mercatoribus. *Inscr.* ap. *Reines. cl. i. n.* 170. Horithyiae L. Barbis L. L. Theopompus nav. mercat. *V. S.* Hic, ut saepissime alias, aspiratio citra necessitatem praepositur. P Hoc etiam nomine dicta est Amazonum regina, quae Marpesiae matri successit in regno. Ea regnante, forisque bellum gerente, Hercules et Theseus Amazonas adorti sunt. *Just.* 2, 4.

ORITHYON, V. ORITHION.

ORITIS, is, f. ὀρίτις, gemma globosa speciei, a quibusdam et sideritis dicta, ignem non sentiens: ab ὄρος, mons, quia globum monti similem refert. *Plin.* 37, 10, 65.

ORIUNDUS, a, um, adj. ὀριυνός, ἐκγενέτης, originem ducens. Differt ab *ortus*, quia *oriundus* refertur ad personam, vel locum, unde parentes nostri sunt: *ortus* idem est ac *natus*, et refertur ad personam vel locum, unde ipsi nati sumus. [**Doederl.* 3, 60. *oriundus*, elisa litera *b*, adjectivum verbale dicit pro *oriundus*.] *Liv.* 24, 6. Hippocrates et Epicydes nati Carthagine, sed oriundi ab Syracensis exsule avo, Poeni ipsi materno genere. *Inscr.* ap. *Don.* cl. 6. n. 167. Oriundus Lepiti; et n. 168. Oriundus Gaza. *Pl. Poen.* 5, 2, 94. Haud repudio hospitium, neque Carthaginem: inde sum oriundus. *Liv.* 2, 9. Ne se oriundos ex Etruscis exsulare pateretur; et 32. med. Placuit oratorem ad plebem mitti Menenium Agrippam, facundum virum, et quod inde oriundus erat, plebi carum. P Saepe adhibetur sine respectu ad illud discrimen. *Cic. Top.* 6. Gentiles sunt, qui ab ingenio oriundi sunt. *Lucr.* 2, 990. Denique celestis sumus omnes semine oriundi. *Colum.* 1, 3. Cum a primis canabulis, si modo liberis parentibus est oriundus, audisse potuerit. *Enn.* ap. *Prisc.* 6, 708. O pater, o genitor, o sanguen Diis oriundum. P De rebus inanibus. *Pl. Curc.* 1, 1, 10. Egon' apicularum opera congestum non feram, ex dulci oriundum, melliculo dulci meo? *Liv.* 1, 20. Virgines Vestae legit, Alba oriundum sacerdotium. *Colum.* 1, 5. Fluens aqua e montibus oriunda.

ORMENIS, idis, f. Ὀρμενίς, Armenii filia. *Or. Her.* 9, 50. Nec referam partus, Ormeni nympha, tuos, h. e. Astydamia, quam Hercules patre occiso, qui sibi eam in uxorem dare noluerat, quod sciret Deianirae jam nuptias iniisse, vitavit, Ctesippumque genuit. *Diodor. Sicul.* 4, 3.

[ORMINALIS, et rectius Horminalis, is, f. herba eadem ac satyrion, ap. *Appul. Herb.* 15. Graeci ὀρμινάριον vocant. *F.*]

ORNAMEN, inis, n. ornamentum. *Capell.* 6, 192. Quia Cyllenium excludit ornamen.

[ORNAMENTARIUS, a, um, adj. qui alicujus dignitatis ornamentis insignitus est, quamvis ipsam dignitatem minime sit consecutus. *V. v. sq.* §. 6. *Inscr.* ap. *Mur.* 199, 1. ... Ἰππῖλ. Vir. Aug. et decurioni ornamentario, etc. et ap. *eund.* 200, 4. L. Laelius Marullus Ἰππῖλ. Vir. Aug. et decur. ornam.

Alia ap. *Donat.* 349, 1. Decurio ornamentarius Col. Aug. Nemausi. Alia ap. *Spon. Miscell. antiq.* p. 238. T. Commius Ἰππῖλ. Vir. Aug. T. Commio ornamentario. Corrige *ornamentario*. *V. FALACER. F.*]

ORNAMENTUM, i, n. [*proprie dicitur pro quocunque apparatu seu instrumento. Ita recte posuisse videmur, quae Noster quarto loco collocaverat.] *Cic. Cat.* 2, 11. Neque vero ceteras copias, ornamenta, praesidia vestra cum illius latronis inopia atque egestate conferre debeo. *Sen. ep.* 14. med. Ars ei constat, qui per ornamenta percussus est, h. e. per ipsa arma: ductum a gladiatoribus, quorum instrumenta pugnandi ornamenta dicta sunt. *Suet. Tit.* 9. Oblata sibi ornamenta pugnandi inspicenda porrexit. [*Melius leg. *ferramenta*. *V. B. Crus.*] Rursus *Sen. Q. N. praef.* 4. Scias, non posse te consequi, ut sis impenetrabilis: cum omnia caveris, per ornamenta feriet. P *Ornamenta boum, eorumque*, etc. sunt, quae ipsis insternuntur, imponunturque, ut ephippia, clitelae, capistra, funes, etc. *Cato R. R.* 11. Ornamenta bubus, ornamenta asinis instrata tria. *Adde ib.* 10. et 135. Sic *Hirt. B. Afr.* 86. Elephantos ornatos armatosque cum turribus et ornamentis capiti. [*Hinc translate *ornamenta dicendi* sunt, quasi auxilia, facultates, vires, quibus instructus esse debet orator: *Cic. Or.* 2, 28. Neminem omnium tot et tanta, quanta sunt in Crasso, habuisse ornamenta dicendi: quem locum Noster in f. posuerat. P Utramque vero et utilitatis et pulchritudinis notionem quum v. *ornamenti* una contineat, v. in *orno*, multis in locis idem est, quod insigne, decus, κόσμος.] *Caes. B. G.* 7, 15. Pulcherrima totius Galliae urbs, quae praesidio et ornamento est civitati. *Cic. Or.* 1, 45. Mihi hoc subsidium comparavi ad decus atque ornamentum senectutis. *Id. Mil.* 14. Q. Hortensius, lumen atque ornamentum ordini, atque ornamentum curiae constituere. *Plin. ep.* 8, 12. Vir optimus, et inter praecipua saeculi ornamenta numerandus. *Caes. B. C.* 2, 18. Pecuniam, omniaque ornamenta ex fano Herculis in oppidum contulit. *Hirt. B. Afr.* 28. Ornamenta triumphali. *Juv.* 3, 203. urceoli sex, Ornamentum abaci. [**Cic. Brut.* 75. ad hanc elegantiam verhorum Latinorum, — adjungit (*Caesar*) illa oratoria ornamenta dicendi: et, quem locum Noster in f. laudaverat; *ib.* 37. in sententiarum ornamentis et conformationibus.] P Vestes, ornatus peculiaris alicujus, ut comitorum, mulierum, etc. *Pl. Capt.* 3, 4, 83. Ornamenta absunt. Ajacem, hunc cum vides, ipsum vides. *Id. Trin.* 4, 2, 16. Ipse ornamenta a chorago haec sumpsit. *Id. Men.* 5, 2, 53. Me despoliat, mea ornamenta clam me ad metrices degerit. [**V. Rost.* in *Plaut. Cupped.* ferc. III. in.] P *Servus ab ornamentis* fuit inter officia domus Augustae. *Inscr.* ap. *Grut.* 578, 9. T. Fl. Aug. lib. Parthenopaei Poppaeani eunuchi ab ornamento; et ap. *Mur.* 900, 2. Felix C. Caesaris ab ornamento. P *Ornamenta triumphalia, consularia, praetoria, quaestoria*, etc. erant insignia gestari solita a triumphantibus, consulibus, etc. ut fasces, lictores, sella curulis, praetexta, etc. [**ἱματὶ ἐπιβύθιοι* s. *νικητήριαι*.] Ea interdum ab imperatoribus dari consueverunt illustribus viris ob res praecclare gestas, ita ut iis non secus uterentur, quam si triumphum egissent, consulatum, praeturam, etc. gessissent. Exempla habes ap. *Suet. Aug.* 38. Pluribus triumphalia ornamenta decernenda curavit. *Id. Caes.* 76. Decem praetoriis viris consularia ornamenta tribuit. *Id. Claud.* 29. Narcissum quaestorium, Pallantem praetoriis ornamentis honorari libens passus est. *Adde Tac. Agr.* 40. et 44. et *Plin. ep.* 7, 29. *Inscr.* mendosa ap. *Grut.* 409, 7., emendata ap. *Maff. Antiq. Gall.* p. 65. Dis Manib. Firmi Lucani L. Ἰππῖλ. Vir. Aug. ornamentis decurion. Nemausi honorato. *V. ORNAMENTARIUS*. [*Hinc *Nero* ap. *Suet. Ner.* 35. sufficere illi debere uxoria ornamenta: quae ab iis deducta est dicendi ratio, qui insignia quidem honoris, muneris, sed ipsum munus non habent.] P Saepere refertur ad honores, dignitates, divitias, quibus ornantur homines. *Nep. Att.* 7. Ipsum Pompejum conjunctum non offendit: nullum enim ab eo habebat ornamentum, ut ceteri, qui per eum aut honores, aut divitias cooperant. [**V. Brem.*] *Cic. Balb.* 19. Omitto, quantis ornamentis populum istum C. Caesar affecerit. *Id. Fam.* 2, 19. f. Quaecumque a me ornamenta ad te proficiscentur, ut omnes intelligant, a me habitam esse rationem tuae dignitatis. *Id. Cat.* 3, 11. In animis ego vestris omnes triumphos meos, omnia ornamenta honoris, monumenta gloriae, laudis insignia condi et collocari volo. *Id. Sull.* 32. Omnia generis, nominis, honoris insignia atque ornamenta unius iudicii calamitate occiderunt.

ORNATE, adv. κοσμητός, cum ornatu. *Cic. Or.* 3, 14. Illuminate et rebus et verbis dicere, et in ipsa oratione quasi quendam numerum, versumque conficere, id est, quod dico, ornate, h. e. adhibito orationis ornatu. *Id. Off.* 1, 1. extr. Ornate splendideque facere. *Id. Coel.* 3. extr. Dicere or-

nate politeque. Plin. ep. 1, 16. Agere causas polite et ornate. Cic. Or. 1, 11. med. Composite, ornate, copiose eloqui. Id. Fam. 9, 21. Causas agere ornatus. Id. Brut. 5. extr. Causam ornatus et copiosissime defendere.

ORNATIO, onis, f. κοσμησις, exornatio, ornatus. Vitr. 5, 7. f. In singula tres sint species orationis, quae, etc. mutantque speciem orationis in frontes. Inscr. in Nov. lett. di Firenze T. 11. p. 600. Deducta oratione statuæ HS. C. N. h. e. deducta summa sestertiorum centum ad statuæ ornatum insumenda.

ORNATOR, oris, m. κοσμητής, exornator. Firm. Astron. 3, 6. n. 9. Facit Deorum ornatores, sive templorum conditores. P Fuit inter officia domus Augustae. Inscr. ap. Grut. 578, 8. Diophantus Ti. Caesaris ornator glabr., h. e. glabratorum, seu puerorum delicatorem. Alia ap. Reines. cl. 9. n. 62. Eperastus Juliae Lib. ornator. V. GLABER.

ORNATRIX, icis, f. κοσμητρα, ψεκας, quae ornat. Ornatrices erant ancillae, quae dominarum crinem componebant. Ov. A. Am. 3, 238. Tuta sit ornatrice, odi quae sauciat ora Unguibus, et rapta brachia figit acu. Hinc Id. Amor. 2, 8, 1. Ponderis in mille modos perfecta capillis. Comere sed solas, docta Cypassi, Deas. Suet. Claud. 40. Haec matris meae liberta et ornatrice fuit. [*V. Wouwer. ad Pl. Mostell. 1, 3, 97.] Inscr. ap. Grut. 579, 5. Aponiae Successae a tutulo ornatrice. C. Batonijs Epigonos atriensis, h. e. a tutulo ornatrici. V. Juven. 6, 487. et sqq.

ORNATULUS, a, um, dimin. ornati. Pl. Cist. fragm. (ed. A. Maio) p. 19. Mulierecula mea ornata si sit, ut quidem hercle scita. F.]

ORNATURA, ae, f. Πάπια in Lex. Limbus est, quam nos ornaturam dicimus, quae ambit extremitatem vestium. Edict. Diocl. p. 20. Bracario pro excisura, et ornatura X. . . . V. BRACARIUS. Gloss. Philox. Ornatura, κοσμησις. F.]

ORNATUS, a, um, part. ab orno: [*instructus, paratus. Quid instructus et similia differant, v. in h. v.] Caes. B. G. 3, 14. Naves paratissimae, atque omni genere armorum ornatisimae. Cic. Pis. 2. Provincia exercitu et pecunia instructa et ornata. Id. Phil. 10, 4. Graecia copiis non instructa solum, sed etiam ornata, h. e. non solum quod ad usum satis est, sed etiam ad ornamentum. Id. Fin. 2, 34. Sapiens plurimis et gravissimis artibus atque virtutibus instructus et ornatus. Id. ad Brut. 1, 18. Imperator honoribus amplissimis, fortunisque maximis, conjugē, liberis, vobis affinis ornatus. Id. Caecin. 21. Armatos appellamus eos, qui scutis telisque parati ornati que sunt. Id. Quint. 31. E fundo ornatisimo delectus. Liv. 27, 19. extr. Equus ornatus. [*Cf. 1, 43. 44, 1. et alibi saepissime.] Nep. Ann. 3. elephantus. P Ornata provincia ap. Cic. Fam. 15, 4. med. quid sit, V. in ORNO. P Ornamentis decoratus, comptus, politus, κοσμημένος. Cic. Sen. 16. Agro bene culto nihil potest esse nec usu uberius, nec specie ornatus. Id. Fl. 38. Sepulcrum floribus ornatum. P Item honore affectus. Cic. ad Brut. 1, 12. Honoribus amplissimis a senatu ornatus. Id. Har. resp. 13. Deiotarus clarissimorum imperatorum testimoniis ornatus. Id. Dom. 33. A populo R. semper sum defensus, amplificatus, ornatus. P Festiva ironia est in illo Ter. Ad. 2, 1, 21. Quid hoc rei est? regnum ne, Aeschine, hic tu possides? Aes. Si possiderem, ornatus esses ex tuis virtutibus. P Item honorificus. Cic. Manil. 1. Locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatisimus. P Ornatus vir, bonis artibus instructus, dignitate, honoribus, auctoritate praeditus. Cic. Div. Verr. 9. Lectissimus atque ornatisimus adolescens. Id. Fl. 20. Splendissimus atque ornatisimus civitatis suae. Id. Verr. 2, 1, 48. extr. Homo ornatisimus loco, ordine, nomine, virtute, ingenio, copiis. P Refertur ad ornatum orationis. Cic. Or. 1, 10. Homines ornati in dicendo, et graves; et 12. Composita oratio, et ornata, et artificio quodam et expolitione distincta. Id. Or. 11. Omnes apud Pacuvium ornati elaboratique sunt versus. P [*Confund. ornata et ordinata. V. Cort. ad Lucan. 6, 518.]

ORNATUS, us, m. [*i. q. apparatus, Zurüstung, Zubereitung: παρασκευη, κατασκευη.] Ter. Andr. 2, 2, 28. in aedibus nihil ornati, nihil tumulti: [v. Ruhnk. ad h. l.] Varr. R. R. 3, 9. med. Gallinae in ornatis publicis [*i. e. epulis, conviviis] solent poni cum psittacis, ac merulis albis. P Item instrumentum, supellex, copia rerum earum, sine quibus re aliqua uti non licet. Cic. Or. 3, 6. Una est eloquentia, quascumque in oras disputationis regiones delata est, etc. et quocumque ingreditur, eodem est instructu ornatuque comitata. P Item exornatio, decus: Ausschmückung, Verzierung, Gr. κοσμησις, κοσμος.] Cic. Dom. 43. Hoc simulacrum quidam ad ornatum aedilitatis suae deportavit. Hirt. B. G. 8, 51. Nihil relinquatur, quod ad ornatum portarum, itinerum, locorumque omnium, qua Caesar iturus erat, excogitari posset. P De compositione capillorum. Ov. A. Am. 3, 133. non sint sine lege capilli: Admotae formam dantque, negant-

que manus. Nec genus ornatus unum est: quod quamque decebit, Eligat, et speculum consulat ante suum. Adde Virg. A. 7, 74. P Est etiam vestitus, cultus. Festus: Ornatus appellatur cultus ipse, quo quis ornatur. Pl. Mil. 4, 4, 41. Facito, ut venias huc ornatu naulerico. Cic. Off. 1, 18. extr. Statuas videmus ornatu fere militari. Id. Fin. 2, 21. med. Voluptas picta in tabula pulcherrimo vestitu et ornatu regali, in solio sedens. Phaedr. 4, 4. Agros abjicit moecha, ut ornatum parat, h. e. mundum muliebrem. Plin. 8, 42, 64. Equus regio ornatu instratus. P Inter cultum, et ornatum quid sit discriminis, V. in CULTUS. P De ornamento orationis, quod praecipue consistit in delectu et compositione verborum, et usu schematum. (V. Quint. toto c. 8, 3.) Cic. Or. 24. Collocata verba habent ornatum, si aliquid concinnitatis efficiunt, quod verbis mutatis non maneat, manente sententia. Id. Brut. 79. f. Erant et verborum et sententiarum illa lumina, quae vocant Graeci οχηματα, quibus tanquam insignibus in ornatu omnis distinguebatur oratio. Id. Or. 39. Magnum afferre ornatum orationi. P De Mundo. Cic. Acad. 4, 38. Mundum ita esse undique aptum, ut nulla vis tantos queat motus mutationesque moliri, nulla senectus diuturnitate temporum existere, ut hic ornatus unquam dilapsus occidat. Plin. 2, 4, 3. Quem κοσμον Graeci, nomine ornamentum appellaverunt, eum nos a perfecta absoluteque elegantia mundum. P Ornatu in dativo pro ornatu, ut aspectu, concubitu, et alia. C. Caes. ap. Gell. 4, 16. Ibi isti, quorum in aedibus fanisque posita et honori erant, et ornatu. V. ASPECTUS, us.

ORNEUS, a, um, adj. μιλίνος, qui est ex orno. Colum. 11, 2. med. Fraxineam; si minus, orneam; si nec haec sit, iligneam frondem bubus recte praebebimus.

*ORNEUS, i, m. *Ορνείος, unus ex Centauris, Ixionis et Nubis filius. Or. Met. 12, 339. B. A.

ORNITHIAS, ae, m. ορνιθίας, venti nomen: ab ορνις, ιδος, avis. De eo Plin. 2, 47, 47. Favonium quidam a. d. VIII. cal. Mart. Chelidonium vocant, ab hirundinis visu: nonnulli vero Ornithian, uno et sexagesimo die post brumam, ab adventu avium, flantem per dies novem. P Etiam Etesiae ipsi, cum spirant a bruma lenius, et paucis diebus, Ornithiae vocantur. Id. ib. P Ornithias memorant etiam Vitr. 1, 6. med. et Colum. 11, 2., sed ille circa Solanum, h. e. ab Oriente flare dicit: hic a Septentrione.

ORNITHOBOSCION, ii, n. ορνιθοβοσκίον, locus ad pascendum aves. Habet Varr. R. R. 3, 9., sed Graecis litheris.

ORNITHOGALE, es, f. ορνιθογάλη, herba caule tenero, candido, semipedali radice, bulbosa, molli, tribus aut quatuor agnatis. Plin. 21, 17, 62.

ORNITHON, onis, m. ορνιθών, aviarius, gallinarium, locus in villa, ubi aluntur gallinae, pavones, turdi, et hujusmodi altilia: ab ορνις, ορνιθός, avis. Est autem duplicis generis, vel fructus causa institutus, vel voluptatis. Varr. R. R. 3, 3. Villaticae pastionis genera sunt tria, ornithones, leporaria, piscinae. Nunc ornithonas dico omnium alitum, quae intra parietes villae solent pasci. Adde ib. proem. 2. et Colum. 8, 3. P *Ornithon, (gen. plur. sc. avium urbs, *Ορνιθών πόλις, ut vocat Strabo), oppidum Phoeniciae. Plin. 5, 19. P Inter Tyrum ac Sidonem ponit Strabo. B. A.

ORNITHOTROPHION, i, n. ορνιθοτροφέιον, locus, in quo aves educantur, idem ac ornithon. Habet Varr. R. R. 3, 5., sed Graecis scribit.

*ORNITUS vel Ornytus, i, Teuthides cognominatus. Virg. A. 11, 667. Val. Fl. 3, 173. Stat. Th. 12, 207 et 219. B. A.

ORNO, as, avi, atum, a. I. [*κατασκευάζειν, παρασκευάζειν, instruere, apparare, ita ut cum utilitate pulchritudinem, decus conjungas. Etymon ducunt a Gr. ὄρω. V. Doederl. 3, 260. sq.] Cic. Agr. 2, 13. Decemviro ornat apparitoribus, scribis, librariis, praecombibus, architectis, praeterea mulis, tabernaculis, centuriis, supellectili. Liv. 42, 1. Magistratus mulis, tabernaculisque, et omni alio instrumento militari ornabantur, ne quid tale imperarent sociis. Virg. A. 12, 344. Ornare aliquem armis. Plin. ep. 3, 21. pecunia. Enn. ap. Non. 2, 666. et Gell. 16, 10. Proletarij publicitus scutoque, feroque Ornatur ferro. Cic. Manil. 4. Aedificare, et ornare classem. Liv. 40, 26. f. Ornare naves. Cic. Verr. 2, 4, 20. et apparare convivium. Id. Cluent. 5. et sternere lectum. Ter. Eun. 4, 4, 6. fugam, h. e. parare se ad fugiendum. Al. leg. adornare. P Ornare provincias est senatus consulto decernere certum militum numerum, et iis stipendium, item viaticum in legatos, et comitatum, terminare ipsius provinciae fines, jurisdictionis formam modumque praescribere, et hujusmodi alia, quae honori et ornatu erant tum provinciae ipsi, tum magistratui eam regenti. Cic. Att. 3, 24. Cum ad me scripsissetis, vestro consensu consulum provincias ornatas esse. Suet. Caes. 18. Ulteriorem sortitus Hispaniam, retinentes creditores interventu sponsum removit: ac neque more, neque jure, antequam provinciae ornarentur, profectus est. P

Ea cum fierent, etiam ipsi magistratus ornari dicebantur. Cic. l. c. Se nostra causa voluisse, suam potestatem esse de consulibus ornandis. Id. Q. Fr. 2, 3. Referebatur de provinciis quaestorum, et de praetoribus ornandis. Al. leg. praetoriis. P [*Tunc ponitur pro pulcrum facio, decorum, insignem reddo, como, exorno; distinguo, ornatum affero, Gr. κοσμέω. Quid differant comere et decorare, v. in his vv.] Cic. Off. 2, 22. Italiam ornare, quam domum suam, maluit: quamquam, Italia ornata, domus ipsa mihi videtur ornatio. Virg. A. 7, 488. Mollibus intextens ornabat cornua sertis. Ov. Met. 5, 52. ornabant aurata monilia collum. Lucan. 7, 18. Curus ornante toga. Claud. in Ruf. 2, 449. Ornatura suos exstruxit culmina manes. Prop. 3, 4, 12. Ornabat niveas nullane gemma manus? P Speciatim dicitur de capillis comendis. Ov. Am. 1, 17, 5. Quid, quod erant tenues, et quos ornare timentes? et ib. 2, 7, 17. solers ornare Cypassis. Id. ib. 7, 23. Adde quod ornandis illa est operata capillis. [Front. de eloq. (ed. A. Maio) in. Capillus, etsi non cotidie acu ornandus, tamen pectine cotidie expediendus est. F.] Hinc ornatu, us, et ornatrice. P Refertur etiam ad eloquentiam, et significat insignem reddere laudando aut vituperando. Cic. Or. 1, 21. Eum statuabam eloquentem, qui mirabilis et magnificentius augere posset, atque ornare quae vellet; et ib. 3, 6. extr. Illa conor attingere, quibus orationem ornari atque illuminari puto; et ib. 2, 28. med. Non dubitavit seditiones ipsas ornare. Plin. ep. 2, 3. Proocmiatur apte, narrat aperte, ornat excelsae. P Universim ornare est beneficiis, honoribus, praemiis augere, decorare, insignem reddere. Cic. Fam. 15, 4. med. Qui me tuis sententiis saepissime ornasti. Caes. B. G. 7, 33. Civitas, quam ipse semper aluisset, omnibusque rebus ornasset. Cic. Att. 6, 1. med. et ad Quir. 5. Maximis beneficiis ornare aliquem. Id. Phil. 2, 11. Qui me non solum meis laudibus ornaret, sed etiam oneraret alienis. Id. Pis. 13. extr. Homines frequentia sua vestrum egressum ornant, atque celebrant. Id. Planc. 9. Tota illa regio se hujus honore ornari, se augeri dignitate arbitrabatur. Plin. ep. 2, 1. Suffragio candidatum ornare.

ORNUS, i, f. ὄρνις, μέλα, h. e. fraxinus silvestris, [*Fraxinus Ornus, L.] arbor procera, caudice tereti, levi cortice: ab ὄρνις, montanus, per syncop., quia montes amat, ut Plin. 16, 18, 30. docet. Colum. Arbor. 16. Orni silvestres fraxini sunt, paulo latioribus tamen foliis, quam ceterae fraxini, nec deteriore frondem, quam ulmi, praestant. Caprae quidem, et oves libentius etiam hanc frondem appetunt. Virg. G. 2, 111. Nascuntur steriles saxosis montibus orni. Id. Ecl. 6, 71. Cantando rigidas deducere montibus ornos. Id. A. 10, 766. Aut summis referens annosos montibus ornos. Hor. Od. 3, 27, 58. potes haec ab orno Pendulum zona bene te secuta Laedere collum. Auson. ep. 24, 108. vibrabilis ornus Achilli, h. e. hasta, syncroche.

ORO, as, avi, atum, a. I. ὄρω, dico, loquor: ab ore, ut Varr. L. L. 5, 7. f. docet: et speciatim est causas agere. Festus: Orare antiquos dixisse pro agere testimonio est, quod oratores dicti, et causarum actores, et qui republicae mandatas causas agebant. Virg. A. 10, 96. Talibus orabat Juno. Quint. proem. 1. Qui artem orandi litteris tradiderunt. Pl. Most. 3, 1, 151. Videndum est primum, utrum eae velint ne, an non velint. Theu. bonum aequumque oras. Cic. in Sen. 1. Non dicam complecti orando, sed percensere numerando. Id. Off. 3, 10. med. Orandae liti tempus accomodare. Id. Brut. 12. Quo nemo unquam melius ullam oravit capitis causam. P Item legatione fungor. Cic. de republ. (ed. A. Maio) 2, 7. Matronis ipsis, quae raptae erant, orantibus. V. Orator. B. A. P Multo frequentius in usu est pro rogare, petere, precari. Cic. Verr. 2, 2, 39. Rogat eos atque orat, ne oppugnet filium suum. Id. Rosc. Am. 49. f. Rogat oratque te Chrysgone, ut, etc. Id. ad Planc. f. l. 16. ad Att. Rogo te, et etiam oro, ut, etc. Pl. Amph. 1, 1, 101. Vellatis manibus orant, ignoscamus peccatum suum. Ov. Pont. 4, 1, 19. Idque sinas, oro. Ter. Ad. 3, 4, 26. Venit ipsus ultro lacrumans, orans, obsecrans. Ubi Donat. Orare est placidos petere; obsecrare, iratos rogare; unde plus facit obsecrans, quam orans; plus vero orans, quam rogans. Cic. Planc. 42. Te, C. Flavi, oro et obtestor, ut, etc. Id. Q. Fr. 1, 1. f. Illud te ad extremum et oro et hortor. Id. Fam. 10, 5. Itaque te non hortor solum, sed plane etiam oro, ut, etc. Brut. ad Cic. ad Brut. 1, 16. Orare quempiam pro salute alicujus. Suet. Vesp. 16. aliquem libertatem. Virg. A. 9, 24. Multa Deos orans. Ter. Andr. 3, 2, 48. Chremem conveniam, orabo gnato uxorem. Pl. Amph. prol. 64. Hoc me orare a vobis jussit Juppiter, ut, etc. Ter. Ph. 1, 2, 90. Ad precatorem adeam, qui mihi sic oret, h. e. pro me. Liv. 21, 6. Legati Romanam missi, auxilium ad bellum orantes. Sic Tac. A. 2, 46. Misit legatos ad Tiberium oraturos auxilia. Ov. Pont. 2, 9, 65. Ad vatem vates orant-

tia brachia tendo. P Cum imperativo. *Sil.* 11, 336. Absiste inceptis, oro; et 350. parce, oro, et desine velle. P Cum infinito. *Virg. Ecl.* 2, 43. Jampridem a me illos abducere Thestylis orat. P Eleganter inseritur orationi, ut *quaeso*. *Cic. Att.* 4, 8. Dic, oro te, clarius. *Sen. ep.* 88. med. Quid enim, oro te, liberale habent isti jejuni vomitores? P *Orare mecum, tecum*, pro me, te. *Pl. Cas.* 2, 5, 15. Negavi, ipse me concessurum Jovi, si is mecum oraret. *Id. Curc.* 3, 1, 62. Tecum oro et quaeso, ut, etc. *Id. As.* 3, 3, 72. et 96. Hanc jube petere et orare mecum. *Adde Pers.* 1, 3, 37. et *Rud.* 3, 4, 68. Sic *Ter. Heer.* 4, 4, 64. Egi, atque oravi tecum, uxorem ut duceres. P *Oras* antiquum pro *oraveris*, est *Pl. Ep.* 5, 2, 63.

[OROANDENSIS, e, adj. ad Oroandam pertinens, Psidia urbem, cujus meminit *Liv.* 38, 37. Hinc *Oroandenses*, iam, absolute, sunt illius urbis incolae. *Id.* 38, 18. Legati Oroandensium cum venissent amicitiam petentes. F.]

*OROANDES, Mediae mons. *Plin.* 5, 27. B. A. [OROANDICUS, a, um, adj. ad Oroandam pertinens, Psidia urbem. *Plin.* 3, 32, 42. Oroandicus Psidia tractus. *Cic. Agr.* 2, 19. Oroandicus ager. Alii perperam leg. *Oriadicus*. F.]

*OROATIS, is et idis, Ὀροάτις, Persidis fluvius, in confinio Susianae, in sinum Persicum influens. *Plin.* 6, 21 et 27. V. *Pasitigris* et *Zarotis*. B. A.

OROBANCHE, es, f. ὀροβάνχη, cauliculus sine foliis altitudine sesquipedali, subrubens, flore subalbido in luteum vergente: ab ὀροβος, ervum, et ἄγρω, stragulo, quod ervum, et cicer, in quibus fere nascitur, circumligando praefocet. *Plin.* 22, 25, 80, et 18, 17, 44. n. 3. P Creditur esse eadem ac scandulaca, de qua *Festus*: Scandulaca genus herbae frugibus inimica, quod eas velut hederam implicando necat. [**Sommerwurz*, *Sonnenwurz*, *Orobanche major*, L.]

OROBAS, ae, m. turis genus, minoribus constans guttis: ab ὀροβος, ervum, ob similitudinem. *Plin.* 12, 14, 32.

[OROBIL, orum, m. plur. Ὀροβίλοι, populi Italiae, qui et Bergomates: ab ὀρος, mons, et βλος, vita: ita appellati, quia in montibus degunt. V. *BERGIMUS*. F.]

OROBINUS, a, um, adj. ὀροβίνος. Orobinus color est luteo similis, h. e. ervo herbae, quae Graece ὀροβος. *Plin.* 37, 10, 59. Gasidanem Medi mittunt, coloris orobini.

OROBITIS, is, f. ὀροβίτις, chrysocolla molita, cribrata, et alumine lutoque herba tincta. Ita dicta quod in globulos resolvitur ervi similitudine. Ervum enim ὀροβον dicunt. *Plin.* 33, 5, 27.

*ORODES, is, m. Ὀροδῆς, rex Parthorum, qui Crassum Romanum cepit et occidit. *Flor.* 3, 11. *Vell.* 2, 46. *Just.* 42, 4. P Item Colchorum rex. *Flor.* 3, 5. P et Albanorum. *Entr.* 6, 11. (al. 14.) P et nomen viri, a Mezentio interfecti. *Virg. A.* 10, 732. sq. B. A.

*OROMANSACI, orum, populi Galliae Belgicae, de quibus *Plin.* 4, 17. B. A.

[OROMEDON, ontis, m. Ὀρομέδων, unus ex Gigantibus, qui Jovem coelo depellere conati sunt: ab ὀρος Dorice pro ὄρος, mons, et μέδων, impetro. *Prop.* 3, 7, 47. Te duce vel Jovis arma canam, coeloque minacem Coeum, et Phlegraeis Oromedonta jugis. *Oromedonta* est accus. sing. Graecae positionis. F.]

*OROMENUS, i, m. Indiae fluvius. *Plin.* 31, 7. B. A.

ORONTES, is, m. Ὀρόντης, fluvius maximus Syriae, qui ex Libano monte profluit, multisque urbibus irrigatis, in quibus Antiochia, quam interluit, ad Seleuciam Pieriam in Syrium pelagus prolabitur. *Plin.* 5, 21, 18, et 2, 103, 106. P In illo *Juven.* 3, 62. Jampridem Syrus in Tiberim defluxit Orontes, Et linguam, et mores, et cum tibicine chordas Obliquas, nec non gentilia tympana secum Vexit, metonymia est, et Syrorum vitia significantur, quae paulatim Romam ad Tiberim sitam venere. P Etiam *Orontae* in genitivo dictum est, a recto *Oronteus* trisyllab., teste *Prisc.* 6, 705. Item *Oronti* ab eodem recto, ut *Ulyssi*, *Achilli*, contracta diphthongo ei. *Serv.* ad *A.* 1, 220. et *Prisc.* l. c. p. 706.

ORONTEUS, a, um, adj. ad Orontem pertinens. Pro Syro ponitur in illo *Prop.* 1, 2, 3. Aut quid Orontea crinem perfundere myrrha? h. e. stacte, quae alibi quidem nascebatur, sed in magna copia advehebatur a mercatoribus Antiochiam Syriae (totius Orientis talium rerum celeberrimum emporium) quam Orontes alluit. Ita *Scal.*

[ORONTINUS, i, m. ad Orontem pertinens. Est cogn. R. *Inscr. ap. Grut.* 364, 1. C. Blossius Junianus Orontinus. F.]

*OROPUS, i, Ὀροπος, Boeotiae oppidum, in finibus Atticae, ob id controversiarum multarum inter Athenienses ac Thebanos occasio. *Liv.* 45, 27. *Plin.* 4, 7. *Cic. Att.* 12, 23. V. et *Gell.* 7, 14. B. A.

*OROSINES, fluvius Thraciae, non procul a Ponto Euxino. *Plin.* 4, 11. B. A.

OROSIUS, ii, m. Paulus, presbyter Hispanus,

floruit in fine saeculi quarti, et initio quinti, scripsitque hortatu S. Augustini historiarum libros septem, quibus ab ipso mundi exordio ad sua usque tempora miseriae hominum, paucis dumtaxat, iisdemque breviter delibatis, complexus est, stilo, ut ea tempora ferebant, non plane inculcatis, et a Latinae linguae nitore non valde abhorrente. Ejus saepe meminit *August.* in operibus suis.

[OROZELUM, i, n. herba eadem ac chamaepitys. *Appul. Herb.* 26. F.]

ORPHAICUS, a, um, adj. ad Orpheum pertinens. *Macr. Somn. Scip.* 1, 12. Liberum Patrem Orphaici ὄρν ὄρατον suspicantur intelligi, h. e. sectatores theologiae ab Orpheo traditae. Ille enim theologus fuit, et Orgia primus instituit, teste *Serv.* ad *A.* 6, 645.

ORPHANOTROPHIUM, ii, n. ὀρφανότροφίον, locus, in quo aluntur pueri parentibus orbat. *Imp. Anastas. Cod.* 1. tit. 2. qui est de sacrosanct. *Eccl.* 1. 17. et *Imp. Justin.* ib. 22. Adde tit. sq. qui de Episc. et cler. etc. inscribitur. Est ab ὀρφανός, parentibus carens, et τροφή, nutrio.

ORPHANOTROPHUS, i, m. ὀρφανότροφος, qui pueros nutrit orbos parentibus. *Imp. Leo, et Anthemius Cod.* 1, 3, 32. P Videtur etiam passive venire pro orphano, qui nutritur, ὀρφανότροφος. *Venant. Vit. S. Mart.* 2, 405. Quantum voce valens viduis atque orphanotrophis? Hic male paenultima vocalis producitur.

ORPHANUS, a, um, adj. ὀρφανός, qui caret parentibus. Vox Graeca. Item qui filiis privatus est, fato functis ante tempus. *Inscr.* non optinae notae, ap. *Grut.* 770, 9. Mater orphana viva sibi et suis posuit, et sub ascia dedicavit.

ORPHEUS, a, um, adj. Ὀρφεύς, ad Orpheum pertinens. *Or. Met.* 10, 2. Ciconumque Hymenaeus ad oras Tendit, et Orphea nequicquam voce rogatur. *Prop.* 1, 3, 42. Orphea carmine fessa lyrae. *Mart. Spect.* 21. Quidquid in Orphea Rhodope spectasse theatro Dicitur, exhibuit, Caesar, arena tibi. *Claud. III. cons. Honor.* 113. Rhodopeia saxa Orpheis animata modis.

ORPHEUS, i, m. Ὀρφεύς, disyllab. poeta, seu vates, genere Thrax, Apollinis et Calliopes filius. Alii dicunt, filium fuisse Oeagri et Polyhymniae, et regem Ciconum, qui sunt populi Thraciae juxta Hebrum. Hinc Oeagrius appellatur. Hic a Mercurio, sive, ut alii habent, a patre Apolline lyram accepisse fertur, eaque tantum valuisse, ut illius cantu silvas et saxa moverit, fluviorum cursum prohiberit, ferasque mitiores reddiderit. Cum Argonautis in Colchidem navigavit, ideo ab illis assumptus, quod juxta vaticinium Chironis Sirenes praeteriri non poterant, nisi praesente Orpheo. Eurydicen uxorem habuit, quae Aristaeum vim sibi inferre volentem fugiens, a serpente occisa est. Ob cuius mortem Orpheus incredibilem in modum dolens, accepta lyra ad Inferos descendit, ubi carminibus, et cantu Plutonem, et Proserpinam flexit, ut Euridicen redderent, hac tamen lege, ne in itinere respiceret. Quod cum prae amore non servasset, eam denuo amisit. Deinceps caelibem vitam agere statuit. Cum igitur jam multas nuptias rejecisset, alios insuper a mulierum consortio dehortaretur, a Maenadibus inter Bacchi sacrificia juxta Hebrum fluvium occisus et disceptus est. Sed alii aliam causam afferunt. Dicunt reversum ab Inferis in perpetuo luctu vitam duxisse, rogatum esse quadam die a mulieribus Bacchi sacerdotibus, ut lyra caneret, recusantem laceratum fuisse. Ejus membra passim per agros sparsa Musae collegerunt, et tumulaverunt. Caput vero, et lyra in Hebrum dejecta, ad Lesbion insulam delata sunt, ubi caput ab incolis sepulturae mandatum est, lyra autem a Musis in coelum translata. De his *Or. Met.* l. 10 et 11. in., *Hyg. fab.* 14, 251. et *Astr.* 2, 7. et *Serv.* ad *G.* 4, 520 et 523. et ad *A.* 6, 119 et 645. etc. V. etiam *Claud. Rapt. Pros. praef.* 2. Ille mulierum osor, et masculae Veneris primus institutor fuisse traditur. Hinc *Or. Met.* 10, 83. Ille etiam Thracum populis fuit auctor, amorem in teneros transferre mares. P Disyllaba vox est, ut diximus. *Virg. Ecl.* 4, 55. Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus, Nec Linus: huic mater quamvis, atque huic pater adsit, Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo. *Orphei* Graecus datus pro *Orphea*, disyllabum est, Ὀρφεύς, unde et *Orphi* scriptum vidit *Pier.*, et confirmat *Macr. Sat.* 5, 17. sed potest etiam esse trisyllab. soluta diphthongo, Ὀρφεύς, ut *Id. Pier.* monet. *Orphea* Latine in dativo et ablativo est trisyllab. *Hor. Od.* 1, 24, 13. Quod si Threicio blandius Orphea Auditam moderere arboribus fidem. Hoc idem dic de genitivo *Orphei* Latino, et *Orphea*, Ὀρφεύς Graeco. Sic *Prop.* 2, 25, 40. genitivum *Capanei* trisyllabum fecit, scilicet per synaeresin: Aut *Capanei* magno grata ruina Jovi. Sic *Persi* disyllab. *cod.* 2, 21, 24. et *ib.* 23, 56. V. similia in *ACHILLES*. *Or. Pont.* 3, 3, 41. At non Chionides Eumolpus in Orphea talis. *Orphea* quartus Graecae positionis casus Ὀρφεύς, pro *Orpheum*. In vocativo est *Orpheu* disyllab. pro *Orphee*, Graeco more, Ὀρφεύς, *Virg. Cul.* 291. Sed tu crudelis, crudelis tu magis,

Orpheu. P *Id. ib.* 116. tantum non Orpheus Hebrum; et 268. et nunc manet Orpheus in te. Utroque loco videtur dactylus, nisi spondaicum putes utrumque versum.

ORPHICUS, a, um, adj. ad Orpheum spectans. *Cic. N. D.* 1, 38. Orpheum poetam docet Aristoteles nunquam fuisse: et hoc Orphicum carmen Pythagorei ferunt cujusdam Cercopis. P *Orphica*, thagorei ferunt cujusdam Cercopis. P *Orphica*, orum, fuerunt sacra in Bacchi honorem celebrata, *Cic. N. D.* 3, 23. Quartum (*Dionysum habemus*), cui sacra Orphica putantur confici.

[ORPHITUS et Ortitus, i, m. cogn. Ser. Cornelii consulis ann. U. C. DCCCIV. in *Inscr. ap. Grut.* 300, 1., aliorumque plurium nobilium Romanorum. Fortasse idem est ac *Orphicus*; ejus enim originem ab *Orpheus*, satis ostendit *Inscr. ap. Fabr.* p. 267. n. IX. Ti. Julius Orpheus sibi, et Orfitae F. F.]

ORPHNAEUS, i, m. ὀρφναίος, unus e quatuor equis currum Plutonis trahentibus. V. *ALASTOR*.

*ORPHNE, es, f. ὀρφνη, i. e. tenebrae, Nympha Avernalis, ex qua Ascalaphum Acheron suscepit. *Or. Met.* 5, 539. sq. B. A.

ORPHUS, i, m. ὀρφός, piscis marinus rubens. *Plin.* 32, 11, 54. et 9, 16, 24.

[ORPHOPYGIUM, ii, n. ὀρφοπίγιον, pars illa corporis animalis, quae suturae similis sub pene, scrotum medium intersecans, per taurum usque ad anum tendit; ab ὀρφός, pars subjecta testiculis, et πυγή, nates. *Appul. fragm. Met.* 10. ap. *Oudend.* p. 717. Et hercule orrhopygium perterete Lyaei fragrantis, et oleae rosaceae lotionibus expurgavit. V. *UROPYGIUM*. F.]

*ORSAEI, orum, populi Indiae. *Plin.* 8, 21. Orsaei Indi. B. A.

*ORSILOCHE, es, f. nomen Tauricae Dianae. *Ammian.* 22, 8. Immolantes advenas Dianae, quae apud eos dicitur Orsiloche. V. *Hadrian. Jun. Animadv.* 4, 23. B. A.

*ORSIMA, Aethiopiae oppidum, vel in Aegypti Aethiopiaeque confinio. *Plin.* 6, 29. B. A.

*ORSINUS, i, Cariae fluvius. *Plin.* 5, 29. B. A.

ORSUS, a, um, part. ab *ordior*. *Cic. Leg.* 1, 3. Ego animi pendere soleo, cum semel quid orsus traducor alio. *Cels.* 2, 8. med. Termina ab atra bile orsa, mortifera sunt. *Virg. A.* 7, 386. Majus adorta nefas, majoremque orsa furorem. *Id. ib.* 1, 329. Sic Venus: et Veneris contra sic filius orsus, h. e. coepit dicere; et *ib.* 6, 125. Cum sic orsa loqui vates. V. *ORDIOR*. P Pro loquutus. *Id. ib.* 9, 656. sic orsus Apollo Mortales medio aspectus sermone reliquit; et *ib.* 12, 806. sic Jupiter orsus, Sic Dea submisso contra Saturnia vultu. P Passive, ut videtur. *Colum.* 1, 5. f. Cum ex depressiore loco fuerint orsa fundamenta, pro futura et substructione fungentur. *Plin.* 8, 51, 77. Tridui inedia saginatione orsa. P Hinc *orsa, orum*, res inceptae, conatus. *Liv. prooem.* 1. extr. Ut orsis tanti operis successus prosperos darent. *Manil.* 2, 57. Nostra loquor: nulli vatum debebimus orsa. *Val. Fl.* 1, 21. nunc nostra serenus Orsa juves; et 5, 196. Tu precor orsa regas; et 292. alios tunc ipsa dolos, alia orsa movebo. *Stat. Silv.* 2, 1, 114. Attica facundi decurreret orsa Menandri, h. e. carmina. Sic *Auson. Idyll.* 4, 46. amabilis orsa Menandri Evolvenda tibi. P *Orsa*, dicta, ut orsus, loquutus. *Virg. A.* 7, 435. Hic juvenis vatem irridens sic orsa vicissim Ore refert; et *ib.* 10, 632. et in melius tua, qui potes, orsa reflectas. *Val. Fl.* 5, 472. Talia miranti propius tulit orsa tyranno.

ORSUS, us, m. principium, conatus, exordium. *Cic. vertens Homeri versus Div.* 2, 30. Auguris ut nostri Calchantis fata queamus Scire, ratos ne habeant, an vanos pectoris orsus. *Virg. Cul.* 1. Lusus, Octavi, gracili modulante Thalia, Atque, ut araneoli, tenuem formavimus orsum.

*ORTACEAS vel Ortacea, ae, fluvius Elymaidis, qui, una cum Brixia, in mare exit, plurimum limi ad litus deferens, uti refert *Plin.* 6, 27. ubi ablativus *Ortacea* occurrit. B. A.

*ORTAGURĒA, ae, f. sic dictum est olim Maronea, Thraciae oppidum. *Plin.* 4, 11. B. A.

ORTHAMPELOS, i, f. ὀρθάμπελος, vitis ipsa se sustinens, sine pali adminiculo: ab ὀρθός, rectus, et ἄμπελος, vitis. *Plin.* 14, 3, 4. n. 8. Nec orthampelos indiget arbore aut palis, ipsa se sustinens.

*ORTHANUS, i, m. Bacchi epitheton. V. *Heins.* et *Drak.* ad *Sil.* 3, 395. B. A.

*ORTHE, es, f. Ὀρθη, Thessaliae oppidum. *Plin.* 4, 9. B. A.

[ORTHEMBASIS, is, f. rectus incessus: ab ὀρθός, rectus, et ἔμβασις, incessus. Legitur haec vox in *Not. Tir.* p. 152., ubi perperam scribitur *ortimbassis*. F.]

ORTHUS, a, um, adj. ὀρθός, rectus. *Capell.* 9, 332. Orthus (*pes*), qui ex tetrasemi elatione, id est arsi, et octasemi positione constabit: ita ut duodecim tempora hic pes recepisse videatur; et *max*: Orthus propter honestatem positionis est nominatus. P *Orthium carmen* est numeris altissimis constans, et intentissima voce prolatus; alii interpretantur lugubre, a Diana, quae apud Lacedaemonios Ὀρθία est appellata, ad cuius aram adolescentibus virgibus caedebantur. *Gell.* 16, 19. Arion

stans in summae puppis foro, carmen quod orthium dicitur, voce sublatissima cantavit.

ORTHOCISSOS, i, f. ὀρθόκισσος, genus hederæ erectæ, et chamaecisso oppositæ: ab ὀρθός, rectus, et κισσός, hederæ. Colum. 11, 2. med.

ORTHOCOLUS, a, um, adj. ὀρθόκωλος, recta, seu inflexibilia membra habens: ab ὀρθός, rectus, et κῶλον, membrum. Veg. Vet. 2, 54. Orthocola jumenta sunt, quæ contractionem nervorum patiuntur in pedibus, et de capitibus ungarum calcant, et sunt rigidis articulis, et plenas ungulas in terram ponere non possunt: quod vitium nascitur ex enormitate onerum, et labore confragoriarum viarum.

ORTHODOXUS, a, um, adj. ὀρθόδοξος, qui de fide recte sentit: ab ὀρθός, rectus, et δόξα, sententia. Damasus ad Hieron. ep. 19. in Commentaria a nostris, hoc est orthodoxis viris scripta. Impp. Valent. et Marc. Cod. 1, 2, 12. Sacrosanctæ Ecclesiæ orthodoxæ religionis. Impp. Leo, et Anthem. ib. 14. Sacrosancta orthodoxa Ecclesia.

ORTHOGILLUS, a, um, adj. ὀρθόγιλος, erectus, et γῶλον, membrum. Pelag. Veter. 16. f. Orthogilli (equi) sunt, quibus pedes priores spanditi fuerint introrsum, contra ventrem unguis tortis. Orthogilli scribitur pro orthogylli. F.]

ORTHOGONIUS, a, um, adj. ὀρθογώνιος, rectos habens angulos: ab ὀρθός, rectus, et γῶνία, angulus. Vitruv. 10, 11. f. Pythagoricum trigonum orthogonium. Aulon. præf. ad Idyll. 13. Ossicla æquilatera, isopleura, orthogonia, scalena.

ORTHOGRAPHIA, ae, f. ὀρθογραφία, recta scriptura, scientia recte scribendi: ab ὀρθός, rectus, et γράφω, scribo. Suet. Aug. 88. Orthographiam, id est formulam rationemque scribendi a grammaticis institutam, non adeo custodit. Adde Quint. 1, 7. P. Ap. Vitruv. 1, 2. Orthographia est erecti operis, adversique descriptio, cui opponitur descriptio vestigi, seu plantæ.

ORTHOGRAPHUS, a, um, adj. ὀρθόγραφος, recte scriptus, æquus: ab ὀρθός, rectus, et γράφω, scribo. Capell. 1, 17. Clotho vero, Lachesis, Atroposque, quoniam sententias Jovis orthographæ studio veritatis excipiunt, utpote librariæ superum, archivumque custodes. Ita Grot. et Munck. ex MSS., editiones male orthographiæ. P. Orthographus, i, m. ὀρθογράφος, est, qui rectam scribendi rationem docet. Cassiod. Orthogr. p. 2320. Congregatis igitur, quæ apud supradictos orthographos necessaria comperi fuisse conscripta, nunc finem libro faciam. F.]

ORTHOMASTICA Poma, genus malorum, quod refert erectam mammam: ab ὀρθός, rectus, et μάστος, mamma. Plin. 15, 14, 15. Mammæ effigie orthomastica mala. Ubi Hard. ex MSS. legit orthomastia.

ORTHOPHALLICUS, a, um, adj. obscenus: ab ὀρθός, erectus et φαλλός, τὸ αἰδοῖον. Varr. ap. Non. 2, 249. Orthophallica attulit psalteria. Al. aliter leg.

*ORTHOPHANTAE, arum, gens Mesopotamiæ. Plin. 6, 26. B. A.

ORTHOPNOEA, ae, f. ὀρθόπνοια, difficultas illa spirandi, qua nisi erecta cervice, trahi spiritus non potest: ab ὀρθός, erectus, et πνέω, spiro. Plin. 21, 21, 91. Abrotonum utile tussi, orthopnoeae, convulsis. Id. 32, 4, 14. Testudinum sanguinis anhelitus discutit, quasque orthopnoeas vocant.

ORTHOPNOICUS, a, um, adj. ὀρθοπνοικός, orthopnoea laborans. Plin. 20, 17, 74. Anisum prodest orthopnoicis. Id. 24, 16, 92. Aron dare tus-sientibus, suspiriosis, orthopnoicis.

*ORTHOSIA, ae, f. ὀρθωσία, Phoeniciæ oppidum. Plin. 5, 20. P. Aliud, in Caria, prope Maeandrum flumen. Liv. 45, 25. Plin. 5, 29. P. Quem in Notit. Orb. Antiq. ut Lydiae fluvium meminit Cellarius, potest esse is, quem in Caria ponunt Livius ac Plinius. Cui sententiæ quodammodo astipulatur Strabo. B. A.

ORTHOSTATA, ae, m. ὀρθοστάτης, h. e. rectus stans: ab ὀρθός, erectus, et ἵστημι, sto: utraque frons muri ex magnis lapidibus constructa. Vitruv. 2, 8. Medio cavo servato secundum orthostatas intrinsecus, ex saxo quadrato struat bipedales parietes; et mox. Neque orthostatas inter se religatos labi patietur. Id. 10, 19. f. Machina in medio habens collocatum in orthostatis canalem.

ORTHRAGORISCUS, i, m. ὀρθραγόρισκος, piscis marinus figura tereti, qui grunnire porcorum more dicitur, cum capitur. Plin. 32, 2, 9.

*ORTHRONIENSES, populi Cariae. Plin. 5, 29. B. A.

ORTHRUS, i, m. ὄρθρος, dicitur fuisse canis ferus Geryonæ, et custos armenti ejus post illius necem ab Hercule illatam datus comes Cerbero in limine Ditis. Sil. 13, 845., et putatur significari a Statio Silo. 2, 1, 230. insontes animas nec por-titor arcet, Nec diræ comes ille feræ. Al. ap. Sil. leg. Orthrus. P. [Est etiam cogn. R. Inscr. ap. Gud. 269, 2. Ti. Claudius Orthrus. F.]

ORTIVUS, a, um, adj. ad ortum pertinens. Manil. 3, 188. A sole ad lunam numerabis in ordine partes Signorum: ortivo totidem de cardine duces, h. e. de ortu, de horoscopo. Appul. Met. 3. Coru-

scat in modum ortivi solis ignis, et mucro, h. e. orientis.

[ORTONENSIS, e, adj. ad Ortonam pertinens, maritimam Frentanorum urbem, quæ etiam nunc Ortona appellatur; ejus meminit Plin. 3, 12, 17. Inscr. ap. Spon. Miscell. antiq. p. 174. Praefectus fabrum municipii Ortonensis. F.]

*ORTOPŪLA, ae, f. opp. Liburniæ. Plin. 3, 21. B. A.

*ORTOSPANUM, i, n. urbs Asiae ulterioris, in Paropamisadarum regione. Plin. 6, 17. B. A.

ORTUS, a, um, part. ab orior, natus, in lucem editus, profectus. Cic. Mur. 21. f. Qui ab illo ortus es. Sall. Jug. 116. Pater ejus ex concubina ortus erat. Hor. Sat. 1, 6, 10. Multos saepe viros nullis majoribus ortos, etc. Colum. 1, 1. med. Fontibus orti sapientiae Democritus, Xenophon, Architas. Caes. B. G. 2, 4. Plerosque Belgas esse ortos a Germanis. Plin. 3, 5, 8. Colonia Falisca Argis orta. Liv. 2, 6. Ne se ortum ejusdem sanguinis extorrem perire sinceret. V. integrum locum, ubi Gronov. ita distinguit ne se ortum, ejusdem sanguinis, etc. ut se ad Tarquinienses, non ad Tarquinum referatur. Sunt etiam qui leg. ortu: quod minus placet. Ter. Eun. 2, 2, 10. Ex eodem loco ortus. Liv. 26, 6. f. Loco obscuro tenuique fortuna ortus. Cic. Agr. 1, 9. Quem equestri loco ortum consulere videt. Or. Met. 10, 735. flos e sanguine concolor ortus. Plin. 3, 1, 2. Ana fluvius ortus Laminiano agro citerioris Hispaniæ; et ib. 12, 17. Anio in monte Trebanorum ortus. Id. prooem. 23. Nervorum dolores frigore orti. Caes. B. G. 5, 8. Orta luce. Hor. Ep. 2, 1, 112. Orto sole. Sall. Cat. 6. Invidia ex opulentiâ orta. Liv. 2, 40. Fletus ab omni turba mulierum ortus. Cic. Att. 11, 25. Rumor ortus ex Sulpicii litteris. Pl. Poen. 4, 4, 67. Facinus ex te ortum. Ter. Ad. 3, 1, 35. A me tibi nulla orta est injuria. [*Quid oriundus differat, V. in h. v.]

ORTUS, us, m. γένεσις, nativitas, exortus, origo. Cic. Div. 2, 43. Cum ortus nascentium luna moderetur. Id. Leg. 2, 2. Cum Cato ortu Tusculanus esset, civitate Romanus; et ib. 1, 6. Ipsius juris ortum a fonte repetamus; et ib. 3, 8. Tribunicia potestas, cujus primum ortum inter arma procreatum videmus. Id. Univ. 2. Consideremus, semperne fuerit mundus, nullo generatus ortu; et mox: Quæ ortum habere, gignique dicuntur. Id. Div. 1, 56. Solis, et lunæ, reliquorumque siderum ortus, obitus, motusque cognoscere; et N. D. 2, 19. Sol ab ortu ad occasum commens. Id. Cat. 3, 8. f. Si illud signum solis ortum conspiceret. Or. Met. 5, 494. Pisa mihi patria est, et ab Elide ducimus ortum. Plin. 17, 9, 8. Id plerique prave intelligunt a Favonii ortu faciendum.

ORTYGIÆ, ae, f. insula maris Aegæi, eadem ac Delos: ab ὀρνῆς, γῶνος, coturnix, quod in ea primum haec avis visa sit, vel a coturnicum copia, vel quia Latona eo cum appulisset, ab Jove in coturnicem mutata est, ut Junonis iram vitaret, ut Serv. tradit ad A. 3, 72. P. Item insula prope Siciliam, contra Syracusas. Virg. A. 3, 694. P. Item Ephesus urbs Ioniae. Plin. 5, 29, 31. P. Ortygie, es, Ὀρτυγίη, Graeca positio. Or. Met. 15, 336. tempusque fuit, quo navit in undis: Nunc sedet Ortygie.

ORTYGIUS, a, um, adj. ad Ortygiam pertinens. Or. Met. 1, 694. Ortygia Dea, h. e. Diana in Ortygia nata. Id. Fast. 5, 692. Ortygiae boves, h. e. quas surripuit Mercurius Apollini in Ortygia nato, cum Admeti greges pasceret.

ORTYOMETRA, ae, f. ὀρτυγομήτρα, rex coturnicium, major aliquanto, ac nigrior: ab ὀρνῆς, coturnix, et μέτρον, mater. Alii dicunt esse avem alterius generis. Plin. 10, 23, 33. Aquilone ergo maxime volant, ortygometa duce: [*nostr. Wachtelkönig.] P. Tert. adv. Psych. 16. de quacumque coturnice usurpat. Ita et Hieron. adv. Jovin. 2, 17.

ORTYX, ygis, f. ὀρνῆς, plantago, herba. Plin. 21, 17, 61.

ORUM, pro aurum dicebant rustici, teste Festo in Orata.

*ORUROS, i, locus vel opp. Mesopotamiæ, versus Euphratem, terminus Imperii Romani. Plin. 6, 26. B. A.

*ORŪLAE, arum, populi Indiae. Plin. 6, 19. B. A.

ORYX, ygis, m. ὄρνῆς, bestia in Gaetulia, bisulca et unicornis, alioqui caprae non dissimilis, pilo contra aliorum animalium naturam ad caput verso, quæ sub ortum Caniculae, tanquam ejus sideris adventum praesentens, fixis oculis eam plagam coeli intuetur, ubi primum signum hoc exoritur, eoque conspecto sternutat, et veluti venerabunda adorat. Plin. 2, 40, 40, 8, 53, 79., 11, 46, 106. ob figurae similitudinem, nunc cervis, nunc capris accenset. Adde Colum. 9, 1. Nomen est ex eo, quia unicum illud cornu, quod gestat, refert instrumentum illud fossorium, quod Graecis ὄρνῆς, ab ὄρνῶσθαι, fodio. Gloss. Philox. ὄρνῆς, sarculum, ligo, dolabra. Juven. 11, 140. Et Gaetulus oryx, hebeti lautissima ferro, Caeditur, etc. Ex hoc Juven. lo-

co colligimus, fuisse orygem in lautioribus cibis habitum. Mart. 13, 95. Matutinarum non ultima praeda ferarum Saevus oryx, constat qui mihi morte canum.

ORYZA, ae, f. ὀρύζα, ὄρνῆσος, genus frumenti ex India inventi, quod in aqua colitur, et in ptisanis maxime probatur. Simile est milii radice, caule, foliis, flore: crescitque ad duos tresve pedes, habens in summo jubam, in qua grana aristis munita, durisque glumis involuta, quas in tritura non deponunt, ideo pila tunduntur, ut liberentur. Alia videtur esse, quæ describitur a Plin. 18, 7, 13. folio carnoso, porro simili, sed latiore, altitudine cubitali, flore purpureo, radice gemmeae rotunditatis. Cels. 2, 21. enumerat inter eos cibos, qui boni succi sunt. Hor. Sat. 2, 3, 155. sume hoc ptisanarium oryzae. P. Scribitur et oriza.

OS

OS, oris, n. ὀστέον, cavum in facie animalis, lingua et dentibus instructum. Cic. N. D. 2, 53. extr. Cum tribus rebus animantium vita contineatur, cibo, potione, spiritu, ad haec omnia percipienda os est aptissimum; et 47. Animalia cibum partim oris hiatu, et dentibus ipsis capessunt, partim unguium tenacitate arripiunt, etc. Virg. A. 6, 625. Non mihi si linguae centum sint, oraque centum, etc. et ib. 12, 373. Ora equorum spumantia frenis; et ib. 10, 566. de Aegaeone: quinquaginta oribus ignem, Pectoribusque arsisse. Cato R. R. 90. Ex ore in ejus os inflato aquam dato palumbo. P. Metaphorice sumitur pro foramine, aditu, ostio; [*Mündung.] Virg. A. 2, 482. excisa trabe firma cavavit Robora, et ingentem lato dedit ore fenestram. Tac. A. 4, 59. Os specus. Quint. 1, 2. med. Vascula oris angustia. Pall. 3, 25. med. Oribus vasculorum gypso clausis. Juven. 14, 138. pleno cum turget sacculus ore. Virg. G. 3, 454. ferro rescindere summum Ulceris os. Sen. Herc. Fur. 664. Hic ora solvit Ditis invisi domus, Hiatque rupes alta. Cic. Verr. 2, 4, 58. In ponti ore et angustis; et ib. 7, 12. In ipso aditu atque ore portus. P. Os fluminis est ubi flumen in mare exit. Liv. 1, 33. f. In ore Tiberis Ostia urbs condita. Cels. 2, 7. et 6, 18. n. 9. Ora venarum. P. Interdum est ipsa origo et caput, unde flumen exit. Virg. A. 1, 249. fontem superare Timavi, Unde per ora novem vasto cum murmure montis It mare proruptum. Claud. VI. cons. Honor. 197. inque novem consurgens ora Timavus. Hinc Mela 2, 4. Interfluit Timavus novem capitibus exurgens, uno ostio emissus. V. TIMAVUS. P. Ora, orae, ripae, agger. Colum. 8, 15. Ora lacus ne corrumpantur, opere signino consternuntur: eaque non in gradus oportet erigi, sed paulatim clivo subsidere, ut tanquam e litore descendatur in aquam. P. Metonymice est lingua, sermo. Virg. A. 2, 422. clypeos mentitaque tela Agnoscunt, atque ora sono discordia signant. P. In ore esse de eo dicitur, de quo vulgo sermo est. Ter. Ad. 1, 2, 13. Hoc advenienti quot mihi, Micio, dixere! in ore est omni populo. Sic Cic. Verr. 2, 1, 46. extr. Istius nequitiam in ore vulgi, atque in communibus proverbis esse versatam; et ib. 2, 2, 23. Res percerebit, in ore atque sermone omnium coepit esse. Or. Her. 17, 34. Ne quando nomen non sit in ore meum. Tac. Agr. 41. Poscebatur ore vulgi dux Agricola. Cic. Fam. 6, 18. extr. Habere aliquid in ore, i. e. frequenter loqui de re aliqua. P. Uno ore, uno omnium consensu. Ter. Phorm. 4, 3, 19. Amici omnes modo uno ore auctores fuere, ut praecipitem hanc daret. Virg. A. 11, 132. uno omnes eadem ore fremebant. P. Ire per ora virum, vulgi, hominum, et absolute ire per ora, vel venire in ora, fama celebrem esse. Enn. ap. Cic. Tusc. 1, 15. volito vivu' per ora virum. Catull. 40, 5. Anne ut pervenias in ora vulgi? Liv. 2, 36. Ne in ora hominum pro ludibrio abiret. Sil. 3, 135. ire per ora Nomen in aeternum paucis mens ignea donat. Prop. 3, 1, 24. Majus ab exsequiis nomen in ora venit. P. Per synecdochen est vultus, facies. Ter. Eun. 2, 3, 25. Nova figura oris, color verus, corpus solidum, et succi plenum. Cic. Off. 1, 29. Licet ora ipsa cernere iratorum, aut eorum, qui aut libidine aliqua, aut metu commoti sunt. Virg. A. 6, 495. Deiphobum vidit lacrum crudeliter ora; et ib. 8, 486. Componens manibusque manus, atque oribus ora; et ib. 10, 821. ut vultum vidit morientis et ora, Ora modis Anchisiades pallentia miris. Cic. Deiot. 2. In tuis oculis, in tuo ore vultuque acquiesco. P. Hinc saepe ponitur pro praesentia, conspectu. Ter. Haut. 3, 3, 11. Concedas hinc aliquo ab ore eorum aliquantisper. Id. Ad. 2, 4, 5. Laudare aliquem coram in os; et 5, 4, 10. Nulli laedere os, arridere omnibus, h. e. nullum praesentem laedere. Virg. A. 11, 887. ante oculos atque ora parentum. Sen. Ben. 7, 19. et Tac. H. 3, 77. Jugulare filios in ore parentum. Cic. Verr. 2, 2, 33. Quae in foro palam Syracusis, in ore atque in oculis provinciae gesta sunt. Id. Rosc. Am. 6. In foro, atque in ore omnium quotidie versari. Justin. 36, 1.

Traductus per ora civitatum. P De vultu habitum animi praeferebat, et praesertim audaciam, impudentiam, qua quis etiam in periculo, aut re turpi nihil vultum mutat aut pudore, aut metu. *Ter. Eun.* 4, 7, 35. *Chr.* Eam esse dico liberam. *Thr. hem!* *Chr.* civem Atticam. *Thr.* hui! *Chr.* meam sororem. *Thr.* os durum! *Cic. Quint.* 24. Mihi videri ore durissimo esse, qui praesente Roscio gestum agere conarentur. *Ter. Eun.* 3, 5, 49. Tum equidem istuc os tuum impudens videre nimium vellem. *Id. Phorm.* 5, 7, 24. Quo redibo ore ad eam, quam contempserim! [*Mit welcher Stirne.] P Pro ipsa impudentia. *Cic. Or.* 1, 38. Quod tandem os est illius patroni, qui ad eas causas sine ulla scientia juris audent accedere? *Id. Verr.* 2, 2, 20. Nostis os hominis, nostis audaciam: tamen tum rumore populi, et clamore perturbatus est. *Mart.* 9, 95. Os hominis mulsim me rogat Hippocrates. *Sen. Const. Sap.* 17. med. Duritia oris. *Or. Her.* 17, 101. Non tu plus cernis, sed plus temerarius aures: Nec tibi plus cordis, sed magis oris inest. P Contra os molle est frons tenera, facile erubescens, verecunda. *Sen. ep.* II. Nihil erat mollius ore Pompeji: nunquam non coram pluribus erubuit. *Probum os* eod. sensu V. in *PROBUS*. P Praebere os est offerre se contumelias, verberibus. *Liv.* 4, 35. f. Praebere ad contumeliam os. *Ter. Ad.* 2, 2, 6. Adolescenti morem gestum oportuit. *San.* Qui potui melius, qui hodie usque os praebui? P Os alicui sublinere. V. *SUBLINO*. P Os concurrat. V. *CONCURRO*. P [*Os belli atque fauces ap. *Cic. Arch.* 9. est: bellicum periculum et quidem ultimum. Videtur dictum imitatione Homeri, qui dixit *σάρα πολέμοιο, Η. K.* 8. ubi tamen durius dicitur, quam apud Ciceronem. Non enim additur eripere, ut h. l. sed *είρειν*. Adde *T.* 359. *Ernest.* in *cl. Cic. s. v.*] P Aliquando ponitur pro toto capite. *Cic. Verr.* 2, 4, 56. Gorgonis os pulcherrimum crinitum (al. cinctum) anguibus. *Tac. A.* 1, 61. Truncis arborum antefixa ora. *Catull.* 61, 138. Nunc tuum cinerarius Tondet os. *Stat. Th.* 3, 131. pars mollior aptant Brachia trunca loco, et cervicibus ora reponunt. P De navium rostris. *Hor. Epod.* 4, 17. Quid attinet tot ora navium gravi Rostrata duci pondere? P Os leonis, flos cuiusdam herbae leoninum os apertum referens. *Colum.* 10, 98. Narcissique comas, et hiantis saeva leonis Ora feri. P In genitivo plur. qui usurpaverit, inveni adhuc neminem.

OS, ossis, n. *ὀστέον*, solidamentum corporis, quod nervis natura alligavit: a voce Graeca allata. *Cels.* 8, 2. Omne autem os, ubi injuria accessit, aut vitiat, aut finditur, aut frangitur, aut fovatur, aut colliditur, aut de loco movetur. *Cic. N. D.* 2, 55. Quid dicam de ossibus, quae subjecta corpori, mirabiles commissuras habent, et ad stabilitatem aptas, et ad artus finiendos accommodatas, et ad motum, et ad omnem corporis actionem? *Id. Verr.* 2, 5, 49. Ex tua calamitate cineri atque ossibus filii sui solatium vult aliquod reportare; et *ib.* 3, 44. Cur hunc dolorem cineri ejus, atque ossibus inussisti? *Virg. A.* 6, 54. gelidus Teucris per dura cucurrit Ossa tremor. *Id. Ecl.* 3, 102. de macie confectis: vix ossibus haerent. P Ossa legere, combusto cadavere in rogo, quae post ignem incomsumpta remansissent, maxime propinquorum munus fuit. *Sen. Ira.* 2, 33. f. Dignus fuit, cui permitteret a convivio ad ossa filii legenda discedere. In *Gloss. Philox.* dicitur *ossilegium*, Graece *ὀστέλογιον*, cujus ritum ac caeremonias *Tibull.* persequitur 3, 2., quem locum illustrat *Kirchman. de funerib.* l. 3. c. 6. *Serv.* ad *A.* 11, 210. dicit, id factum tertio die post crematum cadaver. P Ossa legi dicuntur iis quoque, quibus aut casu, aut ictu fracta, aut collisa sunt, et medici ope extrahuntur. *Sen. Ben.* 5, 24. f. Postea ad Mundam in acie oculis mihi effossus est, et in capite lecta ossa. *Id. Prov.* 3. Remedii causa quibusdam et radi ossa, et legi, et quaedam amputari membra. *Id. Consol. ad Marc.* 22. Adde lacerationes medicorum ossa vivis legentium, et totas in viscera manus demittentium. P Metaphorice. *Plin.* 17, 27, 43. Arborum ossa terebrare, h. e. intimum lignum, ac medullae circumpositum. *Suet. Claud.* 8. Olearum ac palmularum ossibus incescebatur, h. e. nucleis. P In ossibus in medullis, in visceribus, in corde. *Virg. G.* 3, 258. Quid juvenis, magnum cui versat in ossibus ignem Durus amor? *Id. A.* 5, 172. Tum vero exarsit juveni dolor ossibus ingens. P Ossa orationis sunt subtilitas, argumenta, nervi et vires. *Cic. Brut.* 17. Attico genere dicendi se gaudere dicunt. Sapienter id quidem atque utinam imitentur, nec ossa solum, sed etiam sanguinem. P Olim ossibus exacutis in libro et cera scribebant, antequam ferrei stili excogitarentur. Testis *Varr.* ap. *Charis.* 1, 112. Hinc *Titin. ib.* Velim ego osse arare campum cereum. P Etiam *ossum*, i, declinatum est. *Varr.* ap. *Charis. ib.* Olivo, et osso putat fieri. *Cn. Gell. ib.* et ap. *Prisc.* 7, 750. Calvariae ejus ipsum ossum expurgaverunt, inauraveruntque. *Pacuv.* ap. *Prisc. ib.* Ossum inhumatum. *Actius ib.*

Fraxinu' fissa ferox infensa infunditur ossis. *Tert. Carm. adv. Marc.* 2, 196. De Christi nova carne caro, deque ossibus ossum. Adde *August.* in *Psalm.* 138. ad illum versum: Non est absconditum os meum a te. P Etiam *ossum*, u, n. agnoscitur a *Charis.* 1, 12. et 112. P Etiam hoc osse in recto pro os, aut ossum agnoscit. *Id. Charis. l. c.* p. 40., sed haec carent exemplis. P Ossum pro ossium habet *Prud. in q. 5.* 111. ossum compago. P Rectus casus corripitur: unde *exos* ultima brevi. *Lucr.* 3, 722. Exos, et exsanguis tumidos perfluctuat artus. At in os, oris, producitur, quod et *August.* docuit *Gramm.* p. 1980. et *Doctr. Christ.* 3, 3. P In plur. *ossum* pro ossa, ab *ossum*, u, saepe usurpat in *Inscr.* ap. *Grut.* 575. 3. Ossua posita sunt VI. Id. Novemb. Crispino, et Aeliano Caes. Adde aliam 799, 8. et 875, 3. et ap. *Don. cl. 2. n.* 181. Hinc saepius *ossuarium*, quam *ossarium*.

OSCA. V. OSCENSIS.
OSCE, adv. Oscurum lingua. *Gell.* 17, 17. Ennius tria corda habere se dicebat, quod loqui Graece, et Osce, et Latine sciret. *Varr. L. L.* 4, 30. Osce dicere aliquid. *Titin.* ap. *Fest.* in *Oscum*. Qui Osce, et Volsee fabulantur: nam Latine nesciunt.

OSCEDO, inis, f. *ὀσέω*, vitium, quo quis saepius oscitat. *Gell.* 4, 20. Tenerique eo vitio, quod oscedo appellatur. P Est etiam oris ulcus. *Ser. Samn.* 14, 216. Hinc oscedo fugit, linguae quoque vulnera cedunt. *Isid. Or.* 4, 8. Oscedo est, in qua infantum ora exulcerantur, dicta ex langore oscitantium.

OSCEN, inis, m. ab auguribus dicitur avis, quae ore cabens facit auspiciam, ut corvus, cornix, noctua: quasi ore cabens. *Varr. L. L.* 5, 7. extr. et *Appian. Claud.* ap. *Fest.* Hinc *Serv.* ad *A.* 3, 361. Aves aut oscines sunt, aut praepetes: oscines, quae ore futura praedicunt; praepetes, quae volatu augurium significant. Adde *Plin.* 10, 19, 22., ubi innuit, alites et oscines dici eas tantum, quae digitos in pedibus habent. *Hor. Od.* 3, 27, 11. Oscinem corvum prece suscitabo. *Auson. Idyll.* 11, 15. Tres quorum (*corvorum*) aetates superat Phoebus oscen, h. e. corvus a Phoebus in nigrum ex albo mutatus, ut est ap. *Op. Met.* 2, 632. V. ALES. P In recto singulari hic *oscenis* dixisse *Ciceronem* testis est *Plin.* ap. *Charis.* 1, 112.

OSCENSIS, e, adj. ad Oscam pertinens, quae est urbs Hispaniae citer. ad Illyretes pertinens. *Varr. R. R.* 1, 57. Oscensis ager. *Liv.* 34, 10. et 46. et 40, 43. Oscense argentum, [h. e. denarii in urbe Osca cusi, vel potius in aliis urbibus proximis, sed ad normam Oscensium. V. *Eckhel. D. N. V. T.* l. p. 4. F.] P *Oscenses*, ium, ejus urbis incolae. *Caes. B. C.* 1, 60. et *Plin.* 3, 3, 4.

OSCI, orum, m. plur. populi Campaniae, in Latii et Samnii confinio, postea Sidicini appellati: quorum urbs Teanum. Antea *Opici*, et *Opici* dicti sunt, teste *Verrio* ap. *Fest.* *Ennius ib.* de muris res gerit Opicus. *Virg. A.* 7, 730. Oscurumque manus. P Male olim audiebant turpis libidinis fama: unde quidam putarunt, vocem *oscbenus* inde esse deductam: quod tamen *Festus* negat.

OSCELLA, festa in honorem Bacchi, in quibus homines se per funes jactabant. Alii putant fuisse Erigones. *Paul. ex Festo.* V. OSCILLUM.

OSCELLANS, antis, part. ab *oscillo*, oscillatione se jactans. *Fest.* in *Oscillam*: ubi addit: Oscillantes, ait *Cornificius*, ab eo, quod os celare soliti personis propter verecundiam, qui eo genere lusus utebantur.

OSCILLATIO, onis, f. *ὀσση*, jactatio per funem. *Petr. Sat.* 140. Oscillatione ludere. Adde *Fest.* in *Oscillum*, et *Hyg. fab.* 130.

OSCILLO, as. V. OSCILLANS et OCCILLO. P Oscillum Santra dici ait, quod oscillent, idest, inclinent, praecipitesque in os ferantur. *Festus.*

OSCILLUM, i, n. *ὀσση*, dimin. oris. *Colum.* 2, 10. Si humor invasit, vermes gignit, qui simul atque oscilla lupinorum ederunt, reliqua pars enasci non potest. Quod *Colum.* os vocat lupinorum, id *Plin.* 18, 14, 36. vocat umbilicum. P Est praeterea ludi genus, in quo fune altrinsecus de tigno, arboreve religato, in aere quis libratus subvectatur: [*das Schaukeln. Sunt autem, qui *oscillum*, qua librandi, jactandi quoddam genus ludendo adhibitum significat, aliud omnino vocabulum alio que fonte oriundum (ex *obs* et *cilleo* s. *cillo*, i. e. moveo) praedicantes, se junctim ponere soleant.] Hoc ludi genus fiebat tanquam sacrificium iis, qui suspendio mortui essent. Nam oscillatione, sive jactatione per funem optime exprimitur mors suspendiosorum: quibus cum justa fieri jus non sit, suspensus oscillis, veluti per imitationem mortis parentatur, ut ait *Varr.* ap. *Serv.* ad *A.* 12, 603. Hinc oscillationem Athenienses instituerunt in Erigones gratiam, quae se suspenderat. *Serv.* ad *G.* 2, 389., *Hyg. fab.* 130. et *Astron.* 2, 4. P *Festus* aliam affert causam, scilicet quod rex Latinus in proelio contra Mezentium Caeritum regem nusquam apparuerit, judicatusque sit Jupiter Latiaris factus. Itaque per sex dies, feriatos liberos

servosque requirere eum, non solum in terris, sed etiam, quia videretur coelum posse adiri, per oscillationem. Addit, id etiam fieri solitum in memoriam et imaginem vitae humanae, in qua altissima interdum in infima deiciuntur, infima in altum efferuntur. *Serv. l. c.* refert etiam illorum sententiam, qui dicunt, oscilla membra esse virilia de floribus facta, quae suspendebantur per intercolumnia, ita ut in ea homines acceptis clausis personis impingerent, et ea ore cillerent, idest moverent, ad risum populo commovendum. *Virg. ib.* Oraque corticibus sumunt horrenda cavatis, Et te, Bacche, vocant per carmina laeta, tibique Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu. P Oscilla etiam parvae imagunculae, seu parvae statucae erant, quae arte fictili lingebantur, et venales proponebantur, quibus homines pro se, atque suis Diti patri, et Saturno piacula faciebant. *Macr. Sat.* 1, 7. med. et *ib.* 11. f. P Etiam *Serv. l. c.* oscilla intelligit imagunculas in oris humani effigiem, quae pro se suspendebant in extensis funibus, quia saepe acciderat, ut homines in iis se jactando, graviter conciderent. Adde *Lact.* ad *Stat. Th.* 11, 644. P Ex his omnibus fit *oscillum* primo esse parvum os, ut diximus: deinde parvam imaginem oris, seu figurae humanae similitudine, ut a *tantum tantillum*, ab *os osculum*, *oscillum*: tertio ipsum sacrum, seu festum, in quo hujusmodi oscilla adhibebantur. Alii derivant ab *os, oris*, addita positione diminutivi: alii ab *os, et cillo*, h. e. moveo, quod in illa jactatione in funibus ora et capita sursum deorsum moverent: alii denique, ut *Cornific.* ap. *Fest.*, ab *os, et celo, as*, quod personis ora tegerent.

OSCINES. V. OSCEN.
OSCINUM tripudium, inquit *Fest.* est, quod oris cantu significat quid portendi, cum cecinit corvus, cornix, noctua, parra, picus. Oscinum augurium, inquit *Paul. ib.*, a cantu avium. His locis *oscinum* potest videri adjectivum.

OSCITABUNDUS, a, um, adj. saepe oscitans. *Sidon. ep.* 2, 2. Discipulis exponere oscitabundus ordiris: *Samia mihi mater fuit.* Legitur etiam ap. *Gell.* 4, 20. in lemmate.

OSCITANS, antis, part. ab *oscito*: [*qui oscitat, i. e. aperto ore prostat. *Catull.* 25, 5. Cum de via mulier alites ostendit oscitantes, i. e. hiule ore clangentes. Noster hunc locum in f. posuerat. P Tunc, qui prae somnolentia os aperit, Gr. *ζαροπύων*, nostr. *gähmend.*] *Cic. Mil.* 21. Adde insectiam pransi, poti, oscitantis ducis. *Id. fragm.* ap. *Quint.* 8, 3. med. Quosdam ex vino vacillantes, quosdam hesternam potatione oscitantes. *Id. Brut.* 54. Videt oscitantem judicem, loquentem cum altero. P [*Translate, segnis, negligens, taedio affectus.] *Id. N. D.* 1, 26. Quae Epicurus oscitans alucinatus est. *Id. Or.* 2, 33. f. Tibi mecum in eodem est pistrino, Crasse, vivendum, et istam oscitantem et dormitantem sapientiam Scaevolarum, et ceterorum beatorum otio concedamus.

OSCITANTER, adv. oscitando, negligenter, *ὄστος*. *Cic. Brut.* 80. Quod ille tam solute egisset, tam leniter, tam oscitanter.

OSCITATIO, onis, f. [*proprie simpliciter est oris apertio. *Plin.* 9, 35, 54. Conchas pandentes sese quadam oscitatione, impleri roscido conceptu tradunt: *Forc.* hanc signif. secundo loco posuerat. P Tum est] *ζαροπύων*, actus oscitandi [*das Gähnen.] *Plin.* 7, 6, 5. Oscitatio in enixu letalis est. *Gell.* 4, 2. Cum ille dejerasset, invitissimum sese ac repugnantem oscitatione victum. P Translate. *Stat. Silv.* 4, 9, 20. Sed Bruti senis oscitationes De capsula miseri libellionis, h. e. libelli negligenter scripti.

OSCITO, as, n. I. et Oscitor, aris, dep. I. *ζαροπύων*, os late aperio. [**Enn.* ap. *Serv.* ad *Virg. A.* 10, 396. Oscitat in campis caput aervice revulsum. Ita dicitur de flore leonis, qui se pandit. *Colum.* 10, 260. Oscitat et leo. V. OS, oris. Adde *Plin.* 16, 24, 36. Omnium (*arborum*) folia quotidie ad solem oscitant, h. e. superne convertuntur: quos locos Noster in f. collocaverat. P Tum de iis potissimum dicitur, qui prae somnolentia aut taedio os aperiant: nostr. *gähnen.*] *Pl. Men.* 5, 2, 80. Ut pandiculans oscitatur! *Gell.* 4, 20. In jure stans, clare nimis ac sonore oscitavit. *Turpil.* ap. *Non.* 234, 4. Timere accepit, interdum oscitarius ineptus, *παραγορή*. P Translate. *Auct. ad Her.* 4, 36. f. Maximas calamitates accepistis: cum majores impendere videantur, sedetis, et oscitamini, h. e. negligitis.

OSCULABUNDUS, a, um, adj. osculans. *Suet. Vit.* 2. f. Detractum osculum dextrum (*Messalinae*), inter togam, tunicasque gestavit assidue, nonnunquam osculabundus.

OSCULANUS, a, um, adj. *Festus.* Osculana pugna in proverbio, quo significabatur, victos vincere, quia in eadem et Valerius Levinus imperator Romanus a Pyrrho erat victus, et brevi eundem regem devicerat. Alii rectius leg. *Asculana*: nam ex *Liv. Epit.* l. 13. constat, ann. U. C. CCCCLXXXIV. P Valerium Laevinum a Pyrrho devictum, ex *cod. vero l.* 14. et ex *Flor.* 1, 13., eundem Pyrrhum in

Apulia apud Asculum tertio post anno, non a Laevino, ut ait Festus, sed a Curio Dentato victum, et Italia expulsum fuisse. Hinc Titin. ap. eund. Festum ib. Haec quidem quasi Asculana pugna est, non secus: quia, qui fugere pulsi hinc, spolia colligunt. [*Multis auxit atque emendavit h. l. F.]

OSCOLATIO, onis, f. *φίλημα*, actus osculandi. Cic. Coel. 20. Sed etiam complexu, osculatione, aquis, navigatione, conviviis procaz videatur. Catull. 48, 5. Non si densior aridis aristis Sit nostrae seges osculationis. P. [Osculatio venarum ap. medicos est earumdem aperitio, quam Graeci *ἀνασκόμωσι* vocant, ut Coel. Aurel. Tard. 2, 10. affirmat. Id. ib. 13. Si osculatio venarum, ex redundantia materiae veniens, fluorem faciat, convenit uti detractio. F.]

OSCOLATUS, a, um. V. v. sq.

OSCOLOR, aris, atus sum, dep. I. *φιλέω*, osculum do, suavior. Cic. Verr. 2, 4, 43. Id simulacrum non solum venerari, verum etiam osculari solent. Id. Att. 16, 5. Eum complexus, osculatusque dimisit. Just. 12, 15. Alexander dextram suam osculandum flentibus dedit. Trebell. Gall. 16. Matronis manum sibi osculantibus quaternos aureos sui nominis dedit. Sen. Ben. 2, 12. C. Caesar (Caligula) agenti gratias porrexit osculandum sinistrum pedem. Pl. Asin. 1, 3, 69. Bene salutandum consuescunt, compellendo blanditer, osculando. Id. Mil. 2, 2, 88. Eam vidisse cum alieno oscularier. Cic. Somn. Scip. 3. Ille me complexus et osculans flere prohibebat. Pl. Mil. 2, 19. Nescio quis inspectavit Philocomasium atque hospitem osculantes. P. [*Translate, vehementer aliquem, vel aliquid complecti, fovere, amare. Cic. Fam. 1, 9. Inimicum meum sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fovebant, sic osculabantur. Id. Mur. 10. Mihi videris istam scientiam juris tanquam filiolum osculari tuam; quos locos nescio quo pacto Noster antecesserit. §. exemplis adscripserat.] P. Etiam osculo, as, olim dictum fuit. Titin. ap. Non. 7, 77. Laudor, quod osculari privignae caput. Hinc Prisc. docet, etiam osculari a te passive dici posse. Hinc osculatus passive. Appul. Met. 2. Osculato tuo capite, quam invita discederet, vultu prodidit.

OSCOLUM, i, n. *ὀσκόμιον*, parvum os. Petr. Sat. 126. Osculum, quale Praxiteles habere Dianam credidit. Ov. Met. 1, 499. videt igne micantes, Sideribus similes, oculos: videt oscula, quae, etc. Mart. 11, 91. Ipsaque crudeles ederunt oscula morbi: Nec data sunt nigris tota labella rogis. Suet. Aug. 94. med. Osculum pueri delibatum digitis ad os suum detulisset, h. e. quod ait Appul. Met. 6. Juppiter prehensa Cupidinis buccula, manumque ad os suum relata, consaviat. Adde Phaedr. 4, 23. et Virg. A. 12, 434. P. Metonymice pro suavio, sive basio accipitur, *φιλημα* [*nostr. Mäntchen.]. Nam basiendo os coarctamus, atque minimum, et quasi ex ore osculum facimus. Osculum, basium, et suavius quomodo differant, V. in BASIUM. Cic. Att. 12, 1. Utinam continuo ad complexum meae Tulliae, ad osculum Atticae possum currere. Id. fragm. ap. Non. 4, 193. Osculum alicui ferre. Suet. Dom. 12. offerre. Pl. Truc. 1, 2, 8. oggerere. Suet. Gr. 23. extr. ingerere. Petr. Sat. 115. alicui dare; et 138. et Ov. Her. 13, 120. capere. Virg. A. 1, 691. et ib. 2, 490. figere; et ib. 1, 260. libare. Ov. Her. 11, 117. carpere; et ib. 13, 141. sumere. Tac. H. 1, 36. jacere. Phaedr. 5, 7. et Juven. 4, 118. jactare.

V. JACIO. Catull. 68, 127. decerpere. Val. Fl. 1, 264. rapere; et 4, 701. pallentia jungere. Ov. Her. 2, 94. Oscula per longas jungere pressa moras. Id. Amor. 3, 7, 55. Oscula blanda; et ib. 2, 5, 23. improba. Id. Met. 3, 451. liquidis porrigere lymphis; et ib. 10, 344. admovere. Suet. Ner. 37. Osculo impertire aliquem. Tac. A. 15, 71. Genua alicujus advolvi, et dextram oculis fatigare; et Tibull. 2, 5, 91. natusque parenti Oscula compressis auribus eripiet. V. LABELLUM.

[*Prop. 1, 3, 16. Osculaque admota sumere ad ora manu. V. Gronov. Observ. 4, 6. p. 384. sq. ed. Fr.] Ov. Am. 3, 7, 9. Osculaque inseruit cupidae luctantia linguae. Hujusmodi genus osculi Graece *μαδαλοτόρον* dicitur. Adde ib. 2, 5, 23. et ib. 3, 14, 23. Plin. Pan. 71. Osculo occurrere alicui; et ib. 23. Osculo aliquem excipere, et osculo dimittere; et ib. 24. Osculum manu reddere. Plin. alter 11, 45, 103. Osculis dextram aversam appetere. Id. 28, 2, 5. In adorando dextram ad osculum referimus, h. e. ori admovemus et osculamur. [Mart. 12, 59. te pilosus Hircoso premit osculo colonus. F.] P. In salutationibus, et congressionibus, quanto inter amicos et familiares fiebant, tanto oculis inhaerebant diutius. Hinc illae ap. Sen. querelae, Ira 2, 2. Ille me parum humane salutavit: ille osculo meo non adhaesit, ille inchoatum sermonem cito abruptit. Tac. Agr. 4. Noctum in palatium venit, exceptusque (a Domitiano) brevi osculo, et nullo sermone, turbae servientium immixtus est: [*breve osculum est quod raptim impertitur, V. Watch. ad h. l.] Id. A. 13, 4. Quoties ipse illac ventitaret, septus turba centurionum,

et post breve osculum digrediens. Adde Quint. decl. 5, 18. Graeci similiter usurpant *ὀσκόμιον* et *φιλημα*. P. De more osculandi etiam ab imperatoribus servato, V. Plin. Pan. 23. et 71. P. [Honoris causa mos fuit osculandi manus, atque etiam pedes virorum principum, quod tamen postremum sero invecum, et servile semper habitum fuit. Sen. ep. 118. Candidatus eorum manus oculis conterat, quibus designatus contingendam manum negaturus est. Suet. Dom. 12. Osculum offerenti, manum praebuit. Plin. Pan. 24. [*V. Schwarz. ad h. l.] Non tu civium amplexus ad pedes tuos deprimis, nec osculum manu reddis. Coripp. Laud. Just. 1, 157. et poplite flexo Plurima divinis supplex dabat oscula plantis. Id. Johann. 1, 119. pedibus celer ille benignis Oscula laeta dedit. V. OSCULOR. P. Osculi jus ap. Suet. Claud. 26. est consuetudo Romanorum, qua licebat cognatis utriusque sexus sese invicem osculis excipere. P. Osculo interveniente, formula est legis ab Imp. Constant. Cod. 5, 3, 16., qua cautum fuit, ut, si postquam sponsa sponsae aliquid donaret, eique coram testibus osculum dedisset, illum aut illam ante nuptias obire contigerit, dimidia rerum donatarum pars ad superstitem, dimidia ad defuncti, vel defunctae heredes pertineret; osculo autem non interveniente, tota donatio infirmaretur: si vero sponsa, interveniente, vel non interveniente osculo, sponso aliquid donasset, alterutro defuncto, irrita omnino donatio esset. Hinc etiamnum apud nos usus obtinet, ut sponsi, expletis in Ecclesia matrimonii ritibus, sese invicem osculentur, quamvis ea Constantini lex jamdiu obsoleverit. Hujusmodi sese osculandi consuetudinem ante Constantinum viguisse, apparet ex Tert. Virg. vel. 11. Si ad desponsationem velantur, quia et corpore et spiritu masculo mixtae sunt per osculum et dextram, etc. F.] P. [*Confund. oscula et oculi. V. Burn. ad Quint. decl. p. 215.]

OSCUS, a, um, adj. ad Oscos pertinens. Prop. 4, 2, 61. At tibi, Mamuri, formae caelator aeneae, Tellus artifices ne terat Osea manus: sic quae tua patria fuit, teque tumultum tenet, se tibi levis. Cic. Fam. 7, 1. Non enim te puto Graecis, aut Oscos ludos desiderasse: praesertim cum Oscos ludos vel in senatu vestro spectare possis, h. e. a Graecis, aut Oseis histrionibus factos. Tac. A. 4, 14. Oscum quondam ludicrum levissimae apud vulgus oblectationis, eo flagitiorum et virum venisse, ut auctoritate patrum coercendum s. l. Liv. 10, 20. Gnaros Osea linguae exploratum, quid agatur, mittit. P. Clovius ap. Fest. putavit, hoc vocabulo significari etiam sacrum: unde leges sacras, Oseas dici. P. Oscus etiam dictus est locus in Vejentium agro, quo frui soliti produntur augures publici populi R., teste eod. Festo: qui alio in loco, Publicus, inquit, ager dictus, quia augurum publicus est, ut Oscus in Vejentis: is enim usu et jure augurum est. P. De Oseis populi V. OSCL.

*OSDROENE, es, f. regio Mesopotamiae. Ammian. 23, 4. P. *Ὀσδρονή* est Procopio. P. V. Eutr. 8, 11. et Spanh. de Num. diss. 8. p. 534. B. A.

*OSERIATES, ium, populi Pannoniae. Plin. 3, 25. B. A.

*OSERICATA, ae, f. insula Germaniae borealis. Plin. 3, 2. Mithridates (tradit) in Germaniae litoribus esse insulam, vocarique eam Oserictam, cedi genere sylvosam: inde (electrum) defluere in petras. B. A.

*OSI, orum, populi Germaniae, inter Suetum Vistulamque flumina. Tac. G. 43. B. A.

[OSICERDENSI, is, adj. ad Osicerdam pertinens, Hispaniae Tarraconensis urbem in conventu Caesaraugustano, nunc Xerta, cujus meminit Ptolemaeus 2, 7. et nummus ap. Eckhel. D. N. V. T. 1. p. 54. Inscr. ap. Grut. 321, 8. et Fenestr. Syll. Inscr. p. 133. Porciae M. F. Maternae Osicerdesi, h. e. Osicerdensi. Osicerdenses, ium, absolute, sunt illius urbis incolae, ap. Plin. 3, 3, 4., ubi tamen corrupte legitur Ossigerdenses. F.]

*OSI, orum, populi Indiae. Plin. 6, 20. B. A.

*OSINTIAS REGIO pars fuit Hispaniae Baeticae. Plin. 3, 1. Regionis Osintiadi, Sisaponem. Sic ed. Hard. Antea v. g. in ed. Elzev., legebatur Regionis Osintigi, Sisaponem etc. B. A.

*OSINTIGI, V. v. praec. B. A.

[OSIREOSTAPHE, es, f. herba eadem ac Osiritis, ap. Appul. Herb. 86. Est ab *ὀσπίς*, *ὄσος*, Osiris, et *ταπή*, sepulcrum. F.]

OSIRIS, is vel idis, m. *Ὀσίρις*, Jovis filius ex Niobe Phoronei filia. Successit Phoroneo in regnum Argivorum. Postea tamen Aegialeum fratrem praefecit regno Achaiae, et ad Aegyptios transfretavit gloriae desiderio. Quos cum subegisset, Isidem (quae et Io vocabatur) Inachi primi regis Argivorum filiam duxit uxorem. Ubi cum illa litteras, Osiris varias artes Aegyptios docuisset, uterque divinos honores meruit. Ferunt, Osirim apud Aegyptios insitioem, et aratum, vinique usum primum reperisse, aliaque nonnulla. Tibull. 1, 8, 29. Primus aratra manu solerti fecit Osiris; et ib. 27. Te canit, atque suum pubes miratur Osirim; et 43. Non tibi sunt tristes curae, nec vultus,

Osiri. V. APIS. P. A Sityphone Aegyptio, vel (ut Serv. ait ad A. 4, 609. et ib. 6, 154.) a Typhone fratre clam occisus, ab Iside diu quaesitus est. Tandem apud Phialam, juxta Syenen, lacertatus repertus est. Curavit eum Isis sepeliendum in Abato, insula ejus paludis, quae Memphi proxima est, quam etiam Stygem, idest moerorem appellavit, nec nisi sacerdotes certis diebus, eosque mitratos eo accedere voluit. Sed cum apparuisset Aegyptiis deinde bos quidam, Osirim putarunt, adoraveruntque ut Deum, et vocaverunt Apim, idest bovem, eorum lingua. Deinde dictus est Serapis. Sed aliqui dicunt, Osirim Aegyptiis solem fuisse, Isim lunam, vel terram. Juven. 8, 28. Exclamare libet, populus quod clamat Osiri Invento. Gell. 20, 8. Plutarchus in quarto in Isin, et Osiridem commentario. Macr. Sat. 1, 21. Neque aliud esse Osirim, quam solem, nec Isim aliud esse, quam terram, naturamve rerum. Adde Stat. Th. 1. f.

[OSIRITIS, idis, f. herba eadem ac cynocephala, et Osireostaphe. Plin. 30, 2, 6. Cynocephala herba, quae in Aegypto vocaretur Osiritis. F.]

[OSISMICUS, a, um, adj. ad Osismios pertinens, populos Galliae Celticae, ubi nunc la Bretagne, ad mare sitos. Horum meminit Plin. 4, 18, 32. et Mela 2, 2. Id. ib. 6. Osismica litora. F.]

OSMEN antiquae pro omen. Varr. L. L. 5, 7. extr. Omen, quod ex ore primum elatum est, omen dictum.

OSNAMENTUM olim dicebant, quod nunc ornamentum, et adhuc ita dicunt plerique scenici. Ita Varr. L. L. 5, 7. extr.

*OSOPUM vel Osoopus, i, opp. Carnorum. Paul. Diae. 4, 33. B. A.

OSOR, oris, m. *ὀσῶρ*, qui odit. Pl. As. 5, 2, 9. Osorem uxoris suae. Appul. de Deo Soer. Osore, et amatores quorundam hominum Deos fingere. Pacat. Pan. Theodos. 20. Regii nominis Brutus osor.

*OSPHAGUS, i, Macedoniae fluvius. Liv. 31, 39. B. A.

OSPICOR, aris, dep. I. auspico, apud veteres. Claud. Quadrig. ap. Diomed. 1, 378. Flacco ospicatur. V. ORUM.

[OSPRATORA, ae, f. cura *ὀσπράτων*, h. e. leguminum coemendationum, mercatura leguminaria. Arcad. Dig. 50, 4, 18. §. 19. Elaemporia, et ospatura apud Alexandrinos patrimonii munus existimatur. Alii minus recte leg. ospaturata. V. ELAEMPORIA et LEGUMINARIUS. F.]

OSPRIOS, ii, m. *ὀσπίριος*, leguminarius, vox Graeca ab *ὀσπρον*, legumen. Titulus est l. 5. Apicii, quia in eo de leguminibus condiendis, pulmentisque faciendis agitur.

*OSQUIDATES, ium, populi Galliae Aquitanicae. Plin. 4, 19. Osquidates montani. B. A.

OSSA, ae, f. Monte Cassano, al. Olira, mons excelsus Thessaliae, teste Plin. 4, 8, 15., Pelio, et Olympo attiguus. Poetae fabulantur, olim fuisse conjunctum Olympo, Herculis autem opera abscissum esse ab ea parte, ubi Peneus fluvius per Tempe fluit. Ajunt etiam, unum esse ex iis montibus, quibus coarctatis Gigantes in coelum ascendere conati sunt. Virg. G. 1, 281. Ter sunt conati imponere Pelio Ossam. Ov. Fast. 1, 307. non ut ferat Ossam Olympus: ubi Graeca terminatione usus est, *τὸν Ὄσσαν*. Stat. Th. 2, 81. et 82. ponit inter Thraces. V. dicta in THESSALICUS.

OSSAEUS, a, um, adj. *ὀσσαιός*, ad Ossam pertinens. Stat. Th. 12, 554. nec Ossaei bello cecidere bimembres, h. e. Centauri, qui Ossam incolebant. Lucan. 7, 176. Ire per Ossaeam rapidus Boebeida sanguis; et 6, 334. Ossaeae rupes. Val. Fl. 1, 448. quercus ap. Virg. Cir. 33. Qui prius Ossaeis consternens aethera saxis.

OSSARIUM, ii, n. *ὀσσοθήκη*, *ὀσσοδοχείον*, urna sepulchralis, in qua ossa defunctorum componebantur. Inscr. ap. Grut. 1033, 1. Sex. Torranus Sex. F. Causenus, et Torrania: Pacata ossar. fecerunt. Adde aliam ap. eund. 1041, 10. Item Ulp. Dig. 47, 12, 2. Hic alii leg. ossuarium. V. OSSUARIUS.

*OSSET, oppidum Hispaniae Baeticae, Julia Constantia cognominatum. Plin. 3, 1. Oppidum Osset, quod cognominatur Julia Constantia. B. A.

OSSEUS, a, um, adj. *ὀσσειός*, ex osse factus. Colum. 5, 11. Cuneum ferreum, vel ossem inter corticem, et materiem demittere. Plin. 12, 25, 54. Ossei cultelli. Juven. 11, 133. Manubria ossea cultellorum. Atta ap. Isid. Or. 6, 9. Osseus mucro. P. Item osi similis, *ὀσσοῦδος*. Plin. 16, 38, 73. Totum e carne corpus fico: tota ossea est flex, cornus, robur, et quae sine medulla. Id. 13, 17, 32. Osseus nucleus. Juven. 5, 53. nigri manus ossea Mauri, h. e. macra, arida, horrida.

[OSSICULARIS, e, adj. ad ossiculum pertinens. Veg. Vet. 4, 28. med. Ossiculare medicamentum, quod facit ad omnia ossicula. F.]

OSSICULATIM, adv. per ossicula, minutatim. Caecil. ap. Non. 2, 609. et 4, 271. Ossiculatim Parmenonem de via liceat legam.

OSSICULUM, i, n. *ὀστέον*, parvum os. Plin. 11, 37, 49. Omnium cerebro insunt ossicula parva.

Gell. 6, 1. f. Ut tenuissimis minutisque ossiculis caput compingeret. [*Inscr.* ap. *Fabr.* p. 420. n. 381. Qui ossicula mea hic sita esse gemis. Alii leg. *ossucula.* F.]

OSSIFRAGUS, a, um, adj. qui ossium fractura debilitat quempiam. *Cass. Sever.* ap. *Sen. Contr.* 5, 33. In quemque saeviens ossifragus iste, alterius brachia amputat, alterius enervat. P *Ossifraga* etiam, et *ossifragus* dicitur aquilae quoddam genus, a frangendis ossibus, quia, teste *Isid. Orig.* 12, 7., ossa ab alto demittit, et frangit. [**Beinbrecher*, *Seeadler*. Falco ossifragus, L.] *Plin.* 30, 7, 20. Unum est ossifrago intestinum mirabili natura, etc. *Lucr.* 5, 1078. Accipitres, atque ossifragae.

OSSILAGO, iginis, f. callus vitiosus, et ossis duritiem incitans. *Veg. Vet.* 2, 22. Jumentum in osse percussum, si tumorem fecerit durum, callosum, et ossilagini similem, hac ratione est curandum. *Id. ib.* 4, 14. Et glandulas, et ossilaginem curare creditur. *Pelag. Vet.* 16. med. Ad ossilagines, vel nervos crassos, vel ad ragadia in nervis, aut si forte ab axe fuerit percussus, sic curabis. P *Ossilago*, Dea. V. **OSSIPAGINA**.

[**OSSILEGIUM**, ii, n. ossium collectio. *Gloss. Phil.* *Ossilegium*, ὀσσιλόγιον. F.]

[**OSSILEGUS**, a, um, adj. ossium collector. *Gloss. Phil.* *Ossilegus*, ὀσσιλόγος. F.]

OSSIPAGA. V. v. sq.

OSSIPAGINA, ae, f. Dea, quae pangit, sive, ut antiqui loquebantur, pagit puerorum ossa. *Arnob.* 4, 1131. Jam quae durat et solidat infantibus parvis ossa, Ossilago ipsa memoratur; et *mox*: Si exos (*esset*) genus humanum, velut quidam vermiculi nascerentur, Ossilago solidatrix ossium nomen proprium non haberet! Alii utrobique *Ossipaga*, alii *Ossipagina* legunt, ut et ap. *eund.* 3, 118. Nulla Fluonia, nulla Pomona, nulla Ossipagina, etc. [**Nonna* addidit F.]

***OSSONOBA**, ae, opp. Lusitaniae. *Mela* 3, 1. *Plin.* 4, 21. (al. 22.) B. A.

OSSUARIUS, a, um, adj. ad ossua pertinens. *Inscr.* ap. *Mur.* 917, 1. Ti. Claudius Primus ollam ossuariam donavit. Alia ap. *Grut.* 626, 6. Aediculam cum ollis ossuariis emit. P *Ossuarium*, ii, absolute saepe usurpatur pro *ossario*. *Inscr.* ap. *Grut.* 915, 3. Julia Fuscina ossuarium viva sibi fecit. *Fabr. in Inscr.* p. 16. n. 69. exhibet figuram urnae, in qua insculptum est *ossuarium*. [**Hujus loci rationem primus iniiit exempla paene omnia collegit F.*]

OSSUCULUM. V. **OSSICULUM**.

OSSUM, i, n. V. **OS**, ossis.

OSSUOSUS, a, um, adj. ossibus plenus. *Veg. Vet.* 2, 13. Loci ossuosi, et commissurales.

***OSTANES** vel *Osthānes*, is, m. Persa magus, de quo *Plin.* 30, 1. *Appul. Apol. Tert. de anima* 57. et *Minuc. Fel. Oct.* p. 61. c. 26. P *Scribitur et Hostanes*. B. A.

OSTENDO, is, endi, ensum et entum, a. 3. ὀστέω, monstro, significo, declaro, doceo: ex ob, vel os, et tendo. [**Pro ostendo*. Proprie significat porrigere, tendere aliquid ob, i. e. super, ad, versus, ita ut conspici ab aliis possit. Hinc idem quod monstro, significo. Huc pertinent ex locis, quos confuse satis et permixte Noster dispersit, *Cic. Verr.* 2, 1, 1. Os suum populo R. ostendere aude. *Sil.* 2, 669. Pectora nudatis ostendens saeva lacertis. *Suet. Ner.* 13. quum destinato per edictum die ostensus populo propter nubilum distulisset. — *Virg. A.* 5, 376. Ostenditque humeros latos, alternaque jactat brachia: coll. *Phaedr.* 1, 13. At ille stultus, dum vult vocem ostendere; Emit ore caseum: utroque loco Noster v. ostendere, cum notione ostentandi positum dixerat. Cf. *Ruhnck. ad Rut. Lup.* p. 218. ed. Fr. Alia haec sunt: *Suet. Vesp.* 5. ut — medicus dentem ei ostenderet: coll. *Caes.* 69. et *Cal.* 35. et *Tib.* 14. evenit, ut summum numerum jacti ab eo (tali) ostenderent, i. e. conspiciendum darent. Porro *ib.* Aug. 1. ostendebatur ara Octavio consecrata: ut nostr. *man zeigte*: coll. *ib.* 6. et *Tib.* 6. Adde *ib.* Aug. 26. Ostendens gladii capulum, i. e. manu demonstrans. *Ter. Hec.* 4, 4, 4. Opportune te mihi in ipso tempore ostendis. Ita ostendere se, aut *aciem*, *copias* saepe dicuntur, qui hostis terrendi causa procul se videndos praebent. *Liv.* 29, 7. Cum haud procul ad terrorem hostium aciem ostendisset. *Caes. B. C.* 1, 73. Cum Petrejus et Afranius castra movissent, equites repente sese ad novissimum agmen ostendunt. *Hirt. B. Afr.* 66. Cujus vim multitudinis cum equites pauci Caesariani jam sustinere non possent, Caesar instructas legiones hostium copiis ostendit. *Liv.* 4, 59. Anxur urbs prona in paludes: ab ea parte Fabius oppugnationem ostendit. P Est etiam exponere vento, soli. *Virg. G.* 2, 261. Ante supinatas Aquiloni ostendere glebas. *Stat. Th.* 6, 90. lucos ostendere Phoebus. *Nemes. Cyn.* 208. catulosque canesque maritas Ungere profuerit, tepidoque ostendere soli. P Translate est manifestare, declarare, docere. Discrimen inter ostendere et declarare hoc statuit *Burm.* ad *Vell.* 2, 109, 2. ut hoc vel verbis vel factis voluntatem significare

et mentem aperire: *declarare* vero plus esse diceret, i. e. sine dissimulatione, aperte indicare. *Ter. Eun.* 5, 9, 2. In me plane Dii potestatem suam omnem ostendere. *Id. Heaut.* 2, 1, 7. Qui mihi per alium ostendit suam sententiam. *Cic. Har. resp.* 12. Haec populo R. et scelerum indicia ostendit, et periculum signa patefecit. *Nep. Ep.* 4. Micythus Epaminondam convenit, et causam adventus Diomedontis ostendit: *Pl. Most.* 5, 1, 21. Astute mihi captandum est cum illo: non ego illi extemplo ita meum ostendam sensum. *Nep. Alc.* 6. Ostendere se inimicum alicui. *Pl. As.* 5, 2, 12. Illum antehac hominem semper sum frugi ratus: verum hoc facto sese ostendit, i. e. docuit, qualis esset. *Suet. Aug.* 10. Se ostendere candidatum, i. e. profiteri. *Cic. Unio.* 11. Palam ostendere aliquid. *Id. Ferr.* 2, 4, 34. Tum spem, tum metum ostendere. *Cato ap. Prisc.* 10, 892. Quod ego me spero ostenturum. *Cic. Caecin.* 4. Sicut et vivus multis ipse rebus ostendit, et in morte sua testamento declaravit. *Nep. Ag.* 1. extr. ut ostendimus supra, i. e. narravimus, diximus. *Suet. Vit.* 18. quod factum ei Vienna ostendimus. *Liv.* 8, 9. Decio caput jecinoris a familiari parte caesum aruspex dicitur ostendisse, i. e. retulisse, narrasse. v. *Bauer.* ad h. l. p. 269. *Nep. Con.* 3. Ad chiliarchum accessit, seque ostendit cum rege colloqui velle. *Caes. B. G.* 1, 21. quid sui consilii sit, ostendit: usitata est Caesari haec dicendi ratio. V. *Herzog.* ad l. l. *Auct. ad Her.* 2, 16. De his primum partibus ostendendum est, i. e. disserendum, explicandum. *Suet. Caes.* 26. quod epistolis ejus ostenditur, i. e. probatur. — *Ostendi*, Gr. *ὀστέω*, sich zeigen. *Liv.* 36, 1. aruspices responderunt, eo bello — victoriam ac triumphum ostendi. *Suet. Aug.* 25. nisi quum major spes ostenderetur.] P Interdum est stomachantis, et quippiam minitantis. *Ter. Andr.* 5, 2, 25. Jam pol hodie si vivo, tibi ostendam, herum quid sit periculi fallere. *Id. Ph.* 5, 3, 9. Virum me natam vellem: ego ostenderem. P *Ostendere gladiatorem*, h. e. agere, gere. *Lampr. Commod.* 1. Ut cantaret, saltaret, sibilaret, scurram denique et gladiatorem perfectum ostenderet. Ita *Salm.*, alii se addunt. P Interdum est polliceri, promittere se facturum. *Cic. Att.* 1, 1. med. Demonstravi haec Caecilio: simul illud ostendi, si ipse unus cum illo uno contenderet, me ei satisfacturum. *Id. Fam.* 9, 8. Munus flagitare, quamvis quis ostenderit, ne populus quidem solet, nisi concitatus; et *ib.* 2, 3. Sed aliter, atque ostenderam, facio, qui ingredi ad explicandam rationem sententiae meae. P Pro ostendere, praetendere. *Cic. Verr.* 2, 5, 1. Sed quaedam mihi magnifica, et praeclara ejus defensio ostenditur.

OSTENSIO, onis, f. ὀστέω, actus ostendendi. *Appul. Met.* 3. Luctans ac renitens praecedens facinus instaurare nova ostensione. Adde *Tert. adv. Marc.* 5, 11. P *Salm.* ad *Lampr. Alex. Sev.* 33. affert vet. *Inscr.*, in qua legitur: *Temporibus Claudii Tiberii facta hominum armigerorum ostensione: ubi ostensio est, ipso interprete, transvectio, lustratio, recognitio.*

OSTENSIONALIS, e, adj. *Ostensionales milites* dicuntur ap. *Lampr. Alex. Sev.* 33. qui ad ostentationem et pompam principem comitabantur.

OSTENSOR, oris, m. δεικνύς, monstrator. *Tert. Apol.* 11. med. Novae frugis auctor, quia inventor et ostensor.

OSTENSUS, a, um, part. ab ostendo: *νεκρωμένος*, monstratus. *Ter. Ph.* 5, 4, 7. Nisi mihi esset spes ostensa. *Lucan.* 2, 192. Ut scelus hoc Sulae, caedessque ostensa placeret. *Prisc.* 10, 892. addit ex *Varr. R. R.* 1. Ostensus sol.

[**OSTENTABILIS**, e, adj. qui ostendi potest. *Gloss. Phil.* *Ostentabilis*, ὀστέωσιμος. F.]

[**OSTENTACULUM**, i, n. idem ac ostentum. *Not. Tir.* p. 19. Ostentat, ostentaculum. F.]

OSTENTAMEN, inis, n. ostentatio. *Prud. Psych.* 203. Ergo humile postquam malesana Superbia mentem Vilibus instructam nullo ostentamine telis Aspicit, etc.

OSTENTARIUS, a, um, adj. ad ostenta pertinens. *Ostentarium* absolute *Macr. Sat.* 2, 16. Tarquiti Priscus in ostentario arborario sic ait, h. e. in libro, in quo agit de ostentis arborum; et *ib.* 3, 7. Est super hoc liber Tarquiti transcriptus ex ostentario Tusco. *Capell.* 2, 38. Vel sideris cursu, vel fulminis jaculo, vel ostentaria novitate. Al. male leg. *ostentaria*.

OSTENTATICIUS, a, um, adj. ad ostentationem compositus, ut *Ostentaticia* virginitas, ap. *Tert. Virg.* vel. 3.

OSTENTATIO, onis, f. [**proprie est ostensio*. Huc pertinet locus, quem Noster in *f.* laudaverat, *Plin. Pan.* 56. f. Hostilem terrorem non armorum magis, quam togarum ostentatione compescere. Adde *Liv.* 7, 4. cognomen Imperiosi — ab ostentatione saevitiae adscitum. P Hinc *ostentatio* signif. etiam pollicitationem. *Schütz.* in *cl. Cic.* laudat *Cic. Att.* 5, 13. intelligis ostentationes meas in discrimen esse adductas. P Tum prae ceteris *ostentatio* de ea dicitur rei alicujus ostensione, quae fit

cum jactantia, vana, gloriosa venditione, Gr. ἀλαζονεία, ὑπερηχία, *Pralerey*. Noster exempla laud. ista:] *Cic. Or.* 2, 82. Vitanda etiam ingenii ostentationis suspicio: [**ita Orell. Forc. ostentationisque*.] *Id. Fl.* 22. Magnifica et gloriosa ostentatio. *Id. Par.* 6. in. Quae est ista in commemoranda pecunia tua tam insolens ostentatio? *Id. Rab. Post.* 14. Quod genus tandem est istud ostentationis et gloriae. *Id. Off.* 2, 12. f. Qui simulatione, et inani ostentatione stabilem se gloriam consequi possent, vehementer errant. *Amic.* 23. quamquam a multis ipsa virtus contemnitur et venditatio quaedam atque ostentatio esse dicitur. *Id. Or.* 2, 8. Ostentatione uti. *Nep. Att.* 17. Praeceptis philosophorum ad vitam agendam, non ad ostentationem utebatur. *Plin.* 29, 1, 5. Videbamus senes usque in ostentationem rigentes. [**Ita saepius ostentatio* (v. etiam in *ostentare*) dicitur a *Caesare*, in rebus bellicis de decursionibus, lustrationibus copiarum, et quae sunt id genus plura, in fraudem hostium vel simulatione susceptis. *B. G.* 7, 45. His paucos addit equites, qui latius ostentationis causa vagarentur. *B. Alex.* 74. vel ad ostentationem regiae fiduciae. P Hinc ostentatio est simulata ostensio, simulatio ejus, qui aliud in mente, aliud in fronte habet. Noster haec laudaverat:] *Cic. Agr.* 1, 7. extr. Consul veritate, non ostentatione popularis. *Petr. Sat.* 17. Expectavimus lacrimas ad ostentationem doloris paratas. *Sen. ep.* 99. med. Plus ostentatio doloris exigit, quam dolor. [**Adde Cic. Fin.* 2, 24. Verba fingas et ea dicas, quae non sentias, ut in fronte ostentatio sit, intus veritas occultetur. *Caes. B. C.* 3, 71. Labienus — omnes (captivos) productos, ostentationis, ut videbatur, causa, quo major perfugae fides haberetur, commilitones appellans — in omnium conspectu interficit: ubi ostentationem recte *Herz.* ad *B. G.* 7, 45. interpr.: *boshafte Heuchelei*.]

OSTENTATOR, oris, m. ἀλαζών, qui ostentat, et jactat, gloriosus. *Auct. ad Her.* 4, 50. Ut si velis non divitem, sed ostentatorem pecuniosum describere. *Liv.* 1, 10. Ipse cum factis vir magnificus, tum factorum ostentator haud minor. *Tac. H.* 2, 80. Omnium, quae diceret atque ageret, arte quadam ostentator. [*Auson. ep.* 4, 36. Inde ostentator volitat. F.]

OSTENTATORIUS. V. **OSTENTARIUS**. f.

OSTENTATRIX, icis, f. quae ostentat. *Appul. Apol.* Quam immodica sui ostentatrix. *Prud. Psych.* 439. Pompa ostentatrix vani splendoris. *Pac. Pan. Theod.* 17. Eat nunc sui ostentatrix antiquitas, et illa innumeris litterarum vulgata monumentis jactet exempla. *Macr. Sat.* 7, 4. Superba et contumax, et veluti sui ostentatrix continentia.

OSTENTATUS, a, um, part. ab ostento: saepe, vel plane ostensus. *Ter. Eun.* 3, 5, 56. An ego occasionem mihi ostentatam, tantam, tam optatam amitterem? *Cic. Cluent.* 7. med. Recuperandi filii spes ostentata. *Plin. ep.* 2, 7. Ostentato bello ferocissimam gentem terrore perdomuit. P Pollicitus, exhibitus. *Cic. Rosc. Com.* 6. Pecunia ex liberalitate hujus promissa, et ostentata.

***OSTENTIFER**, era, um, adj. *Onomast.* *Ostentiferum*, τετραπόδες. B. A.

OSTENTO, as, avi, atum, a. I. προσηλαδωνίω, frequentativum ab ostendo, et saepe pro eo usurpat. [**Nunquam ostentare et ostendere promiscue ponuntur, semper inest aliquid discriminis*. V. *Herzog.* ad *Caes. B. G.* 5, 51.] *Virg. A.* 12, 479. Jamque hic germanum, jamque hic ostentat ovanter, Nec conferre manum patitur; et *ib.* 6, 677. Dixit, et ante tulit gressum, camposque nitentes Desuper ostentat. [**Caes. B. G.* 7, 48. Passum capillum ostentare cooperunt. *Suet. Aug.* 34. Germanici liberos ostentavit; et *Caes.* 33. saepius digitum laevae manus ostentans; et *Vesp.* 23. cavam manum ostentans; et *Tib.* 54. Quum ei carnifex — laqueos et ancos ostentaret. *Caes. B. G.* 5, 51. Ambirigem ostentant fidei faciendae causa: i. e. jactabundi eum adesse dicunt.] P Pro indicare. *Plin. Pan.* 4. f. Jam firmitas, jam proceritas corporis, jam honor capitis, et dignitas oris nonne longe lateque principem ostentant? [*i. e. eum principem esse comprobant. Cf. *Suet. Claud.* 15. quasi aequitatem integram ostentans; et *ib.* 16. illaesum corpus veste deposita ostentante. *Caes.* 14. ostentans, quanta eos — invidia maneret; et *Aug.* 87. literae ipsius autogr. ostentant sq. acc. c. inf.] P Aliquando est suadere, commendare. *Pl. Cist.* 2, 1, 10. Amor modo quod suavit, dissuadet: quod dissuasit, id ostentat. P Item exhibere, polliceri. *Pl. Aul.* 2, 2, 18. Altera manu fert lapidem, panem ostentat altera. *Cic. Agr.* 2, 28. Agrum Campanum, quem vobis ostentant, ipsi concupiverunt. *Tac. H.* 4, 59. extr. Pergere ad obsessos jubet, veniam ostentantes, si praesentia sequerentur. [**Plura v. in Boettich. Lex. Tac.* p. 336.] *Sall. Jug.* 70. Ostentare praemia. P Item praebere, offerre. *Cic. Att.* 1, 16. med. Ut aperte jugula sua pro meo capite P. Clodio ostentarent. *Id. Marc.* 9. Illa vita est tua, quae vigeat memoria saeculorum omnium, quam posteritas alet, quam ipsa aeternitas semper

tuebitur. Huic tu inservias, huic te ostentes, oportet. P Item munitari, ostendere terrendi causa. Cic. Fam. 4, 14. Bellum ex altera parte caedem ostentat, ex altera servitutum. Id. Cluent. 8. Qui sibi delationem nominis, et periculum capitis ostentat. Sall. Jug. 25. med. Defensoribus moenium praemia modo, formidinem ostentare. [*Caes. B. G. 7, 55. equitatumque omnibus locis, injicendi timoris causa, ostentare coeperunt. V. in ostentatio.] P Item jactare, gloriari, venditare. Auct. ad Her. 4, 21. Hic, qui se magnifice jactat, atque ostentat; et ib. 2, 30. Ingenii venditandi, aut memoriae ostentandae causa. Cic. Fam. 10, 3. Ut potius amorem tibi ostenderem meum, quam ostentarem prudentiam. Id. Coel. 28. f. Sed, si me audiant, naves aliam operam, in aliis se rebus ostentent. [*Cic. Fam. 1, 4, 5. Quid me ostentem? Id. 9, 9, 4. neque regum ac nationum clientelis, quas ostentare crebro solebat, esse tutum, sc. Pompejum.] Id. Att. 2, 23. f. Prae se ferre, et ostentare. Id. Agr. 2, 4. med. Largitio verbis ostentari potest, re vera fieri, nisi exhausto aeriario, nullo pacto potest.

OSTENTUM, i, n. quædam, rébus, prodigium, monstrum, portentum: inter quae discrimen quod sit, V. in MONSTRUM et PORTENTUM. Cic. N. D. 2, 3. et Div. 1, 42. Praedictiones vero, et praesensiones rerum futurarum quid aliud declarant, nisi hominibus ea, quae sint, ostendi, monstrari, portendi, praedici? (al. prodici) ex quo illa ostenta, monstra, portenta, prodigia dicuntur. Ulp. Dig. 50, 16, 38. Ostendum Labeo definit, omne contra naturam cujusque rei genitum, factumque. Duo autem genera sunt ostentorum: unum, quoties quid contra naturam nascitur, tribus manibus forte, aut pedibus: alterum, cum quid prodigiosum videtur, quomodo Graeci quædam vocant. Haec Ulp. Cic. Div. 1, 53. Herodotus scribit, Croesi filium, cum esset infans, locutum: quo ostento regnum patris, et domum funditus concidisse. Id. Verr. 2, 4, 49. Cum magnorum periculorum metus est ostentis portenderetur. Liv. 26, 6. f. Procurare ostentum familiare. Petr. Sat. 122. Haec ostenta brevi solvit Deus. Suet. Caes. 32. Cunctanti ostentum tale factum est: Quidam eximia magnitudine et forma apparuit, etc. Id. Galb. 4. Ceteris, ut obscenum ostentum, abhorrentibus, solus pro laetissimo accepit. Id. Aug. 94. med. Alexandro simile provenit ostentum. Id. Caes. 77. Nec pro ostento ducendum, si pecudi cor defuisset. Just. 10, 1. Ostenti prorsus genus, ubi in tanto populo sileri parricidium potuit. Coel. ad Cic. Fam. 8, 14. med. Scis Apium censorem hic ostenta facere? h. e. res incredibiles meditari, suscipere.

OSTENTUS, a, um, part. ab ostendo: ostensus, ostentatus. Pacuv. ap. Fest. Atque eum in ipso tempore ostentum senem. Varr. ap. Prisc. 10, 892. Salute ostenta. P Item obtentus, conversus, objectus. Cato R. R. 6. Ager, qui in ventum Favonium spectabit, et soli ostentus erit; et mox: Qui locus vino optimus dicitur esse, et ostentus soli, ibi Aminaeum minusculum conserito. Haec verba etiam Varr. R. R. 1, 24 et 25. et Plin. 14, 4, 5. referunt.

OSTENTUS, us, m. ostentatio, ostensio, species. Gell. 20, 1. f. Sed eam capitis poenam, sancientiae fidei gratia, horrificam atrocitatis ostentum reddiderunt. P Ostentui esse, ad speciem et ostentationem inservire. Sall. Jug. 26. f. Quoniam eo natus sum, ut Jugurthae scelerum ostentui essem, h. e. ut inservirem ad ostendenda scelera Jugurthae. Tac. A. 12, 14. Auribus decisivis vivere jubet, ostentui elementariae suae, et in nos dishonestamento; et H. 1, 78. Nova jura Cappadociae dedit, nova Africae, ostentui magis, quam mansura. Id. A. 15, 64. Ore ac membris in eum pallorem albenibus, ut ostentui esset, multum vitalis spiritus egestum; et ib. 1, 29. extr. Corpora extra vallum abjecta ostentui. Rursus Sall. Jug. 50. Metellus, pariter ac si hostes adessent, munito agmine incedere, late explorare omnia, illa deditiois signa ostentui credere.

*OSTEODES, Ὀστεώδης, i. e. ossuaria, insula Siciliae adjacens, insulis Aeoliis vicina. Plin. 3, 8. P Aeoliarum unam appellat Mela. 2, 7. med. B. A.

OSTES, ae, m. ὄστης, species terraemotus, quo solum ita quatitur, ut cuncta truantur et subvertantur. Graeca vox ab ὄσθω, impello, trudo, propello. Appul. de Mundo.

OSTIA, ae, f. Ostia, urbs Latii, condita ab Anco Marcio ad ostia Tiberis; unde nomen. Festus: Ostiam urbem ad exitum Tiberis in mare fluentis Ancus Marcius rex condidisse, et feminino appellasse vocabulo fertur: quod sive ad urbem, sive ad coloniam, quae postea condita est, referunt. Haec Festus: sed dici etiam potest, primo Ostia, orum, fuisse: quo modo Juven. 11, 49. Qui vertere solum, Bajas, et ad Ostia currunt. Et ita frequenter dictum esse, Charis. 1, 76. Alii tamen ap. Juven. l. c. leg. ad ostrea. Paulatim vero feminine usurpari coeptum, quia de urbe sermo erat. Eun. ap. Fest. in Quaesio. Ostia moenita est:

idem (Ancus) loca navibu' pulcris Munda facit. Liv. 1, 33. f. In ore Tiberis Ostia urbs condita. Id. 22, 11. Consul Ostiam proficisci jussus, navibus quae ad urbem Romanam, aut Ostiae essent, completis milite, etc. Plin. 3, 5, 9. In principio (Latii) est Ostia, colonia a Romano rege deducta. P Alicubi Hostia legitur, sed minus recte. *V. Maum ad Comment. Ant. (fortasse Ascon. Pedian.) in Cic. pro Planc. orat. fragm. p. 90. ed. Mediol. B. A.

OSTIARIUM, ii, n. tributii genus, quod ostiorum nomine pendebatur. Caes. B. C. 3, 32. Columnaria, ostiaria, frumentum, vecturae imperabantur. Cic. Fam. 3, 8. med. exactionem ostiorum vocat.

OSTIARIUS, ii, m. ὀστιάριος, ostii custos. Varr. R. R. 1, 13. Vilici proxime januam cellam esse oportet, praesertim si ostiarius est nemo. Plin. 12, 14, 32. Praeter hos et custodes, satellitesque, et ostiarii, et ministri populantur. Sen. Const. Sap. 14. Contumeliam vocant ostiarii difficultatem, cubicularii supercilium: et mox: Qui sibi placet, quod ostiario libere respondit, quod virgam ejus fregit. Hanc virgam arundinem fuisse, colligi potest ex Prop. 4, 7, 21. et Petr. Sat. 134., quod et Broukhuis. ad Prop. adnotavit. Porro ostiarii vilissimi servorum fuere, [quippe qui catena vincti ante potentiorum januam excubabant. Suet. Rhet. 3. L. Otacilius Pilius servisse dicitur, atque etiam ostiarius veteri more in catena fuisse. F.] P De primo gradu Ecclesiastici Ordinis, Imppp. Valent., Valens, et Gratian. Cod. 1, 3, 6. et 16, 2, 24.

OSTIATIM, adv. κατά ὀστίαν, per singula ostia. Quint. 5, 10. f. Nec scrutanda singula, et velut ostiatim pulsanda. Cic. Verr. 2, 4, 24. Uno imperio ostiatim totum oppidum compilarit; et ib. 22. Dum ego hoc crimen agam ostiatim, h. e. singulas domos enumerans, in quibus furatus est. P Pro singillatim. Vopisc. Carin. 17. extr. Longum est, si de ejus luxuria plura velim dicere. Quicumque ostiatim cupit noscere, legat, etc.

OSTIENSIS, e, adj. ad Ostiam urbem pertinens. Liv. 8, 12. Ostiensis ager. Id. 27, 38. populus. Plin. 9, 6, 5. portus. Cic. Manil. 12. Ostiense incommodum, h. e. jactura classis R. a praedonibus captae in Ostiae portu. P Ostiensis porta, quae nunc di S. Paolo dicitur, Roma Ostiam ducens via Ostiensi. Portae meminit Ammian. 17, 4. med., viae Inscr. ap. Reines. cl. 7. n. 16. P In alia ap. Grat. 453, 10. legitur Colonia Hostiensis.

OSTIGO, iginis, f. [ita a rusticis hominibus vocabatur morbus, qui et mentigo dicitur: videtur autem dictus ita fuisse pro ustigine, quandam enim uredinis speciem prae se fert morbus ille. F.] V. MENTIGO.

OSTIOLUM, i, n. ὀστίον, exiguum ostium. Plin. 19, 8, 38. Adeo ut ostiola olitoria ex his factiarum cooperent. Colum. 8, 14. Aditus singuli firmis ostiolis muniti.

*OSTIPPO, oppidum Hispaniae Baeticae, medio inter mare Mediterraneum ac Baetim loco, non procul a Munda. Plin. 3, 1. Ant. Itin. V. ASTAPA. B. A.

OSTIUM, ii, n. ὀστία, janua domus. Virg. A. 6, 43. antrum, Quo lati ducunt aditus centum, ostia centum. Ubi Serv. Non sine causa et aditus dixit, et ostia: nam Vitruvius, qui de architectonica scripsit, ostium dicit, per quod ab aliquo arcem ingressus, ab ostando dictum: aditum ab adeundo, per quem ingredimur. [*Parum haec nobis probatur vocis originatio. Deducendum vocabulum videtur ab os, oris.] Cic. Tusc. 5, 5. Extra ostium limenque carceris. Id. Or. 2, 68. Cum Nasicae ab ostio quaerenti Ennium ancilla dixisset, domi non esse. Ulp. Dig. 43, 23, 11. Si quis ostium sepulcri evellat, aut effringat. Jul. ib. 6, 1, 59. Habitat in aliena aedificia fenestras, et ostia imposuit: eadem post annum dominus aedificiorum dempsit. Pl. Merc. 2, 4, 9. Omnia istaec auscultavi ab ostio; et Mil. 2, 3, 81. et 2, 4, 46. Observare ostium. Ter. Heaut. 2, 3, 35. aperire. Id. Phorm. 5, 3, 33. operire. Id. Eun. 4, 6, 25. obserare intus. Id. Ad. 4, 5, 3. pultare. Id. Eun. 3, 5, 55. Ostio pessulum obdere; et 5, 2, 4. Ante ostium stare; et 5, 6, 5. praestolari aliquem; et Andr. 4, 1, 59. Concrepuit a Glycerio ostium. Pl. Mil. 2, 3, 58. Nihil est, quae hinc huc transire ea possit, nisi recto ostio: cui opponitur posticum. P Translate dicitur de faucibus. Cic. N. D. 2, 54. Cum aspera arteria ostium habeat adjunctum linguae radicibus. P Item de ingressu et aditu portus. Cic. Verr. 2, 4, 53. In utriusque portus ostium aditumque projecta est. Virg. A. 1, 404. Aut portum subit, aut pleno subit ostia velo. P Item de aditu fluminis in mare, εἰσβολή, ὀστία. Cic. Phil. 2, 11. In Cilicia ad ostium fluminis Cydni. Virg. A. 6, 801. Et septemgemini turbant trepida ostia Nili. Caes. B. C. 2, 1. Qua est aditus ad ostium Rhodani. P Ostium Oceani, fretum Gaditanum, qua Oceanus in Mediterraneum influit. Cic. Manil. 12. Ut vos, qui modo ante ostium Tiberinum classem hostium vi-

debatis, ii nunc nullam intra Oceani ostium praedonum navem esse audiat. P Aperire ostium, aditum, ingressum praebere. Varr. R. R. 1, 51. Ne in rimis arcae grana oblitescant, et ostia aperiant muribus ac formicis.

OSTOCOPOS, i, m. ὀστόκοπος, ossium dolor: ab ὀστόν, os, ossis, et κόπος, labor, molestia. Ser. Sam. 48, 892. Ostocopon lento conducit melle perungi. Adde Pelag. Vet. 3. et 10.

OSTRACIAS, ae, m. et Ostracitis, itidis, f. ὀστράκτας, et ὀστράκτις, gemma duritie ostreorum testas imitata. Plin. 37, 10, 65. Ostracias, sive ostracitis est testacea durior: altera achatae similis, nisi quod achates politura pinguescit: duriori tanta inest vis, ut aliae gemmae scalpantur fragmentis ejus. Ostracitidi ostrea nomen et similitudinem dedere. Haec Plin. P Est etiam ostracitis cadmia genus nigrum, et e ceteris sordidissimum. Id. 34, 10, 22.

*OSTRACINE, es, vel Ostracina, ae, f. ὀστράκινη, urbs Aegypti inferioris, vel in Aegypti, Palaestinae, Arabiaeque confinio, non procul a lacu Sirbonide. Plin. 5, 12. Adde Ant. Itin. B. A.

OSTRACISMUS, i, m. ὀστράκισμός, [*Scherbengericht, genus judicii ap. Athenienses: ab ὀστράκων, testa. Testula enim inscriptum ferebant nomen ejus, quem propter nimiam potentiae suspitionem exterminare volebant; quod ipsum, nisi sex saltem suffragiorum millia testis inscripta essent, fieri non poterat. In decem fere annos per testulam e civitate summoeri solebant, nulla tamen bonorum publicatione. Nep. Cim. 3. Testarum suffragiis, quod illi ostracismum vocant, decem annorum exilio multatus est. At Brem. cum recentt. edd. habet ὀστράκισμός.]

OSTRACITES, ae, m. ὀστράκτις, lapis testae similitudinem habens: ab ὀστράκων, testa. Usus ejus pro pumice ad levigandam cutem. Plin. 36, 19, 31.

OSTRACITIS. V. OSTRACIAS. OSTRACIUM, ii, n. ὀστράκιον, testa, sive operimentum certi concharum generis, et fortasse purpurae, inquit Harduin. Dicitur etiam onyx. Plin. 32, 10, 46.

[OSTRANI, orum, m. plur. incolae urbis Ostreae in Umbria inter Suasam, et Senam Gallicam, cujus meminit Inscr. ap. Mur. 563, 2. Plin. 3, 14, 19. Oriculani, Ostrani, Pitulani. F.]

OSTREA, ae, f. et in plur. etiam Ostrea, orum, n. plur. ὀστραεῶν, genus marinae conchae, aspera rotundaque testa, carne grati saporis, et ditiorum mensis conquisita. Plura eorum genera enumerat Auson. ep. 9., item Plin. 32, 6, 21. Cyzicena, Lucrina, Britannica, Medula, Leptica, Lucensia, Circejensia, etc. Commendat in his spissa et crassiora, neque in luto capta, neque in arenosis, sed solido vado, spondylo brevi, atque non carnosus, etc. Sen. ep. 95. med. Quid? illa ostrea, inertissimam carnem coeno saginatam, nihil existimas limosae gravitatis inferre? Pl. Rud. 2, 1, 8. Echinos, lepadas, ostreas, balanos captamus. Plin. 9, 54, 79. Ostrearum vivaria primus omnium Sergius Orata invenit in Bajano, nec gulae causa, sed avaritiae. Cic. fragm. ap. Non. 3, 152. Solertia ea, quae posset vel in tegulis proseminare ostreas. Lucil. ap. Gell. 20, 8. Luna alit ostrea, et implet echinos. Hor. Sat. 2, 4, 33. Ostrea Circeis, Miseno oriuntur echini. [*V. Heindf.] Juven. 4, 140. Circeis nata forent, an Lucrinum ad saxum, Rutupinove edita fundo Ostrea, callebat primo deprendere morsu. Ov. Fast. 6, 173. Piscis adhuc illi populo sine fraude natabat: Ostreaeque in conchis tuta fuere suis. P In sing. num. Pall. 1, 51. Ostrei testas siccas simul tundes. Lucil. ap. Non. l. c. Ostrea nulla fuit, non purpura, nulla peloris. Varr. ib. Neque ostrea ulla magna capta quivit palatum suscitare. Gell. l. c. Ostrea tenuis, et exsucta. P Quos Mart. 7, 20. memorat ostreorum lividos cirros, putat Rader. intelligi fibras in carne ostreae, crine purpureo ambiente, quam generosorum ostrearum notam esse volunt peritiores harum rerum, ut est ap. Plin. 32, 6, 21.

OSTREARIUM, ii, n. ubi ostreae vivunt, et reperiuntur. Plin. 9, 51, 74. Nuper compertum est in ostreariis, humorem his fetificum lactis modo effluere. Macr. Sat. 2, 11. Sergius Orata primus ostrearia in Bajano locavit.

OSTREARIUS, a, um, adj. ad ostrea spectans, ut ostrearius panis, quo veteres cum ostreis vesci solebant. Plin. 18, 11, 27. Panis ipsius genera prosequi supervacaneum videtur, alias ab obsoniis appellati, ut ostrearii.

[OSTREATUS, a, um, adj. ὀστράδης, durus, atque asper, muricatus. Pl. Poen. 1, 2, 186. Itaque jam quasi ostreatum tergum ulceribus gestito. F.]

OSTREOSUS, a, um, adj. ostreis abundans. Auct. Priap. 77. Cyzicus ostreosa. Catull. 18, 4. ora Hellepontia ceteris ostreosior oris.

OSTRIAGO, aginis, f. genus herbae, circa sepulcra, aut in parietibus, qui sunt circa montium radices, nascentis. Appul. Herb. 28.

OSTRICOLOR, oris, adj. ostrici colorem habens. Sidon. Carm. 5, 18. Ostricolor pepli textus.

OSTRIFER, ra, rum, adj. ostreas ferens, ostreosus. *Virg. G.* 1, 207. Pontus, et ostriferi fauces tentantur Abydi. *Val. Fl.* 1, 456. Surgis ab ostrifero medius, Neptune, Geraesto. *Lucan.* 9, 959. et ostriferam dirimat Chalcedona cursu.

OSTRINUS, a, um, adj. *ὄστρινος*, ostris colorem habens, purpureus. *Varr. ap. Non.* 16, 8. Ostrinum supparum. *Turpil. ib.* Rricula ostrina. *Prop.* 3, 11, 7. Et Tyros ostrinos praebet Cadmea colores; et 1, 14, 20. Ostrinus torus; et 2, 22, 26. Ostrina tunica. *Non. l. c.* colorem hunc subrubeum esse dicit.

OSTROGOTHI, orum, m. plur. populi Sarmatiae Europaeae, qui in Pannonias, Gallias, et Italiam transgressi sunt. *Claud. in Eutr.* 2, 153. Ostrogothis colitur, mixtisque Gruthungis Phryx ager. *A. Trebell. Claud.* 6. dicuntur *Austrogothi*.

OSTRUM, i, n. *ὄστρον*, sanies illa, vel liquor, qui ex ostris, seu conchyliis, vel purpuris, vel muricibus eximitur ad pretiosarum lanarum infecturam: et color ille, qui ex hac sanie conficitur. *Plin.* 9. c. 36 et 37. distinctas facit species, conchylium, purpuram, muricem. Similiter *Nonius* 16, 8 et 9. ostrinum colorem distinguit a colore muricis, quod ille sit subrubeus, hic sanguineus. Sed haec a scriptoribus confunduntur. Et sane ostrum, ut de ejus natura tradiderunt scriptores, non habet in omnibus locis, quibus nascitur, unius generis colorem, sed solis cursu naturaliter temperatur. Itaque quod legitur in Ponto, et Galatia, quia haec regiones sunt proximae ad Septentrionem, et Occidentem, invenitur lividum: quod autem legitur ad Aequinoctialem Orientem, et Occidentem, invenitur violaceo colore: quod vero Meridianis regionibus excipitur, rubra procreatur potestate, ut ait *Vitr.* 7, 13, ubi rationem etiam tradit ostrini coloris conficiendi. *Virg. A.* 5, 111. Vestes ostro perfusae. *Id. ib.* 1, 704. stratoque super discumbitur ostro, h. e. lectis purpureis. *Sever. A.* 332. Purpureoque rubens surgat jubar aureus ostro, h. e. splendore, luce. *P. In plur. num. Prop.* 4, 3, 51. Nam mihi quo, Poenis si purpura fulgeat ostris?

OSTRYA, ae, et Ostrys, yos, f. *ὄστρυα*, *ὄστρυς*, arbor materia dura, atque firma, similis fraxino cortice et ramis, folio pyri, tamen paulo longioribus, crassioribusque, ac rugosis incisuris, quae per tota discurrunt, semine hordeo simili et colore, solitaria nascitur circa saxa aquosa. *Plin.* 13, 21, 37. Gignit arborem ostryn, quam et ostryam vocant, etc. [*Fortasse arbor, quam nos dicimus *die gemeine Hopfenbuche*, *Carpinus ostrya*, *L.*, *Ostrya vulgaris*, *Willd.*]

***OSTUDIZUM**, i, n. oppidum Thraciae. *Ant. Itin. B. A.*

OSUS, a, um. **V. ODI.**

OSYRIS, is, f. *ὄσυρίς*, herba ramulos ferens nigros, tenues, lentos, et in his folia nigra ceu lini, semenque in ramulis nigrum initio, deinde colore mutato rubescens. Smegmata mulieribus faciunt ex his. *Plin.* 27, 12, 88, ubi *Hard.* adscribit, ab *Anguillara dici le scope di Padova*. [*Fortasse *Chenopodium Scoparia*, *L.*, *besenartiger Gänsefuß*.]

OT

[OTACILIANUS, a, um, adj. ad Otacilium aliquem pertinens, ut *Otaciliana villa* in *Inscr. ap. Marin. Frat. Arv.* p. 577., quae reperta est extra portam Flaminiam, ubi fortasse eadem fuit, nam *Mart.* 10, 79. Ad quartum (*milliarium*) breve rus emit Otacilius. *P. Ex eadem gente fuit Otacilia Severa* uxor *Philippi Aug. senioris*, cujus mentio est in *Inscr. ap. Grut.* 29, 2. et in nummis ap. *Eckhel. D. N. V. T.* 7. p. 332. *F.*]

OTACUSTA, ae, m. *ὄτακουστής*, ab *ὄτις*, *ὄτις*, auris, et *ἀκούω*, audio, ap. *Appul. de Mundo* est emissarius, clam aliorum sermones captans. Omnia, inquit, quae ibi gererentur, ille otacustarum relatione disciebat. Hos *Appul.* paulo supra *aures regias* vocat, quod iis *Darius rex Persarum* ad excipiendam, quaecumque a subjectis gererentur, uteretur: item *imperatoris oculos*, quod per eos videret quidquid se absente fieret. **Locus Appul.* est *med. p. 69. Elmenh. B. A. V. ORICULARIUS.*

***OTENE**, es, f. *ὄτηνη*, regio Armeniae. *Plin.* 6, 13. *B. A.*

[OTESINI, orum, m. plur. incolae Otesiae, urbis Galliae Cisalpiniae, Mutinam versus, et Padum flumen. Sunt qui putant esse, quae nunc *Mirandola* dicitur. *Plin.* 3, 15, 20. Otesini, Padinates, Regienses a Lepido. *Inscr. ap. Grut.* 396, 8. Curator reip. Otesinorum. *Male Grut. leg. Atesinorum. F.*]

OTHO, onis, m. *L. Roscius Otho* trib. pleb. legem theatralem tulit, qua quatuordecim gradibus orchestrae proximis equestri ordini assignatis, cautum est, ut pauperes secreti a divitibus spectarent. *Juven.* 3, 159. Sic libitum vano, qui nos distinxit, Othoni. **V. ROSCIA.** *P. M. Salvius Otho* octavus *R. imperator* post *Galbam*, tertio imperii mense a *Vitellio* ingenti clade apud *Bebriacum* af-

fectus, se ipsum pugione transfixit. Ejus vitam habes ap. *Suet.* [*Mart.* 6, 32. forsitan et posset vincere mollis *Otho. F.*]

***OTHONA**, ae, oppidum Britanniae maritimum. *Not. Imp. B. A.*

OTHONIANUS, a, um, adj. ad Othonem pertinens, ut Othonianae partes, *Tac. H.* 2, 33. Othoniani duces, *Id. ib.* 24. h. e. Othonis imperatoris.

OTHONNA, ae, f. *ὄθοννα*, herba in Syria nascens, similis erucacae, perforatis crebro foliis, flore croci: quare quidam anemonem vocaverunt. *Plin.* 27, 12, 85.

OTHOS. V. OTUS.

***OTHREPTE**, es, f. Amazonum una. *Hyg. fab.* 163. ubi ed. *Munker.* habet *Otrere. B. A.*

OTHRYADES, ae, m. *ὄθρυάδης*, dux Lacedaemoniorum, qui in proelio contra Argivos victor, sed graviter vulneratus, inscriptis tropaeo clypei hostilibus, digitis sanguine suo madentibus *Κατὰ Ἀργεῶν ὄθρυάδης, καὶ Λακεδαιμόνιοι*, deinde extinctus est. *Ov. Fast.* 2, 65. et *Val. Max.* 3, 2. n. 4. *extr.* *P. Est etiam Othryae filius. Virg. A.* 2, 319. Panthus Othryades, arcis Phoebiae sacerdos; et 336. Talibus Othryadae dictis, etc.

***OTHRYONEL**, orum, populi Macedoniae, de quibus *Plin.* 4, 10. *B. A.*

OTHRYYS, yos, m. *ὄθρυς*, mons Thessaliae.

Plin. 4, 8, 15. In Thessalia montes sunt XXXIV., quorum nobilissimi Cerceti, Olympus, Pierus, Ossa: cujus ex adverso Pindus, et Othrys, Lapitharum sedes. *Virg. A.* 7, 675. Descendunt Centauro, Homolen, Othryneque nivalem Linquentes cursu rapido. *Ov. Met.* 12, 512. parvoque in tempore nudus Arboris Othrys erat. *P. Stat. Th.* 4, 655. Othryn ponit in Thracia, quod facit etiam *Val. Fl.* 1, 24. Sic Ossa montem *Thressam* vocat *Sen. Thyest.* 812. Haec ideo, quia olim Thracia usque in Macedonia protendebatur vel ipso nomine, vel Thracum imperio, qui ea loca quondam ditone tenuerunt. **V. PHILIPPI et THESSALICUS.**

OTHRYSIUS, a, um, adj. ad Othryn pertinens. *Mart.* 10, 7. Quicumque Othrysiis bibunt pruias. *Id.* 7, 8. et 9, 94. Victor ab Othrysiis redditur orbe Deus, h. e. ex Thracia, quae Thessaliae vicina, ubi mons Othrys. *Al. leg. Odrysiis*, et *Odrysiis*, quod est clarius.

OTIA, ae, f. piscis marinus, e genere ostrearum: ab *ὄτιον*, auricula. *Plin.* 32, 11, 53.

OTIABUNDUS et Ociabundus, a, um, adj. otio abundans. *Sidon. ep.* 4, 18. Multis diebus otia-bundus.

OTIATUS, a, um, part. ab otior, qui otiatu est. *Sidon. ep.* 3, 1. Ipsi iisdem temporibus nati, magistris usi, artibus instituti, lusibus otia-ti.

OTIOLUM et Ociolum, i, n. *μικρὰ οζολή*, breve otium. *Coel. ad Cic. Fam.* 8, 3. Cum otiosus sim, plane ubi delectem otiolum meum, non habeo.

OTIOR et Ocior, aris, atus sum, dep. 1. *ἀργέω*, *οζολάζω*, in otio sum, cesso, vaco, otio fruor. *Cic. Off.* 3, 14. Cum se Syracusas otia-ndi, non negotiandi causa contulisset. *Hor. Sat.* 1, 6, 127. Pransus non avide quantum interperlet inani Ventre diem durare, domesticus otior.

OTIOSE et Ociose, adv. *οζολή, ἀργῶς*, nihil agendo, per otium, animo vacuo. *Cic. Off.* 3, 26. Utile Ulyssi Ithacae vivere otiose cum parentibus, cum uxore, cum filio. *Liv.* 23, 7. *f.* In foro otiose inambulare. *P. Item secure, tranquille. Ter. Heaut.*

Cic. Off. 2, 3, 100. Ademptum tibi jam faxo omnem metum, in aurem utramvis otiose ut dormias. *P. Item lente, sine festinatione. Cic. Verr.* 2, 4, 15. Accessit ad argentum, contemplari unumquodque otiose, et considerare coepit. *Id. Fin.* 4, 13. Quo constituto, tum licebit otiose ista quaerere. *Pl. Ps.* 4, 1, 14. Ambula ergo cito. *Sy.* imo otiose volo. *Id. Truc.* 1, 2, 66. Vostra herele factum injuria, quae properavistis olim rapere: otiose oportuit, diu ut essem incolumis vobis, h. e. lente, paulatim; et *Liv.* 2, 57. *med.* Segniter, otiose, negligenter, contumaciter omnia agere. *Cato R.* 76. *f.* Videto, ut bene, et otiose percoquas.

OTIOSITAS et Ociositas, atis, f. otium. *Sidon. ep.* 2, 10. Suas otiositates trepidanter edere, h. e. carmina per otium composita.

OTIOSUS et Ociosus, a, um, adj. *οζολαῖος, ἀργός*, vacuus, cessans, nihil agens, opere solutus, otio fruens, tum in bonam, tum in malam partem. Et in bonam quidem quoniam sint re vera otiosi, multis *Sen. Br. V.* 12. et sqq., item *ep.* 55. docet. *Cic. Brut.* 3. Cum inambularem in xysto, et essem otiosus domi. *Id. N. D.* 3, 39. *f.* Rebus humanis aliquos otiosos Deos praeficere. *Sen. Ira* 2, 13. *med.* Quid quiete otiosus animi, quid ira laboriosus? *Cic. Planc.* 27. Eequid ego dicam de occupatis meis temporibus, cui fuerit ne otium quidem unquam otiosum? *Id. Off.* 2, 7. *extr.* Omnes socii spectatores se otiosos praebuerunt Leu-ctricae calamitatis. *Tac. A.* 13, 3. Adnotabant seniores, quibus otiosum est vetera et praesentia contendere. *Al. leg. quibus otium est. P. Speciatim otiosus dicitur, qui cessata re publica gerenda, et privata aliqua exercitatione occupatur. Cic.*

Sen. 14. Si vero habet aliquod tanquam pabulum studii atque doctrinae, nihil est otiosa senectute jucundius. *Id. Or.* 1, 51. Quo in studio (*philosophiae*) hominum quoque ingeniosissimorum, otiosissimorumque totas aetates videmus esse contritas. *Id. Phil.* 11, 8. *extr.* Otioso vero, et nihil agenti, privato quando imperium senatus dedit? *Id. Off.* 3, 1. *P. Scipionem dicere solitum, nunquam se minus otiosum esse, quam cum otiosus. [*V. Beier.] Adde ib.* 1, 21. [*Cf. Schütz. cl. Cic. s. v.*] *P. Cum genitivo. Plin. praef. H. N.* Humili vulgo scripta sunt, agriculturalum, opificum turbae, denique studiorum otiosis. *P. Otiosum tempus*, in quo cessatur ab opere. *Cic. Q. Fr.* 3, 8. Idque perficiam his supplicationum otiosis diebus. *P. Metonymice otiosus est securus, tranquillus, ut esse solent, qui in otio sunt. Ter. Andr.* 5, 2, 1. Animo nunc jam otioso esse impero. *Id. Ph.* 2, 2, 26. Otiosus ab animo. *Gell.* 2, 29. a metu. *Ter. Ad.* 4, 1, 17. Quin tu otiosus es: ego illius sensum pulcre calleo, h. e. ne cura, ne labora, ne sollicitus sis. [**Pro libero a commotione animi otiosus positum est etiam ap. Cic. Brut.* 24. Dein, quum otiosus stilum prehenderat, motusque omnis animi, tanquam ventus, hominem defecerat, flaccescebat oratio. *P. Otiosus dicitur etiam neutri parti addictus, pacem servans utraque. Cic. Fam.* 9, 6. Crudeliter otiosis minabantur. *P. Otiosa dignitas* ap. *Eund. Sext.* 46. est id quod paulo ante dicitur *otium cum dignitate*, h. e. pax et tranquillitas publica, conjuncta cum dignitate, cujus fundamenta *ib.* describuntur. *Schütz. cl. Cic. s. h. v.*]

P. Reddere aliquem otiosum, efficere, ut tranquillo quietoque animo sit, levare cura. *Cic. Fam.* 9, 25. *extr.* Mihi gratum feceris, si otiosum Fabium reddideris, [*i. e. liberum a molestia litium.] Alio sensu *Id. Agr.* 2, 37. Non modo vos eritis in otio, qui semper esse volueratis, verum etiam istos, quibus otiosi negotium facessimus, otiosissimos reddam, h. e. efficiam, ne quid turbulenti consentent. *P. Interdum est supervacaneus, inutilis, nihil efficiens, inanis. Quint.* 1, 1. *f.* Ii quoque versus, qui ad imitationem scribendi proponunt, non otiosas velim sententias habeant, sed honestum aliquid monentes. *Id.* 8, 2. *med.* Ego otiosum sermonem dixerim, quem auditor suo ingenio non intelligit. [**Spald.* omisit non, *otiosum sermonem*, non pro supervacaneo, sed pro tali accipiens, quales sunt *ib.* 11, 1, 35. *otiosae disputationes*, quae (4, 2, 45.) otiosum fortasse lectorem minus fallunt.] *Plin. ep.* 9, 6. *extr.* Per hos dies libentissime otium meum in litteris colloco, quos alii otiosissimis occupationibus perdunt: *scil.* circensibus spectandis. *Auct. dial. de Or.* 22. de Cicerone: Lentus est in principiis, longus in narrationibus, otiosus circa excessus. *P. Otiosa pecunia* est, quae nihil acquirit: cui opponitur *occupata*, quae usuras parit. *Plin. ep.* 10, 62. Pecuniae publicae vereor ne otiosae jaceant. *Adde Scaev. Dig.* 22, 1, 13. *P. Otiosus pro lento, tardo. Pall.* 1, 37. Fons, vel rivus huc conveniat otiosus, qui humiles transeundo formet lacunas. *P. Sotius est otiosum esse, quam nihil agere*, scite dictum ab *Attilio* ap. *Plin. ep.* 1, 9. *extr.* h. e. ab omni plane opere cessare, quam rebus nihili, inanibus, futilibus, frigidis operam dare: quibus qui implicatur, re vera nihil agit.

OTIS, idis, f. *ὄτις*, avis est, quam Hispani avem tardam vocant, teste *Plin.* 10, 22, 29., damnata in cibis propter malum odorem, quem emissa ex ejus ossibus medulla reddit. *Id.* 30, 14, 45. Mam-mis otidium adipem utilem esse. [**Fortasse Otis arabs. L.*]

OTIUM et Ocium, ii, n. *οζολή, ἀργία*, vacuum tempus, cessatio ab opere, remissio laboris, laxamentum, tempus liberum atque otiosum: cui contrarium est *negotium*. In assignanda notatione valde laborant etymologi. *Cic. Off.* 3, 1. Illum et in otio de negotiis cogitare, et in solitudine secum loqui solitum; et *mox*: Otium et solitudo, quae languorem afferunt ceteris, illum acuebant. *Id. Agr.* 2, 33. *f.* Inertissimum et desidiosissimum otium; et *ib.* 37. Qui propter desidiam in otio vivunt. *Id. Acad.* 4, 2. *f.* Hebescere et languescere in otio. *Id. Att.* 2, 14. Otio tabescere. *Tac. H.* 4, 70. Segne otium trahere. *Ean. ap. Gell.* 19, 10. Otioso in otio animus nescit, quid velit. *Sen. ep.* 82. Otium sine litteris mors est, et hominis vivi sepultura. *P. Saepae accipitur pro tempore vacuo, et libero a negotiis forensibus, ab administratione reipublicae, ab occupationibus civilibus, a labore rustico aut militari, et hujusmodi, cum licet ad litterarum studia privatim incumbere, aliusve honestis exercitationibus animum recreare. Cato ap. Cic. Planc.* 27. Clarorum virorum non minus otii, quam negotii rationem exstare oportet. *Id. Brut.* 2. Tanquam in portum confugere non inertiae, neque desidiae, sed otii moderati atque honesti. *Id. Or.* 3, 15. Doctissimi homines otio nimio, et ingeniis uberrimis affluentes, multo plura curanda sibi esse, et investiganda duxerunt; et *ib.* 1, 1. Quantum mihi vel fraus inimicorum, vel causae amicorum, vel reipublica tribuet otii, ad scribendum potissimum conferam; et *ib.* 2, 13. *f.* *Philistus otium suum con-*

sumpsit in historia scribenda; et 14. Horum libros delectationis causa, cum est otium, legere soleo. *Id. Part. 1.* Si modo tibi est otium, et si vis. *Id. Or. 1, 52.* Philosophorum libros reservare sibi ad Tusculani requiem atque otium. *Hor. Epod. 1, 7.* Utrumne jussi persequemur otium Non dulce, ni tecum simul? *Ter. Hec. prol. 2, 35.* Nunc turba nulla est: otium et silentium est: Agendi tempus mihi datum est. *Id. Ad. 3, 4, 55.* Non hercle otium est nunc mihi auscultandi. *Id. Heaut. 1, 1, 23.* Tantumne ab re tua est otii tibi, aliena ut cures? *Pl. Mil. 3, 1, 165.* Haud centesimam partem dixi, atque, otium rei si sit, possim exprimere. *Ter. Ph. 5, 5, 4.* Habere otium ad aliquid faciendum. *Cic. Amic. 27.* In studiis omne otium tempus conterere. *Al. leg. otiosum tempus.* [*Ita *Orell.*] *Dolabella ad Cic. Fam. 9, 9.* Referre se in otium. *Auct. ad Her. 1, 1.* Otium studio suppeditare. *Phaedr. prol. 3.* dare corpori. *Cic. Or. 1, 13.* De his rebus omnibus in angulis, consumendi otii causa, disserunt. [*Elegans est lusus in vv. *otii et negotii* ap. *Cic. Off. 1, 44, 156.* ut otium suum ad nostrum negotium contulisse videantur, i. e., *Beiero* interpr., Ipsi procul negotiis doctrinae sese dederunt, ut alios, qui se ad rem publicam et ad magnas res gerendas accommodaturi essent, efficiendi facultate, consilio et prudentia instruerent.] P De loco ubi otio frui licet, v. gr. villa, secessu. *Cic. Att. 1, 7.* Omnem spem delectationis nostrae, quam cum in otium venerimus, habere volumus, in tua benignitate positam habemus. *Hor. Sat. 1, 1, 30.* nautaeque per omne Audaces mare qui currunt, hac mente laborem Sese ferre, senes ut in otia tuta recedant, Ajunt. P De iis, quae fiunt otii tempore. *Ov. Trist. 2, 223.* Excitantesque oculis otia nostra tuis, h. e. carmina. P Saepe dicitur de tranquillo statu, pace, rebus compositis. *Cic. Agr. 2, 37.* Nihil est tam populare, quam pax, tranquillitas, otium. *Nep. Amic. 2, extr.* Tot Africa tantum otium reddidit, ut nullum in ea bellum videretur multis annis fuisse. *Id. Timol. 3.* Ex maximo bello tantum otium totius insulae conciliavit, ut etc. *Caes. B. C. 2, 36.* Multitudo insolens belli diuturnitate otii; et *ib. 1, 5.* Res ad otium deducere. *Cic. Q. Fr. 3, 5, f.* Valde me ad otium pacemque convertito. *Id. Acad. 4, 5, et Phil. 2, 34.* Perturbare otium. P Per otium, otii, aut pacis tempore. *Cic. Inv. 1, 3, f.* Studia recta et honesta per otium concelebantur. *Liv. 2, 39, f.* Si praeda belli per otium frui velint. *Tac. A. 15, 6.* Cur deserta per otium, quae bello defenderant? *Liv. 27, 2, med.* Ubi nemo hostium adversus prodiit, spolia per otium legere. P Otio, otiose, tarde, lente, paulatim. *Phaedr. 1, 25.* cum currens bibere coepisset canis, Sic crocodilus: quam libet, lambe otio, Accede, pota leniter. *Al. aliter leg. P Scribitur per c, et per t, ut posuimus: sed t magis placet Pierio ad Virg. Ecl. 1, 6., Manutio, Dausquio, et Cellario in Orthogr., ad stipulantibus lib. veterib. et lapidib. [*V. *Schneid. Gr. Lat. 1, p. 250.* P Confund. in otio, initio, inops. V. *Beier.* ad *Cic. Off. 2, p. 80.*]*

OTOPETA, ae, m. *ὀτοπέτης*, h. e. auritus, ut in *Gloss. Philox.* exponitur, ap. *Petr. Sat. 35.* videtur leporem significare. Sed locus ille varie vetatur a criticis. *V. Burm.*

*OTRERA vel Otrira, ae, f. Amazonum una, Hippolytes Penthesileaeque Amazonum mater ex Marte. *Hyg. fab. 30.* 112. 223 et 225. P Otrere audit *ib. fab. 163.* ed. *Munk.* ubi edd. anteriores *Othrepte* habent. *B. A.*

*OTREUS, ei et eos, Hesiones procus, ab Amyco interfectus. *Val. Fl. 4, 162.* P Alius, in bello Colchico ab Ambeno occisus. *Id. 6, 252.* *B. A.*

OTRICULANUS. V. OTRICULANUS.

*OTRIS, loci nomen ad Euphratem fluvium. *Plin. 5, 26.* Euphrates — Babylonem — permeans, item quam Otrim vocant, distribuitur in paludes. *B. A.* [OTRONIENSIS, e, adj. ad Otrum pertinens, Phrygiae urbem, in cuius nummis ap. *Eckhel. D. N. V. T. 3, p. 169.* ΟΤΡΟΙΝΩΝ. *Plin. 5, 29, 29.* Longinquiores eodem disceptant foro Otronienses, etc. *Hard. male edidit Otronienses. F.]*

OTUS, i, m. *ὄτος*, et *ὄτος*, avis bubone minor, noctuis major, auribus plumeis eminentibus: unde et nomen illi: (*ὄτος*, *ὄτος*, aurem significat.) Quidam Latine asionem vocant: imitatrix alias avis, ac parasitica, et quodam genere saltatrix. Capitur haud difficulter, ut noctuae, intenta in aliquo, circumeunte alio. Quod si ventus agmen adverso flatu cooperit inhibere, ponduseulis lapidum apprehensis, aut gutture arena repleto, stabilitate volant. Haec *Plin. 10, 23, 33.* ubi alii leg. *otis* invito *Hard. V. OTIS.* [**Bergeule, Horneule, Stryx Otus, L.*] P Item *Otus*, vel *Octus* (totidem enim modis scriptum legitur) nomen est Gigantis, de quo *V. EPHIALTES* et *ALOEUS.* *Virg. Cul. 233.* Nam vincet sedet immanis serpentibus Otus.

O V

OVALIS, e, adj. ad ovationem spectans, ut *Ovalis corona*, de qua *V. in OVATIO.* *Gell. 5, 4.*

OVANTER, adv. ovando, exsultando. *Tert. adv. Valent. 28.* Propere, et ovanter accurrit.

[OVARIUS, ii, m. qui gallinis praest, ut suo tempore ova pariant, quique edita servat, et quae succi melioris sunt, ea domino coenaturo, aut statim a balneo exeunti exhibet, quemadmodum *aviarius* et *altiliarius*, qui aves, et altilia curat et farcit, uti dictum est suo loco, et quemadmodum memoratur a *Varr. R. R. 3, 5.* curator aviarii, et *ib. 9.* gallinarius. *Inscr. in Collect. Ferrar. opusc. T. 9, p. 179.* Cn. Murcius Cn. T. L. Argentillus ovarius. Hanc inscriptionem ad quingentos circiter ab urbe Mevania passus in villa Cupri omnium primus detexit, descripsit, vulgavit et illustravit. *Jo. Dom. Coletius l. c.*, cuius rude marmor, solaque pueri effigie ad pectus usque conspicuum, Argentillum Cnaei, et Titi Murciorum libertum exhibet. Is eam, de qua diximus, ovorum curam exercuisse videtur. Fuisse id etiam munus apud veteres, et quidem puerile, allatis scriptorum testimoniis probat idem Auctor. Est apud Graecos verbum *ὄφθαλμα*, ova custodio. Quae fuerit et quanta apud veteres cura servandi et supponendi ova, abunde docet *Colum. 8, 5, f.]*

OVATIO, onis, f. *ὄφθαλμα* *ἑλευθέρων*, minor triumphus, cum belli duces rebus quidem prospere gestis, non tamen ita magnis, ut justo triumpho dignae essent, ex S. C. pedites, vel, ut aliis placet, uno equo vecti urbem ingrediebantur, myrteam coronam, quam ob id *ovalem* vocabant, in capite gestantes, et a plebejis, vel ab equitibus Romanis deducebantur in Capitolium, ibique ovem immolabant. *Serv. ad A. 4, 543.* Ovandi autem, et non triumphandi, teste *Gell. 5, 6.* et *Festo*, causae erant, cum aut bella non rite erant indicta, neque cum justo hoste gesta, aut cum hostium nomen humile erat, et non idoneum, ut servorum piratarumque; aut quoties deditione repente facta victoria citra magnam sanguinis effusionem contigerat. Ob quam etiam causam coronam ovalem ex myrto, quae arbor Veneris est sacra, conficiebant, quod incruentas hujusmodi victorias Venerae potius iudicarent, quam Martias. *Plin. 15, 29, 38.* tradit, primum, qui ovans Urbem ingressus sit, fuisse A. Postumium Tubertum, in consulatu devictis Sabinis, quoniam rem leviter sine cruore gesserat: et myrto Veneris victricis coronatum incessisse. *Flor. 3, 19, med.* Fuitque de servis oratione contentus, ne dignitatem triumphi servili inscriptione violaret. P Item *ovatio* tempus est, quo gallinae ova faciunt, dictum ea forma, qua *pullatio*, *mellatio*, etc. *Plin. 29, 3, 12.* Tanquam congruere ovationem etiam serpentium humani sit arbitrii. *Al. leg. operationem*, rectius.

OVATUS, a, um, part. ab *oro.* *Pers. 2, 55.* auro sacras quod ovato Perducis facies, h. e. triumphato, victoria acquisito. Sunt qui aliter expliçant. P Est etiam *ovatus* adj. *ὄφθαλμος*, in similitudinem ovi factus. *Plin. 15, 21, 23.* Alii turbati pyri, aliis ovata species, ceu malorum aliquibus. P Item diversi coloris maculis variegatus, ovi speciem referentibus. *Plin. 35, 1, 1.* Ut ovatus esset lapis Numidicus, et purpura distingueretur Synnadicus.

OVATUS, us, m. ovantium, et exsultantium laetus clamor. *Val. Fl. 6, 187.* hinc barbarici glomerantur ovatus, Hinc gemitus.

OVICULA. V. OVICULA.

*OVETANUS, a, um, adj. ad Ovetum spectans, quae urbs est Hispaniae Tarraconensis, in Asturum agro, hodie *Oviedo.* *Plin. 34, 17.* Plumbum Ovetanum. Sic ed. *Hard.* Vetus lectio *Jovetanum.* P Notandum, credi a nonnullis, urbem quam dicunt *Oviedo* primum conditam octavo post natum Christum saeculo: ut vel exinde possit dubitari, an genuina lectio sit v. *Ovetanum.* *B. A.*

OUFENTINA et Ufentina, ae, f. una ex XXXV. tribubus R., quae erat in Latio, sic dicta ab Ufente fluvio agri Privernatis. Facta est ann. U. C. CCCXXXVI. una cum Falerina. *Liv. 9, 20.* *Festus*, et plurimae *Inscr. ap. Grut.*, in quibus semper *Oufentina* habetur. *Festus:* Oufentinae tribus initio causa fuit nomen fluminis Oufens, quod est in agro Privernate, inter mare, et Terracina. Lucilius: Priverno Oufentina venit, fluvioque Oufente. Postea deinde a censoribus alii quoque diversarum civitatum eidem tribui sunt adscripti. Haec *Festus.*

OVIANUS. V. in v. sq.

OVIANUS, a, um, adj. ad oves pertinens. *Oviarium pecus*, oves. *Colum. 7, 6.* Et quoniam de oviario satis dictum est, ad caprinum pecus nunc revertar. *Al. leg. oviario.* Sic *Inscr. ap. Grut. 513, 1.* et *Mur. 606, 1.* Abstineatis injuriis faciendis conductoribus gregum oviariorum, etc. quae vox bis infra repetitur in eod. lapide. P *Oviaria*, ae, grex ovium. *Varr. R. R. praef. 2, f.* Et ipse pecuarias habui grandes, in Appulia oviarias, et in Reatino equarias.

*OVICO, as, a. 1. ovi albimine subigo. *Plin. Valer. 1, 17.* Ovo crudo ovicare. *B. A.*

OVICULA, ae, f. *προβάτιον*, parva ovis. *Aurel. Vict. Vir. illustr. 43.* Q. Fabius Max. Cunctator

Ovicula dictus est a morum clementia. *August. Doctr. Chr. 3, 21.* Oviculam ei exhibuit epulandam. *Ap. Tert. Pall. 3.* legitur *ovacula.*

P. OVIDIUS NASO, poeta Latinus, Sulmone natus, quae urbs est in Pelignis, ex equestri Nasonum familia, ann. U. C. DCCXI. Pansa, et Hirtio Coss. XIII. cal. April. (quo die non paucis ante annis natus erat Tibullus) quo anno Cicero interfectus est: vixit annos ferme sexaginta, quorum circiter decem postremos exegit Tomis in Ponto, ab Augusto illuc relegatus ob artis amatoriae libros, et aliam insuper causam, quam ipse errorem vocat, nec unquam detegere est ausus, illud modo significans, se oculis peccasse. *Trist. 2, 207.* Perdiderint cum me duo crimina, carmen, et error, Alterius facti culpa silenda mihi; et *ib. 3, 5, 49.* Inscia quod crimen viderunt lumina, plector: Peccatumque oculos est habuisse meum. Ex his videtur colligi posse, fuisse testem et conscium alicujus turpitudinis, quam Julia Augusti neptis, multis jam probris contaminata cum aliquo admiserit Ovidii amico et sodali. Poetarum ingeniosissimum appellat *Sen. Q. N. 3, 27.*, ubi simul quaedam in eo reprehendit, in quibus ingenio suo nimis indulsit. Similia habet *Id. Contr. 4, 28.* et *Quint. 10, 1, med.*, ubi, Medea inquit, (tragoedia Ovidii deperdit), videtur mihi ostendere, quantum vir ille praestare potuerit, si ingenio suo temperare, quam indulgere maluisset; et *ib.* Lascivus in Heroicis Ovidius, et nimium amator ingenii sui: laudandus tamen in partibus. Ejus vitam diligentissime omnium Latine perscripsit *Joann. Masson*, exstatque in editione Ovidii operum *Burmansiana*; Italice postea *Car. Rosmini.* P Scripsit multa, quorum pleraque exstant, de Amoris, de Arte amatoria, de Remedio amoris, Metamorphoseon, de Fastis, Tristium, et ex Ponto, carmen in Ibin, et praeterea epistolas aliquot, quas *Heroidas* appellant. Libri quarti Tristium elegia ultima vitam ipse suam diligenter persequitur. Copiosus ubique est, cultissimus, Latinissimus, miraque facilitate, perspicuitate, et suavitate legentes alliciens, et Romani carminis, praesertim elegiaci, amatoribus facile suppeditans, unde versus conficiendi facultatem, quod ad verborum copiam attinet, assequantur. Verum qui sapiunt, ab amatoribus libris omnino abstinebunt, ne, dum studia sua juvare curant, moribus officiant: quod ipsum, quo magis credas, ipse monuit, *Rem. Am. 757.* Eloquent invidus, teneros ne tange poetas. Submoveo dotes impius ipse meas; et quae sequuntur. P Alius est Ovidius ille, de quo *Mart. 7, 44.* et *45.* et al. Maximus ille tuus, Ovidi, Caesonius hic est, etc.

*OVILABIS, Norici oppidum, ad Traunum flumen, hodie, ut creditur, *Wels* in Austria. *Anton. Itin. Inscr. ap. Grut. p. 345.* n. 8. Pontif. Coloniae Aureliae Antoninianae Ovil. P In *Tab. Peut.* est *Ovilia. B. A.*

OVILĒ, is, n. *ὄβλιον*, stabulum ovium. *Virg. G. 3, 537.* Non lupus insidias explorat ovilia circum. *Ov. Trist. 4, 1, 79.* Utque rapax pecudem, quae se non texit ovili, Per sata, per silvas fertque trahitque lupus; Sic, etc. P Per catachresin dicitur de stabulo caprarum. *Id. Met. 13, 828.* Sunt, fetura minor, tepidis in ovilibus agni: Sunt quoque, par aetas, aliis in ovilibus haedi. Adde *Tibull. 2, 1, 57.* P Per similitudinem *ovile* dictus est locus in campo Martio, cancellis conclusus, quo tribus Romanae comitiis suffragia laturae per ordinem conveniebant. Nomen inde habuit, quia initio ligneo vallo in morem ovilli stabuli circumdatus fuit, ut est ap. *Serv. ad Virg. Ecl. 1, 34.*, quamvis postea marmoribus cinctus fuerit, et ornatus. *Liv. 26, 22.* Citatis Veturiae senioribus, datum secreto in ovili cum his colloquendi tempus. *Juven. 6, 527.* A Meroe portabit aquas, ut spargat in aede Isidis, antiquo quae proxima surgit ovili. *Lucan. 2, 197.* Tunc flos Hesperiae, Latii jam sola juvenus Concidit, et miserae maculavit ovilia Romae. Loquitur de caede a Sulla facta multorum millium R. in campo Martio vel in ovili ipso, vel prope eum locum. *Flor. 3, 21, f.* et *Aurel. Vict. Vir. illustr. 75.* id factum dicunt in villa publica, quae itidem in campo Martio fuit. *V. SEPTUM.*

*OVILIA, i. q. Ovilabis. *V. OVILABIS. B. A.* OVILIO, onis, m. *μυλοβάτης*, ovium pastor, opilio. *Jabolen. Dig. 33, 7, 26, f.* Cum instrumentum omne legatum esset, excepto pecore; pastores oviliones, ovilia quoque legato contineri, Ovilis non recte putat.

OVILIS, e, et [OVILLINUS F.] et OVILLUS et

OVINUS, a, um, adj. *προβάτιος*, *προβίτιος*, ad oves pertinens. *Appul. Met. 4.* Spelunca ovili stabulationi commoda. *Varr. R. R. 2, 2.* et *Colum. 7, 2.* Ovillum pecus. *Plin. 28, 9, 33.* lac. *Id. 19, 8, 42.* fimum. *Cato R. R. 36.* et *Varr. R. R. 1, 38.* stercus. *Cato R. R. 76.* Ovillus caseus. *Liv. 22, 10.* grex. *Seren. Sammon. 14, 254.* Aut tu sime pilam, quae caudis haeret ovinis. [*Theod. 68 **

Priso. de diaeta 3. Ovillinum lac; et 6. Ovillina caro. F.]

OVINIUS, ii, m. cogn. R. ab ovibus ductum, ut Porcius a porcis. *Varr. R. R.* 2, 1. Nomina multa habemus ab utroque pecore, a minore Porcius, Ovinius, Caprilus: sic a majore Equitius, Taurus.

OVIPARUS, a, um, adj. ova pariens. Ovipara animalia sunt, quae ova pariunt: *vivipara*, quae vivos fetus edunt. *Appul. Apol.* Quibus membris et causis discreverit natura viviparos eorum (*piscium*) et oviparos: ita enim appello, quae Graeci ζωοτόξα, καὶ ὠοτόξα. *Auson. Idyll.* 10, 132. Gobio non major geminis sine pollice palmis, Praepinguis, teres, ovipara congestior alvo.

OVIS, is, f. *πρόβατον*, ois et ois, pecus lanigerum: ab altera Graeca voce allata. *Cic. N. D.* 2, 63. Quid enim oves aliud afferunt, nisi ut earum villis confectis, atque contextis homines vestiantur? *Phaedr.* 1, 5. Vacca, et capella, et patiens ovis injuria Socii fuere cum leone in saltibus. *Hor. Epod.* 2, 16. Tondere infirmas oves. *Virg. Ecl.* 6, 4. pastorem, Tityre, pingues Pascere oportet oves. *Hor. Od.* 2, 6, 10. Dulce pellitis ovibus Galles Flumen. *Pl. Trin.* 2, 4, 140. Oves scabrae sunt, tam glabrae, hem, quam haec est manus. *Ov. Fast.* 1, 333. ita rex placare sacrorum Numina lanigerae conjuge debet ovis, h. e. ariete. *Id. Met.* 13, 927. Nec placidae carpsistis oves, hirtaeve capellae. *Id. Trist.* 5, 10, 26. Proque lupo pavidae bella verentur oves; et 4, 1, 12. Pastor arundineo carmine mulcet oves. P Translate ovis dicitur homo simplex, stolidus, fatuus, quique decipi ac spoliari facile potest. *Pl. Bacch.* 5, 2, 3. Quis has huc oves adegit? Ni. oves nos vocant psummae. *Sic Prop.* 2, 13, 7. Quare si sapis, oblatas ne desere messes, Et stolidum pleno vellere carpe pecus. P Metonymice est ipsa lana. *Tib.* 2, 4, 28. Et nigram Tyrio murice tingit ovem. P Olim masculino genere extulerunt, ut ait *Non.* 3, 153. duo afferens *Varr.* loca: idque praecipue usurpabant in multa dicenda, quae cum olim in pecore constitueretur, bubus praesertim et ovibus, ita loqui solebant: *Quando citatus neque respondit, neque excusatus est, ego ei unum ovem multam dico:* quae sunt verba *Varr. ib.* et ap. *Gell.* 11, 1. V. MULTA. *Paul. ex Festo:* Ovem masculino genere dixerunt, ut ovibus duobus, non duabus. *Festus* quoque in *Recto* testatur, in libris Pontificalibus frequenter dici *hic ovis*. Huc pertinet quod ait *Varr. L. L.* 4, 19. f. Ovi mari testiculi dempti. P *Seminaris ovis viscera* ap. *Ov. Fast.* 1, 588. sunt exta maris ovium castrati, h. e. vervecis. P *Ovim* pro *ovem* in quarto casu. *Pl. Merc.* 3, 1, 26. Ovem etiam tibi ancillam dabo, natam annos sexaginta. Al. leg. *ovim tibi eccliam:* alii *quin etiam tibi*. P In sexto ovi pro *ove*. *Varr. L. L.* 7, 37. Sine reprehensione vulgo alii dicunt *haec ovi*, et *avi*, alii *haec ove*, et *ave*.

OVO, as, avi, atum, minorem illum triumphum ago, de quo in OVATIO diximus. *Serv. ad A.* 4, 543. dictum esse ait ab ove, quae ab ovante mactabatur. *Festus* vero ab o geminata, nempe ab eo clamore, quem faciunt redeuntes ex pugna victores milites geminata o littera. Prior notatio probabilior videtur. Caret prima persona praesentis, et usum habet praecipue in participiis. *Gell.* 6, 6. f. Scriperunt, qui ovarer, introire solitum equo vehementem. *Cic. Or.* 47. Quem ego ovantem in Capitolium ascendisse meminisse. *Liv.* 5, 31. Valerio, quod perseverantior caedendis in fuga fuit, triumphus; Manlio, ut ovans urbem ingrederetur, decretum est. P Item triumphare, universim. *Solin.* 45. med. Cum proelio Antiochus Galatas subegisset, equum insiluit ovaturus. P Translate ovans triumphasse dicitur, qui tantum ovatione contentus fuit. Hinc *Vell.* 2, 96. extr. de Tiberio: Hujus victoriae compos Nero, ovans triumphavit; et 122. Quis enim dubitare potest, quin ex Armenia recepta, et, rege ei praeposito, ordinatisque rebus Orientis, ovans triumphare debuerit? *Suet. Tib.* 9. Quas ob res ovans, et curru Urbem ingressus est primus, ut quidam putant, triumphalibus ornamentis honoratus. Porro animadvertendum est, Tiberium ann. U. C. DCCXLII. triumphalibus ornamentis honoratum fuisse (*Dion.* 54, 31.); ann. DCCXLV. ovasse (*Id.* 55, 2. et *Vell.* 2, 96.); ann. tandem DCCXLVII. curru justum triumphum egisse (*Dion.* 55, 8.). *Suet.* autem *l. c.* res diverso tempore actas conjunxit: addit etiam, primum triumphalibus ornamentis honoratum, ut quidam putant; quia *Dion.* 54, 24. affirmat, idem obtigisse antea Agrippae. *Aug.* in *Monum. Ancyrano:* Bis ovans triumphavi. Hoc idem sic enarrat *Suet. Aug.* 22. Bis ovans ingressus est Urbem post Philippense, et rursus post Siculum bellum. P Item laetari, exsultare, prae gaudio exclamare, aut cantare. *Liv.* 1, 25. f. Romani ovantes ac gratulantes Horatium accipiunt. *Id.* 8, 7. med. Spoliis lectis ad suos revectus, cum ovante gaudio turba in castra tendit. *Pl. Bacch.* 4, 9, 146. Ut ovans praeda onustus incederem. *Val. Fl.* 4, 342. Laetus ovat nunc laude virum, nunc vatis honore Carmine; et 5, 67.

At velut ille, gregis cessit cui regia taurus Fertur ovans; et 2, 545. regem inde petens superabat ovante Litora tuta gradu. *Virg. A.* 10, 500. Quo nunc Turnus ovat spolio, gaudetque potitus. *Id. G.* 1, 423. Et laetae pecudes, et ovantes gutture corvi. P De rebus inanimis. *Prop.* 3, 7, 53. Prosequar et curru utroque ab litore ovantes. *Stat. Silv.* 1, 2, 248. eat enthea vittis, Atque hederis redimita cohors, ut pollet ovanti Quisque lyra. *Val. Fl.* 4, 416. haec procul lo Spectat ab arce Phari, jam divis addita, jamque Aspide cineta comas, et ovanti persona sistro; et 2, 506. non Africus alto Tantus ovat, h. e. medio mari furit, et veluti triumphat. *Stat. Silv.* 4, 1, 7. plusque ante alias Euandrius arces Collis ovet.

OVUM, i, n. *ὄν*, fetus avium, piscium, et quorundam animalium terrestrium, unde pulli fovendo excluduntur: a Graeca voce allata. Ovi partes sunt vitellus, seu luteum ovi; et albumen, seu album, quod putamine, seu cortice, seu calyce continetur. *Cic. Acad.* 4, 18. Deli fuisse complures, qui cum ovum inspexerant, quae id gallina peperisset, dice-re solebant. *Id. N. D.* 2, 51. extr. Pisces ova cum generant, relinquunt; et 52. Cum gallinae ex ovis pullos excluderint. *Colum.* 8, 3. Excisa per ordinem gallinarum cubilia, in quibus aut ova edantur, aut excludantur pulli; et *ib.* 11. Pavones perticis insistentes enituntur ova. *Ov. Fast.* 1, 443. Quae facitis nidos, quae plumis ova fovetis. *Colum.* 8, 5. med. Diebus, quibus animantur ova, et in speciem volucrum conformantur; et 11. med. Ut Rhodiae aves pavoninis ovis incubent. *Varr. R. R.* 3, 9. Incubare ova. *Colum.* 8, 5. med. Cum quis volet quamplurimos mares excludi, longissima quaeque et acutissima ova subjiciet; et rursus cum feminas, quam rotundissima. *Cic. N. D.* 2, 48. Anatum ova gallinis saepe supponimus. *Plin.* 9, 51, 75. Ova concipere; et 10, 9, 11. parere. *Ov. Met.* 8, 258. de perdice: Propter humum volitat, ponitque in sepibus ova. *Plin.* 9, 57, 83. Ova in sicco maturari, ut testudinum; h. e. ad pullum perduci. *Varr. R. R.* 3, 9. Ova aut inaequaliter matureseunt, aut consenscunt; et *ib.* Ova plenae sint atque utilia, nec ne, animadverti ajunt posse, si demiseris in aquam; quod inane natat, plenum desidit. *Colum.* 8, 5. med. Remedia adversus tonitrua, quibus vitiantur ova. *Plin.* 10, 58, 79. Ova irrita; et *ib.* 52, 74. et *Colum.* 8, 5. Ovi putamen. *Seren. Sam.* 29, 551. Torridus ex vino cortex potabitur ovi. *Plin.* 28, 2, 4. Ovorum ut exorsuerit quisquam, calyces protinus frangi. P De ovi putamine; et significat quantum illo capi potest. *Plin.* 22, 25, 67. Semuncia amyli, cum ovo, et passi tribus ovis suffervet facta. P Ovorum inter se similitudo in proverbio est, ut ait *Cic. Acad.* 4, 18., cum de rebus loquimur adeo similibus, ut inter nosci non queant. *Sen. Apocol. med.* Occidit so-cerum suum tam similem sibi, quam ovo ovum. V. AQUA. P Ova erant coenae initium, sicut *ma-la finis*. *Cic. Fam.* 9, 20. Integram famem ad ovum afferro. *Hor. Sat.* 1, 3, 6. si collibisset, ab ovo Usque ad mala citaret, lo Bacche. P In fabulis Leda Thestii filia, Tyndari uxor, ab Jove sub specie cycni compressa, ova duo peperisse dicitur, ex quorum altero Pollux et Helena ex Jove; ex altero Castor et Clytaemnestra ex Tyndaro nati sunt. Quo pertinet illud *Hor. A. P.* 147. Nec gemino bellum Trojanum orditur ab ovo; et *Sat.* 2, 1, 26. Castor gaudet equis: ovo prognatus eodem Pugnus, h. e. eodem partu. Vel dicas, ex eodem ovo Castorem et Pollucem fuisse progenitos, ut in CASTOR diximus. P In sacris lustralibus etiam ova gallinacea in usu fuerunt: fortasse quia omnium ciborum purissima sunt. *Or. A. Am.* 2, 329. Et veniat quae purget anus lectumque, locumque, Praeferat et tremula sulphur et ovo manu. *Juven.* 6, 518. metuique jubet Septembris, et Austri Adventum, nisi se centum lustraverit ovis. P Ad ovi figuram respicit illud *Calpurnii* amphitheatrum describentis, *Ecl.* 7, 34. Sic tibi plantiem curvae sinus ambit arenae, Et geminis medium se molibus alligat ovum. P In circo ova fuerunt pilae lignae ovali figura, quibus pro notis utebantur ad numeranda quadrigarum curricula. Ea conspicuo loco posita, tot numero, quot cursus erant conficiendi (septem scilicet, ex *Sen. ep.* 30. med., *Prop.* 2, 19, 66., *Varr. ap. Gell.* 3, 10. f. aliquando a Domitiano ad quinque redacti, *Suet. Dom.* 4.), et ad eorum singulos vel subtracta, vel appo-sita, monebant aurigas, quid ad certamen finien-dum restaret. *Liv.* 41, 27. Censores locaverunt carceres in circo, et ova ad notas (al. ad metas) curricula numerandis. *Varr. R. R.* 1, 2. Non modo ovum illud sublatum est, quod ludis circensibus novissimi curricula finem facit quadrigis, sed ne illud quidem ovum vidimus, quod in Cereali pompa solet esse primum. *Cerealem pompam* vocat longum illum ferculorum ordinem, quae in Cereali epulo, quod praebatur ab aedilibus in templo Telluris post peractos circenses, inferebantur: quorum primum ordine erat ovorum, ut dictum est. De ovis circensibus vide plura ap. *Panvin. de Circensib.* l. 1. c. 14. Scribit *Tert. Spect.* 8. fuisse

adscripta honori Castorum, quos ovo genitos credebant, ut dictum est.

OX

OXALIS, idis, f. *ὄξαλις*, lapathi genus, sativo proximum, foliis acutis, colore betae candidae, radice minima. Latini rumicem, aut lapathum cantherinum vocant. *Plin.* 20, 21, 85. [*Rumex acetosa, L.]

OXALME, es, f. *ὄξαλμη*, acida muria, *Plin.* 23, 2, 26. *Id.* 24, 4, 5. acetum salsum vocat. Est autem ab *ἄλμη*, muria, et *ὄξος*, acidus.

*OXARTES, is, m. Persa, pater Roxanes, Alexandri Magni uxoris. *Curt.* 10, 3. P *Ὀξάρτης* est *Straboni.* B. A.

*OXATHRES, is, frater Darii Codomanni, ultimi regis Persarum. *Curt.* 3, 11 et 13. et 7, 5. B. A.

*OXIAE, arum, (*ὄξια*, i. e. acutae,) insulae quaedam parvae ante Leucadium. *Plin.* 4, 12. B. A.

*OXII, orum, populi Persidis, inter Medum et Araxem flumina. *Plin.* 6, 27. Susianis ad orientem versus junguntur Oxii latrones. Sic ed. *Hard.* Antea, v. g. in ed. *Elz.*, legebatur *Cossaci.* *Id.* 6, 16. Oxii, Tagae, Heniochi, etc. ex lectione ed. *Elz.* et aliarum vetustiorum. *Hard. leg. Oxydracae, Heniochi, etc.* B. A.

OXIME, V. OCIUS.

*OXIMUM, i, n. Italiae opp., dictum et Auximum. *Liv.* 41, 21. et 42, 20. ubi ed. *Gronov.* habet *Oximi.* In ed. *Drak.* impressum *Auximi.* B. A.

*OXOS vel OXUS, i, m. *Ὀξος*, Asiae fluvius, qui ortus in lacu Oxo, per deserta Scythiae, in latus orientale Caspii maris delabitur. *Plin.* 6, 16 et 17. *Mela* 4, 5. *Curt.* 7, 4 et 10. B. A.

*OXUBII, orum, populi Galliae Narbonensis, in finibus Italiae. *Plin.* 3, 4. P *Oxybii* audiunt *Flor.* 2, 3. qui in Liguria eos ponit, ultra Alpes, quod et facit *Plin.* 3, 5. B. A.

*OXUS. V. OXUS. B. A.

[OXYBAPHUS, i, m. *ὄξυβαφον*, idem ac acetabulum, mensura liquidorum, appendens drachmis quindecim. *Rhemn. Fann. de ponder.* 75. Bis quinque hunc (*cyathum*) faciunt drachmae, si appendere tentes; Oxybaphus fiet, si quinque addantur ad istas. *Isid. Or.* 16, 26. Cyathi pondus decem drachmis appenditur. Oxybaphus fit, si quinque drachmae addantur ad decem. F.]

*OXYBII. V. OXUBII. B. A.

OXYCEDROS, i, f. *ὄξυκέδρος*, species cedri folio duro, acuto, et spinoso: ab *ὄξος*, acutus. *Plin.* 13, 5, 10.

OXYCOMINA, oleae sale conditae, aut aceto, unde acrem saporem indicunt. *Petr. fragm. Trag.* 66. *Burm.* Etiam in alveo circumlata sunt oxycomina. Al. leg. *oxycominia.* Porro *cominia* inter olearum genera enumeratur a *Pall.* 3, 18. Alii leg. *sycamina*, etc.

*OXYDRACAE, arum, populi Indiae. *Curt.* 9, 4. P Item Sogdianae populi. *Plin.* 6, 16. ed. *Hard.* V. OXII. B. A.

OXYGALA, ae, f. *ὄξυγάλα*, lactis in acorem redacti pars coactor, quam a sero separatam origano, caepa, mentha, coriandro, thymo, cunila, et sectivo porro, et sale condiebant: ab *ὄξος*, acidus, et *γάλα*, lac. *Colum.* 12, 8. Oxygalam sic facito, etc. P Graece neutrius est generis, et *oxygala, alactis.* Unde *Plin.* 28, 9, 35. Quod est maxime coactum, in summo fluitat: id exemptum, addito sale, oxygala appellant.

OXYGARUM, i, n. *ὄξυγαρον*, garum ex aceto, idest liquaminis genus ex minutioribus pisciulis confici solitum, cui acoris conciliandi gratia nonnihil aceti solet admisceri, quod in principio mensae adponebatur: ab *ὄξος*, acidus, et *γαρον*, garum, liquamen piscium sale conditorum. *Mart.* 3, 50. affertur protinus ingens Inter lactucas, oxygarumque liber. *Sidon. ep.* 9, 13. Dum rex convivii circa ordinandum moras necit oxygarum.

OXYLAPATHUM, i, n. *ὄξυλάπαθον*, lapathi species acutis foliis. Quidam tamen putant, dictum a saporis aciditate. Officinae lapathum acutum nominant. *Plin.* 20, 21, 85. [*Rumex acutus, L.]

OXYMELI, itis, n. *ὄξυμελι*, acetum mulsum: ab *ὄξος*, acidus, et *μέλι*, mel. *Plin.* 23, 2, 29. Oxymeli antiqui hoc modo temperabant: mellis minas decem, aceti veteris heminas quinque, salis marini pondo libram et quadrantem, aquae marinae sextarios quinque pariter coquebant, decies defervescentem cortina: atque ita diffundebant, inveterabantque. Eadem ferme habet 14, 17, 21., nisi quod pro aqua marina pluviam substituit. *Id.* 23, 2, 29. Lactucas servari etiam in alienos menses oxymelite, reperitur est. P Legitur et *oxymelli.* *Cato R. R.* 157. Brassica ex aceto oxymelli, et sale sparsa. Al. leg. *oxymelle*, alii *oxymela.* *Colum.* 12, 56. Siseris radicem eximes de fidelia, et oxymelli cum exiguo oleo superfunde. *Veg. Vet.* 2, 48. Calcem vivam vino subigito ad crassitudinem oxymellis. [*Gargil. de re hortensi* (ed. A. A. Scotti) 4, 11. Persici pomum, nisi conditum muria, et oxymelle, aservari diu non potest. Adde *Pall.* 12, 7. med. F.] OXYMORA Verba, *ὄξυμωρα*, h. e. acutistulta, sunt

quibus subest sententia ejusmodi, quae vera quidem sit, et acute dicta, primo tamen aspectu stulta videatur, nimisque affectata: ab ὄξυς, acutus, et μωγός, stultus. Itaque Asconius in illud Cic. Div. Ferr. 1. Sese jam ne Deos quidem suis urbibus, ad quos confugerent, habere, quod eorum simulacra Verres sustulisset: Mire, inquit, imitatus est verba Siculorum dolore oxymora et inania: quasi Deos non habeant, qui simulacra perdiderunt; et ad illud ib. 6. Etiam si taceant, satis dicunt: Tale, inquit, est illud (Cat. 1, 8.) cum tacent, clamant: et (Marcell. 4.) victoriam ipsam vicisse videris: et (Quint. 5, 10.) philosophandum est, etiamsi non est philosophandum. Haec in loco nec oxymora, nec cacozela judicanda sunt: aut enim inferioribus dictis, aut supra positis leniuntur. Haec Ascon. Plura V. ap. Voss. instit. orator. 5, 12, 7.

OXYMYRSINE, es, f. ὄξυμυρσίνη, acuta myrtus, frutex, qui habet folia myrto similia, sed acutiora et rigidiora, et producit baccas rufas ad cerasorum similitudinem. Plin. 15, 7, 5. et 29, 5, 37. Alio nomine ruscus dicitur.

OXYDONTES, um, m. plur. ὄξυδόντες, acutis dentibus instructi. Vox Graeca ab ὄξυς, acutus, et ὀδός, dens. Lucil. ap. Non. 2, 377. Illo quid fiat Lamia et Pytho oxydotes. Al. scrib. Graecis litteris.

OXYOPUM, i, n. Asiae opp., in Troade vel Mysia. Plin. 5, 30. B. A.

OXYPAEDEROTINUS, a, um, adj. colorem referens gemmae, quae paederota appellatur. Vopisc. Aurel. 46. Vestes oxypaederotinae. V. omnino Salmas. ad h. l.

OXYPORUS, a, um, adj. ὄξυπόρος, Graece est cito transiens: ab ὄξυς, celer, et πόρος, transeo: item penetrans, pervadens: ab ὄξυς, acutus. Dicitur itaque de cibus, qui acri sapore sunt, et statim, alteque gustum afficiunt, ut sunt qui aceto condiuntur: item qui cito conficiuntur in stomacho: item de medicamentis, quae cito operantur. Ap. Colum. lemma 12, 56. sic habet: Moretum oxyporum, ut alii, oxyporum quemadmodum componas. Ibi Colum. longam ejus compositionem tradit. (Adde Apic. 1, 32.) In fine subdit: At si pretiosius oxyporum facere voles, haec eadem, etc. Plin. 20, 7, 26. Oxypori obolis asperitatem addito dulci ad intinctum aceti temperantes; et ib. 23, 96. Hippomarathrum condimentis prope omnibus inseritur: oxyporis etiam aptissime. Id. 24, 8, 36. Juniperus miscetur et antidotis oxyporis. Stat. Silv. 4, 9, 36. Non sal, oxyporumve, caseusve, Aut panes viridantis aphronitri.

OXYRRHODON, i, n. acetum roseaceum. Octav. Hor. 1, 7. B. A.

OXYRRHŌE vel OxYROE, es, f. ὄξυρρόη, una e canibus Actaeonis venaticis. Hyg. fab. 181. B. A.

OXYRRHYNCHITES, ae, m. ita est appellatus Aegypti nomus, cujus urbs Oxyporrhynchus fuit ad ripam occidentalem Nili supra Memphim, nunc Pensis: cujus meminit Ammian. 22, 16. ὄξυρρύνχης, ab ὄξυς, acutus, et ῥύνχης, rostrum, fuit, ut quidam putant, piscis Nilo proprius, qui pro numine ab hujus nomi incolis colebatur. Plin. 5, 9, 9. F.]

OXYR, yos, ὄξυς, f. herba terna folia habens: datur ad stomachum dissolutum. Plin. 27, 12, 89. [*Oxalis acetosella, L.] P Item genus junci acuti et sterilis. Id. 21, 18, 69.

OXYSACCHARUM, i, n. ὄξυσακχαρον, potionis genus ex saccharo et aceto. Saccharum autem mel dicitur in arundinibus collectum gummi modo, ut videbis suo loco. Constant. Afer 7, 1. Oxysaccharum dare cum succo mali granati. B. A.

OXYSCOENOS, i, m. ὄξυσκοενος, genus junci marini acutioris. Plin. 21, 18, 69.

[OXYTONON, i, n. ὄξυτόνον, papaver agreste. Appul. Herb. 53. F.]

OXYTRIPHYLLON, i, n. ὄξυτριφυλλον, genus trifolii acuto folio. Plin. 21, 9, 30. [*Trifolium italicum, L.]

OXYZOMUS, a, um, ὄξυζωμος, acido seu acri jure conditus: ab ὄξυς, acidus, acer, et ζωμός, jus esculentum. Appul. 6, 9. Pullus oxyzomus. Theod. Prisc. de Diaeta 6. Oxyzoma nutriunt competenter.

OZ

OZAENA, ae, f. ὄζαινα, piscis ex polyporum genere, caput habens gravissimi odoris: ab ὄζω, oleo. Plin. 9, 30, 48. Polyporum generis et ozaena, dicta a gravi capitis odore. P Est item ozaena, narium morbus, concursu acrimum humorum ulcera, et plures crustas intra nares gignente, quae gravissimum spirant odorem. Nomen trahit ab ozaena pisce. Plin. 25, 13, 102. Narium ozaenas emendat aristolochia cum cypero.

OZAENITIS, itidis, f. ὄζαινίτις, pseudonardus, herba ex genere nardi ad Gangem Indiae fluvium nascentis, odore virus referens: ab ὄζω, oleo. Plin. 12, 26. Alterum genus damnatur in totum, ozaenitidis nomine.

[OZAENOSUS, a, um, adj. ὄζαινικός, qui ozaena laborat. Pelag. Vet. 16. med. Loca, quae ozaenosa sunt. F.]

Tom. III.

*OZOGARDANA, opp. Mesopotaniae. Ammian. 25, 4. (al. 2.) B. A.

*OZOLAE, arum, ὄζόλαι, populi Locridis. Plin. 4, 3. Proximi Aetolis Ozolae. B. A.

*OZOMENE, es, f. uxor Thaumantis, Alopies, Acholoes et Ocybetes Harpyiarum mater, secundum Hyg. fab. 14. med. P Alii Harpyiarum matrem Electram fuisse dicunt: unde in Hygini loco pro Ozomenes mavult Perizonius legere Oceanines; quam bene, non comparet. B. A.

*OZUAEI, orum, gens Dalmatiae vetusta, de qua Plin. 3, 22. B. A.

P

P Littera muta duriores habens sonum, quam b, aspirationem post se recipit in Graecis dictionibus, ut philosophia, pharmacum, et valet fere quod φ. In quibusdam promiscue ponitur, ut opsonium, et obsonium. [*Cf. Schneid. Gr. Lat. 1. p. 319. sqq.] In notis valet Publius praenomen: item pondo, et posuit: P. F. Publii filius: item pius felix: P. C. Patres conscripti: et ponendum curavit: P. M. Pontifex Maximus: P. P. pater patriae: P. R. populus Romanus, etc. [*V. Indicem notarum ad Orellii corpus inscriptionum.]

PA

PA pro parte, et po pro populo positum est in Saliari carmine. Festus. Similia fuere do pro domo, coel pro coelum, gau pro gaudium, quae sunt Ennii.

[PABO, onis, m. Gloss. Isid. Pabo, vehiculum unius rotae. F.]

PABULARIS, e, adj. πομαδικός, ad pabulum pertinens, pabulo idoneus. Colum. 2, 14. et Pall. 1, 6. med. Pabularis vicia. Plin. 18, 16, 41. Farrago, vicia, hordeum, omnia haec pabularia.

PABULARIUS, a, um, adj. pabularis. Pabulariorum collegium memoratur in duobus lapidibus. ap. Don. cl. 9. n. 3. et 20., et videntur esse similes, aut idem cum pecuariis, h. e. qui pascua publica pabuli causa conducebant. Mur. ad Inscr. 527, 3. et 4. sunt, qui pabula militibus in castris hieme degentibus parabant: Sponio in Miscell. Antiq. p. 68. milites, qui ad pabula colligenda pro exercitu mittebantur, et pabulatores usitato vocabulo dicuntur. Mur. suspicatur ubique legendum Tabularii, [quod minime probandum. F.]

PABULATIO, onis, f. πορομή, actus pabulandi. Varr. R. R. 3, 16. de apib.: Si e bono loco transtuleris eo, ubi idonea pabulatio non est, fugitivae fiunt. Colum. 7, 9. f. Quamvis sus in pabulationem spurce versetur, mundissimum tamen cubile desiderat. P De collectione pabuli, quae fit a militibus. Caes. B. G. 7, 16. Omnes nostras pabulationes, frumentationesque observabat; et ib. 1, 15. Hostem rapinis, pabulationibus, populationibusque prohibere; et B. C. 1, 78. Premebantur Afranii pabulatione, aquabantur aegre; et B. G. 7, 44. Pabulatione intercludi; et 20. Servi, quos in pabulatione exceperat. Hirt. B. G. 8, 7. extr. Pabulatio propter anni tempus cum exigua, tum disjecta erat.

PABULATOR, oris, m. πορομύων, pabuli collector, praesertim militaris. Gloss. Isid. Pabulator, pastor, qui bubus pabula praebet. Caes. B. C. 1, 55. Inopinantes pabulatores, et sine ullo dissipatos timore aggredi. Liv. 29, 2. Cum in pabulatores impetus repente ab equitibus factus esset. PABULATORIUS, a, um, adj. ad pabulum, et pabulatorem pertinens. Colum. 6, 3. et 11, 2. f. Frondis aridae corbis pabulatoria modiorum viginti sufficit.

PABULOR, aris, atus sum, dep. 1. νέμωμαι, πομαίνω, pabulum absumo, pascor. Colum. 7, 6. f. Capella compesci debet, ne procurrat, sed placide et lente pabuletur. Id. 8, 15. med. Sic enim pabulator id genus avium. P Translate. Colum. 5, 9. med. Fimo pabulandae sunt oleae, h. e. stercorandae: nam fimum est veluti pabulum arborum. Sic Id. 2, 14. Omni solo una praesens medicina est, ut stercore adjuves, et absumptas vires hoc velut pabulo refoveas. P Pabulum colligere in usum castrorum. Caes. B. C. 1, 59. Non longo ab castris progressi spatio, angustius pabulabantur. Id. B. G. 5, 17. Cum Caesar pabulandi causa tres legiones misisset. Tac. A. 12, 38. extr. Nec multo post pabulantes nostros profligant. P Translate. Pl. Rud. 2, 1, 6. Ex urbe ad mare huc proximis pabulatum, h. e. ad piscandum, unde pabulum victumque paremus. P Pabulantia, jumenta, quae pabulo utuntur. Front. de different. vocum, p. 2203.

PABULOSUS, a, um, adj. πολύφορος, pabulo abundans. Solin. 22. de Britannia: Ita pabulosa, ut pecua in periculum agat satias.

PABULUM, i, n. ποσθή, πομή, cibus proprie brutorum animalium, ut herba, foenum, palea,

frondes, segetes, etc. a pasco, vel a πάω, vescor. Sall. fragm. ap. Serv. ad A. 1, 445. Frugum pabulique laetus ager. Cato R. R. 54. Bubus pabulum hoc modo parari darique oportet. Colum. 11, 2. med. Viciam conserere in pabulum. Plin. 10, 24, 35. Sturni visi saepe ibi, quo hibernum pabulum petunt. Ov. Fast. 4, 750. pabula carpit ovis. Id. Met. 13, 943. decerpere. Virg. A. 12, 475. hirundo pabula parva legens. Petr. Sat. 100. Luna etiam feras ducit ad pabulum. Plin. 9, 57, 83. Pisces exire ad pabula, pinnulis gradientes. Id. 8, 32, 50. Cervi noctu procedunt ad pabula. Id. 11, 53, 115. Subus serpentes in pabulo sunt. Id. 10, 47, 64. Haematopodi pabulum muscae. Id. 18, 12, 30. Fabarum siliquae caulesque gratissimo sunt pabulo pecori. Flor. 4, 7. Assuetae cadaverum pabulo volucres. Ov. Pont. 1, 2, 122. Quique suis homines pabula fecit equis. P De cibo jumentorum in castris. Nep. Eum. 8. Imperat comparari pabulum, praeterea cibaria cocta dierum decem. Caes. B. G. 7, 14. Secare pabulum; et 18. consumere; et 74. Pabulum frumentumque convectum habere. Id. B. C. 3, 58. supportare. Hirt. B. G. 8, 10. conquerere. P Unversim de quocumque cibo etiam hominum. Lucr. 5, 941. Multaque praeterea novitas tum florida mundi Pabula dia tulit, miseris mortalibus ampla. Val. Fl. 4, 105. sicubi saevis Advectet ratis acta notis tibi pabula dira, Et miseris, Polypheme, dapes. P Translate. Cic. Har. resp. 3. f. Quid enim hunc persequar, pecudem ac beluam, pabulo inimicorum meorum et glande corruptum? Lucr. 4, 1056. Sed fugitare decet simulacra, et pabula amoris Abstergere sibi, h. e. quae amorem nutriunt. Cic. Acad. 4, 41. Est enim animorum ingeniorumque naturale quoddam quasi pabulum consideratio contemplatioque naturae. Id. Sen. 14. Si vero habet aliquod tanquam pabulum studii atque doctrinae, nihil est otiosa senectute jucundius. Ov. Met. 8, 876. dederatque gravi nova pabula morbo. P Acheruntis pabulum de eo, qui Acherunti debetur, quasi devorandus, (ut ap. Hor. Od. 2, 3, 24. Orbi victimam.) Pl. Cas. 2, 1, 11. Faciam, uti, proinde ut est dignus, vitam colat, Acheruntis pabulum.

PACALIS, e, adj. εἰρηικός, pacifer, pacem significans. Ov. Met. 6, 101. Circuit extremas oleis pacalibus oras. Id. ib. 15, 591. pacalis laurus, scil. olea, et laurus pacis insignia erant. V. PACIFER. Id. Fast. 1, 719. Tura, sacerdotes, pacalibus addite flammis, h. e. quae sunt in ara Pacis Deae.

PACATE, adv. εἰρηικῶς, sedate, pacifice, tranquille. Petr. Sat. 10. Itaque ex turpissima lite in risum diffusi, pacatius ad reliqua secessimus. August. Soliloq. 2, 7. extr. Pacatissime et commodissime.

[PACATINUS, a, um, adj. ad Pacatum pertinens. Est cogn. R. Inscr. ap. Grut. 530. 6. T. Aurelius Pacatinus. F.]

PACATIO, onis, f. pax, seu pacis constitutio. Front. Strat. praef. Quae ad proelium, et confectam pacationem pertinent.

PACATOR, oris, m. εἰρηοποιός, pacis conciliator, turbarum et belli compositor. Sen. Herc. Oet. f. Sed tu domitor magne ferarum, orbisque simul pacator ades. Sil. 2, 483. Nemeae pacator. Claud. II. cons. Stil. 13. Rheni pacator et Istri. Sen. Ben. 5, 15. f. Ille victor pacatorque gentium populus. Sil. 16, 246. terrae pacator Iberae, h. e. Scipio. [In nummo Severi Aug. ap. Eckhel. D. N. V. T. 7. p. 190. Pacator orbis: et in nummo Commodi Aug. ap. eund. ib. p. 121. Marti pacatori. F.]

[PACATULĀ, ae, f. dimin. pacatae. Est nomen proprium. Hieron. ep. 128. n. 4. Dum infantem Pacatulam instituo, immo et nutrio, multarum subito mihi male pacatarum (mulierum) bella suscepi. F.]

PACATORIUS, a, um, adj. Tert. adv. Marc. 4, 29. f. Judicium justum est pacatorium. Ex Zach. 8, 10. ubi Vulgata habet iudicium pacis.

PACĀTUS, a, um, part. a paco: εἰρηαίος, εἰρηένόμενος, pace reddita compositus, quietus, tranquillus, pacificus. [*Proprie dicitur de pace restituta in regione Romanorum imperio subjecta. V. Herzog. ad Caes. B. G. 1, 6.] Ov. Met. 4, 31. et Stat. Silv. 3, 1, 39. Pacatus mitisque adsis. Cic. Or. 1, 8. Pacatae tranquillaeque civitates. Id. Lig. 2. In provincia pacatissima. Id. Phil. 7, 9. Huic tali viro poteritne esse pacatus Antonius? Ov. Fast. 1, 3. Excipe pacato, Caesar Germanice, vultu Hoc opus. Sil. 6, 367. fert lumina contra Pacatus vultum. Caes. B. G. 5, 37. Morini, quos Caesar in Britanniam proficiscens pacatos reliquerat; et 24. Pacatissima et quietissima pars. Vell. 2, 59. Pacatis bellis civilibus. Sall. Jug. 37. Ex pacatis praedas agere, h. e. ex his regionibus, quae pacem cum populo R. habebant. Sen. Q. N. 6, 7. Qui medius inter pacata et hostilia fuit, Danubius et Rhenus. Liv. 21, 20. Nec hospitale quicquam, pacatumve prius auditum, quam, etc. Cic. Brut. 31. extr. Hujus oratio in philosophiam translata, pugnacior, ut ita dicam, videtur, et illorum in